

32
8 I
18


SACERDOTALE
ROMANVM

Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumq; Ecclesiarum ex Apostolicæ Bibliothecæ, ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & Ecclesiasticorum Doctorum scriptis, ad optatum quorumcunq; Sacerdotum commodum, collectum:



ATQVE SVMMORVM PONTIFICVM authoritate multoties approbatum:

Summa nuper cura iuxta S. TRIDENTINI Concilij Sanctiones emendatum, & auctum:



In quo omnium Sacramentorum officia, resolutionesq; omnium dubiorum ad ea pertinentium, excommunicationum Canones, cum breui illarum & absoluta declaratione ex sacris Doctoribus collecta, continentur.

Quibus etiam Rubricæ generales tum Missalis, tum Breuiarij Noui, multaq; alia Sacerdotibus valde vtilia, ac necessaria, sunt addita: quæ in alijs hactenus impressis desiderabantur.



VENETIIS,

Apud Dominicum Nicolinum.

M D LXXXV.



TABVLA, SEV REPERTORIVM omnium contentorum in hoc opere.

¶ Capitula primæ partis libri Sacerdotalis.

¶ Primæ Partis Tractatus primus de sacramento Baptismi.

¶ Primæ partis Tractatus secundus de sacramento matrimonij.

¶ Primæ partis Tractatus tertius de sacramento pœnitentiæ.

 bus

¶ Partis primæ Tractatus quartus de sacramento Eucharist. particula prima.

In

Ora-

¶ Expliciunt capitula primæ partis libri Sacerdotalis.

¶ Incipiunt Capitula secundæ partis eiusdem libri.

¶ Expliciunt capitula secundæ partis libri Sacerdotalis.

¶ Incipiunt capitula tertiæ partis eiusdem libri.

¶ Tractatus computi eccleſiaſtici.

¶ Tractatus ſecundus.

¶ Tractatus tertius.

¶ Exorciſmi dęmoniacorum.

¶ Sermones per ſacerdotem habendi ad plebem in Miſſarum ſolennijs.

Finis Tabulæ.

SACERDOTALE AD VSVM SACERDOTIS ANIMARVM CVRAM GERENTIS,

ad varios Ecclesiæ ritus accommodatum.

PROOEMIVM.



Saluator noster Dominus Iesus Christus, tanquam verus Samaritanus descendens a cœlesti Jerusalem, & Jerico, idest humani generis defectui, & miserijs appropinquans. Lucę 10. Curationi eius alligamenta adhibuit: quę contra originalis & actualis peccati vulnera, quibus saucium erat, sacrorum remedia instituit, & ordinauit. Quę quidem, dum in hac mortali peregrinatione versaretur: per se & docuit & compleuit: & post passionem suam per sacerdotes suos fidelibus suis ministranda precepit. Ex quibus quidem duos ordines constituit: vt sanctus euangelista Lucas nono & decimo capitulis Euangelij sui testatur: alterum quidem maiorum, idest duodecim apostolorum: alterum vero minorum, videlicet septuagintaduorum discipulorum: ita ordinarat, vt priores Episcoporum, posteriores vero inferiorum sacerdotum locum & dignitatem obtinerent. Et de priori quidem ordine canon attestatur. 2. q. 7. Accusatio. & de consecr. distin. 5. cap. Manus. & cap. De his. De secundo vero ordine. 21. distin. ca. In nouo. Et ordo quidem prior (Episcoporum scilicet) vt dispensando & exhibendo sacri chrismatis sacramento, de sacra vnctione. cap. Cum venisset, & collationibus ordinum clericalium: ecclesiarum, altaris ministrorumque consecrationibus intenderet, de Ordi. ab episcopo qui renun. cap. 1. Reliqua autem quinque sacramenta (quamuis & ipsi possent) inferioris ordinis sacerdotibus ministranda committere, ab ecclesia institutum est. De quo quidem bipartito sacerdotum ordine in

De Episcoporum ⁊ Sacerdotum bipartito ordine

epistola Anacleti Papę omnibus Episcopis ⁊ Sacerdotibus missa. cap. 8. sic habetur. Sacerdotum ordo bipartitus est, ⁊ sicut Dominus illum instituit, a nullo debet perturbari. Scitis autem apostolos a Domino esse electos ⁊ constitutos: ⁊ postea per diuersas prouincias ad prędicandum dispersos. Cum vero messis cępit crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adiumentum septuaginta duos eligi pręcepit discipulos. Episcopi vero apostolorum, presbyteri quoque septuaginta duorum discipulorum locum tenent. Episcopi autem non in castellis, aut modicis ciuitatibus debent constitui: sed presbyteri per castella ⁊ modicas ciuitates, atque villas debent ab Episcopis ordinari ⁊ poni: singuli tamen per singulos titulos suos. Amplius quam isti duo ordines sacerdotum nec nobis collati sunt, nec apostoli docuerunt: hęc ibi. Huic autem sacerdotũ bipartito ordini ⁊ toti ecclesię suę sanctę beatissimum Petrũ apostolum in summum elegit sacerdotem, dicens Matth. 16. Tu es Petrus, ⁊ super hanc petram ędificabo ecclesiam meam: ⁊ portę inferri non pręualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum ⁊ in cęlis: ⁊ quodcunque solueris super terram, erit solutum ⁊ in cęlis. 68. distin. cap. Quorum vices, ⁊ capitu. In nouo. 21. dist. ⁊ cap. Sacrosancta. 22. distin. ¶ Et quia in libro Põtificali sufficienter de his, quę ad officium Pontificũ spectãt, diffusius tractatur, operępretium visum fuit in hoc libro, qui Sacerdotale nuncupatur, ea, quę ad officium curatorum pertinent, quantum Deus dederit, inserere quatenus quilibet sacerdos in promptu habeat: qualiter ministerium suum ad animarum sibi commissarum salutem salubriter valeat exercere. Quę quidem omnia, quę in hoc opusculo inserentur, non de nouo adinuenta, aut excogitata fuere: sed ex antiquo ritu, pręsertim sanctę Romanę Ecclesię, ⁊ sacrosanctis Concilijs, ⁊ sanctorum Doctorum catholicorum scriptis collecta, ⁊ ordinata: prout in antiquissimis codicibus, qui in sacra bibliotheca Apostolica conseruantur, (vnde excerpta sunt) apparet. Adduntur etiam quidam ritus ⁊ particulares cęremonię diuersarum ecclesiarum, vt liber iste omnibus ecclesijs ⁊ Dei sacerdotibus sit communis. Verum, antequam opus hoc necessariũ

aggre-

aggrediamur, non nulla p̄sonam & officiū sacerdotis cōcernētia videnda sunt, que non modicum decoris & ornamenti huic operi, nec minus vtilitatis ea diligenter obseruantibus afferēt.

Preambula quedam sequentis operis.

Unde dicatur sacerdos, vnde ortum habuit Sacerdotium, & quod sit officium Sacerdotis. Cap. 1.



T quia (vt prehabitum est) liber iste Sacerdotalis, siue Sacerdotale appellatur: prius videndum est de ipsius sacerdotij nomine, dignitate, origine, & officio. Sacerdos dr̄ quasi sacra dans, vel sacer dux, vel a sacrificando. 21. dist. cap. Cleros. ¶ Et dicitur sacra dans, quia ecclesie sacra ministrat, & maxime sacramentū penitentie: quo Dn̄s propitiatur peccatis populorum. Leui. 5. Rogabit pro eo sacerdos, & pro pctō eius, & dimittetur ei. Et Osee. 4. Sacerdotes peccata populi comedent, idest suis orationibus delebunt. 1. q. 1. cap. Ipsi sacerdotes. Et ideo dr̄ Luce 7. Ostendite vos sacerdotibus, vt s. vos emundent a peccatis. ¶ Dicitur etiam sacer dux: quia habet ducere, iudicare, & docere populum suum. Deutero. 21. Ad verbum sacerdotum omne negotium pendet. Josue 4. Sacerdotes pergebant ante populum. 4. Regum 17. Sacerdos docebat quomodo colerent Deum. ¶ Dicitur ēt a sacrificando, quia eorum officium est offerre sacrificium & hostias pro populis. Leui. 21. Sacerdotes incensum & panes offerunt Deo. ¶ Sacerdos etiam Regibus comparatur. 2. q. 7. §. Item. Cum Balaam. Deus enim elegit Episcopos & presbyteros, vt duplici honore honorarētur. 1. Timo. 5. Qui bene presunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Et non solum comparantur Regibus, sed etiam illis preeminent. 96. dist. c. Duo sunt. ¶ Originem autem habuerunt Sacerdotes in lege nature in Abel. Gen. 4. & in Melchisedech, qui erat sacerdos Dei altissimi offerens panem & vinum. Gen. 14. de consec. dist. 2. c. In calice. & c. Accipite. Et in lege scripta in Aaron, qui institutus est sacerdos a Deo cum omni sua posteritate. Exo. 28. Et primi Paralip. 24. Dauid elegit vigintiquatuor sacerdotes per vices totidem, quibus omnibus prefecit vnum summū sacerdotem. In lege autem euangelica elegit Christus. 12. Apostolos in maiores, & 72. in minores sacerdotes sub vno principe

De nomine Sacerdotij.

Aliorū peccata deflere, ac pro illis poenitentiam facere proprium est Sacerdotis pabulum.

De Sacerdotum origine.

cipe.s.beato Petro apostolo et successoribus eius, vt prehabitū est. ¶ Officiū autem sacerdotum iuxta sue ordinationis canonem est offerre, benedicere. c. Perlectis. 23. distin. preesse, predicare, baptizare. c. Ecce. 95. distin. ligare, et absoluere. Joā. 20. Quorum remiseritis peccata, etc. Et ante omnia laudabiliter viuere. Exod. 14. Erunt sacerdotes mihi religione perpetua: et plebibus suis exempla bonorum operum prebere. Deute. 24. Accipies exemplar a sacerdotibus.s. bene viuendi, ne forte eis euangelicum illud obijciatur: Medice cura teipsum. Luc. 4. et ne iuxta dictum Apostoli. 1. Cor. 9. Cum alijs bene predicauerint, ipsi reprobi efficiantur. Unde audiant beatum August. sacerdotibus dicentem. Uos presbyteri nosse debetis et sepe meminisse: q2 nos, quibus regendarum aiarum cura cōmissa est, pro his, qui nostra negligentia pereunt, rationem reddituri simus. Pro his vero, quos verbis et exemplis lucrati fuerimus, pretium eterne vite percipiemus. Nobis enim a dño dictum est. Matth. 5. Uos estis sal terre. Quod si populus fidelis cibus est dei: eiusdem cibi condimentum nos sumus. Scitote vestrū gradum nr̄o gradui scdm, et pene coniunctum esse. Sicut enim Epi Aplorum in ecclesia, ita nimirum presbyteri ceterorum discipulorum dñi vicem tenent. Et illi tenent gradum summi pastoris Aaron, isti vero filiorum eius. Unde oportet vos semper memores esse tante dignitatis, memores vestre cōsecrationis, vt nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecrationem irritam faciatis, nec manus sacro vnguento delibutas peccando polluatis: sed cordis et corporis munditiam conseruantes plebibus exemplum bene viuendi prebentes, his quibus prestis, ducatum ad celestia regna prebeatis.

De officio.

¶ Quam necessaria sint sacerdotibus vite probitas, ac doctrine integritas Cap. 2.

Et quia etiam bona vita sola non sufficit ad sacerdotem sine peritia literarum: quoniam imperitus et indoctus non pōt officium sacerdotis recte complere, vt habetur in epistola Gelasii Pape. ca. 17. Illiteratos nullus presumat ad clerum prouehere: quia literis carens, sacris esse non potest aptus officijs: ideo bona vita et sana doctrina necessaria sunt Sacerdoti: iuxta dictū Anacleti Pape, vbi supra, capitu. 10. scribētis. Doceri

omnes oportet, qui Dñi sacerdotio funguntur: vt ꝛ ceteros instruant, ꝛ sibi proficiāt. Scriptum est enim Daniel. 12. Qui docti fuerunt, fulgebunt quasi splendor firmamenti: ꝛ qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellę in perpetuas ęternitates. Et alibi Daniel. 11. Populus autem sciens Deum suum, obtinebit ꝛ faciet, ꝛ docti populos docēbunt multos. Ipsa quoque veritas per se infert, ꝛ dicit Lucę 7. Beatus es qui non fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatus est in Deum, qui recte non docet, ꝛ qui eius scandalizat episcopum, vel sacerdotem. ¶ Et Augustinus Presbyteri, oportet vos assiduitatem habere legendi, ꝛ instantiam orandi: quia viri iusti vita lectione instruitur, oratione ornatur: ꝛ assiduitate lectionis munitur homo a peccato, iuxta illud qui dicebat. Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt nō peccem tibi. Hęc sunt enim arma, videlicet lectio, ꝛ oratio, quibus diabolus expugnatur. Arma Sacerdotis. Hęc sunt instrumenta quibus ęterna beatitudo acquiritur: his armis vitia reprimūtur: his alimētis virtutes nutriuntur. Sed ꝛ si quādo a lectione cessatur, debet manuum operatio subsequi: quia otiositas inimica est animę: ꝛ antiquus hostis, quem a lectione, siue ab oratione vacātem inuenerit, facile ad vitia rapit. Per vsum nanqꝫ lectionis discetis qualiter ꝛ vos viuatis, ꝛ alios doceatis. Per vsuꝫ orationis ꝛ vobis ꝛ his, quibus in charitate coniuncti estis, prodesse valebitis. Per manuum operationem ꝛ corporis macerationem, ꝛ vitijs alimēta negabitis, ꝛ vestris necessitatibus subuenietis, ꝛ habebitis vnde necessitatē patientibus impēdatis. Quę autē necessario a sacerdotibus addiscēda sint, Idem beatus Augustinus docet inquiens. dist. 38.

¶ Quę discere Sacerdotes teneantur. Cap. 3.

Sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, liber sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, cōputus, canon pęnitentialis, psalteriuꝫ, homilię per circulum anni dominicis diebus ꝛ singulis festiuitatibus aptę. Ex quibus oībus si vnū defuerit sacerdotis nomen vix in eo cōstabit. Quia valde periculosę sunt euāgelicę minę, quibus dr. Matth. 15. Si cęcus cęco ducatū pręstet, ambo in foueaꝫ cadūt. Debēt etiā sacerdotes non ignorare canones ecclesiasticos, vt habetur ex epistola Celestini papę Cap. 10. Nulli sacerdoti suos licet canones ignorare,

rare, nec quicq̃ facere qđ patrũ possit regulis obuiare. Que res a nobis digne seruabitur, si decretalium norma statutorũ, pro aliquorũ libito licẽtia pplis pmissa, nõ frãgat. ¶ Et in concilio Aurelianensi. cap. 6. dr. Parochiarij clerici a pontificibus suis necessaria sibi statuta canonũ legẽda pcipiãt: ne rei ipsi, vl' ppli, q̃ p salute eorũ decreta sunt, excusent sese postmodũ ignorasse.

¶ Sacerdos parochialis debet suis subditis predicare cap. 4.

Munitus itaq̃ sacerdos & bona vita, & scientia lucida, accingat se ad pdicationis officium: & sm sibi traditã grãm plebibus suis verbũ salutis annunciet: & si et nõ multa polleat sciẽtia, sm tñ posse suum verbo & exẽplo omnibus prodesse studeat. Unde beatus Augustinus dicit. Hortamur Vos Domini sacerdotes paratos esse ad docẽdas plebes vestras. Qui scripturas scit, pdicet scripturas: qui vero nescit, hoc saltem, quod notissimum habet, plebibus dicat, vt declinent a malo & faciãt bonum: inquirant pacem, & sequantur eam. Quia oculi dñi super iustos, & aures eius in preces eorum. Uultus aũt Dñi super facientes mala: vt perdat de terra memoriã eorum. ps. 33. Nullus ergo se excusare poterit, q non habeat linguam, vnde possit aliquem edificare. Mox enim, vt quemlibet erranteẽ viderit, put põt & valet: aut arguendo, aut obsecrando, aut increpando, ab errore retrahat: & ad peragendum opus bonum hortetur.

¶ Que a sacerdotibus sunt suis populis predicanda. Cap. 5.

Que autem a sacerdotibus suis plebibus sint predicanda, & annuncianda sequentes canones denunciant. ¶ Ex concilio Rothomagensi. Ca. 1. In primis predicandum est omnibus generaliter, videlicet, vt credant patrem & filiũ & spũm sanctum vnum Deum esse omnipotentẽ, qui omnia fecit: & vnã esse deitatem & substantiam & maiestatem in tribus personis, patris & filij & spũs sancti. ¶ Ibidem. cap. 2. Item predicandum qũo filius Dei incarnatus est de spiritu sancto ex Maria Uirgine, pro salute humani generis passus, sepultus, & tertia die resurrexit, & celũ ascẽdit: & qũo in fine mundi veniet iudicare omnes homines sm propria opera: & impij cũ diabolo in ignem eternum mittentur: iusti cum Chr̃o in vita eterna erunt. Matth. 25. ¶ Ibidem. Cap. 3. Item predicandum q homines in propria carne resurgent. ¶ Ex concilio Remensi. Cap. 2. Jubendum

est

est vt Oratio Dñica, in qua oia necessaria humane vite cõprehẽdunt: et Symbolũ Aplorũ, in quo fides catholica ex integro comprehendit, ab oibus dicat, tam latine q̃ barbarice: vt quod ore profert, corde credat, et intelligatur. ¶ Ex eodem. Cap. 8. Ois presbyter oibus parochianis suis Symbolum et orõnem dñicam, aut ipse insinuet, aut alijs insinuandum iniũgat. Et cũ ad cõfessionem tẽpore quadragesime veniũt, hec ab vno quoque memoriter sibi decantari faciat. Nec ante scãm cõionẽ alicui tradat, nisi hec ex corde pronunciare voluerit. Siquidẽ sine horũ scientia nullus saluus esse poterit. In vno enim fides et credulitas chřiana ɔtinet. In alio quid adorare et petere a Deo debeamus exprimit. Qd vero sine fide nemo põt esse saluus, dñs ostẽdit cũ dicit: Marci vlti. Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit. Nullus aũt credere põt qd nescit, nec audiuit. Ait enim Paulus, Qũo credent ei, quẽ non audierũt? Nec sola sufficit fides in corde, nisi ẽt verbis enunciet, vt idem Apostolus testis est. Corde enim (inquit) credit ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem. Rom. 10. Nullus aũt de stoliditate sensus et tenuitate ingenij causet: qr hec tam parua sunt, vt nemo tam hebes et barbarus sit, qui hoc discere, et verbis cõibus pronunciare non possit; tam magna: vt qui horum scientiam plene callere poterit, sufficere sibi credatur ad salutem perpetuam.

¶ Sacerdos populum instruere debet, q varia superstitionum genera vitet, et de illorum penis

Quia vero fides super oia inconcusse et firmiter tenenda est: et oia diaboli figmenta ipsi fidei aduersantia propulsanda sunt: sacerdos admonere populum debet de sortilegijs, prestigijs, incãtationibus, obseruationibus tẽporũ et rerũ. ¶ Ex cõcilio Bracarensi. Cap. 6. Siquis diuinos, et sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum foris mittat: aut maleficia inueniat, quinq annis peniteat. Et eodem c. 10. Non licet christianis traditiones gentium obseruare, vel colere elementa, aut lunam, aut stellarum cursum, et inanẽ signorũ fallaciam considerare pro domo facienda, et ad coniugia socianda. Scriptum est enim Colos. 3. Oia quecũque facitis in verbo, aut in opere, in nomine Domini nři Iesu Christi facite: gratias agẽtes Deo. Siquis aũt hoc fecerit, seuerissime corripiatur, et

canonice pęniteat. ¶ Ex dictis B. Ambrosij episcopi. Aposto=
lus dicit: Dies obseruatis, ⁊ mēses, ⁊ tempora, ⁊ annos: timeo
ne sine causa laborauerim in vobis. Gal. 4. Dies obseruant, qui
dicunt, vt puta: crastino proficiscendū non est. Post crastinum
enim nō debet aliquid inchoari. Et sic solent magis decipi. Hi
colunt menses, qui cursum lunę perscrutantur, dicentes: Se=
ptima luna instrumenta cōfici non debent: nona autē luna em=
ptum seruum domum duci nō oportet: ⁊ per hęc solent facilius
aduersa prouenire. Tēpora vero obseruant, cuz dicunt: Hodie
veris initiū est: ⁊ ideo festiuitas est. Et rursum: Postremum est:
domum egredi nō licet. Annos sic colunt, cum dicunt: Kalen=
dis Januarij nouus annus est: quasi nō quotidie annus implea=
tur. Hęc superstitio longe esse debet a seruis Dei. Siquis in hac
perfidia detegitur, clerici annum vnū, laici dimidiū pęniteant.
¶ Ex Cōcilio Bracarensi. Cap. 21. Nō licet in collectione her=
barum medicinalium aliquas obseruationes vel incātationes
attendere, nisi tantuz cum symbolo diuino, ⁊ oratione domini=
ca: vt Deus ⁊ Dominus noster honoretur. ¶ Ex Cōcilio Ti=
buriensi. Cap. 4. Siquis māducat, aut bibit, aut portat super se,
vnde existimat Dei iudicium peruertere posse, ⁊ exinde cōpro=
batus fuerit: eadem sententia feriatur, qua magi ⁊ arioli ⁊ in=
cantatores ferirentur. ¶ Ex penitentiali Theodori Episcopi.
In tabulis vel codicibus sorte futura non sunt requirenda: ⁊ vt
nullus in psalterio, vel in euangelio, vel alijs rebus sortiri prę=
sumat, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus obseruare.
¶ Ex Concilio Agathensi. Cap. 4. Perquirendum si aliqua fę=
mina sit, quę per quędam maleficia ⁊ incantationes mētes ho=
minum se immutare posse dicat, idest, vt de odio in amorem, de
amore in odium cōuertat: aut bona hominum damnet, aut ra=
piat. Talis omnimodis scopis correpta ex parochia eijciatur.
¶ Ex Cōcilio Augustensi. Admoneant sacerdotes fideles po=
pulos, vt nouerint magicas artes, incantationesq; quibuslibet
infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre: nec ani=
malibus languentibus, claudicantibus, vel etiam moribundis
quicquam mederi: sed hęc esse laqueos ⁊ insidias antiqui ho=
stis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et
si quis exercuerit, clericus degradet, laicus anathematizetur.

¶ Ex

¶ Ex dictis B. Augustini. Ligaturę execrabilium remediorũ, quas ars medicorum non cõmendat, seu in pręcantationibus, seu in characteribus, vel in quibuscunqꝫ rebus suspendendis, atqꝫ ligandis, in quibus omnibus ars dęmonũ ex quadam pestifera societate hominũ ⁊ angelorum exorta, vitãdę sunt christiano, ⁊ omni penitus execratione repudiandę, atqꝫ dãnandę. ¶ Ex Concilio Aurelianen. Cap. 3. Falsa angelorum nomina christiani non colant, sed ea tantum, quę prophetica ⁊ euangelica docet scriptura, idest Michael, Gabriel, ⁊ Raphael.

¶ Sacerdos admonere debet fideles qualiter in ecclesia conuersari debeant, ⁊ qualiter virtutes debeant prędicare, ⁊ vitia detestari. Cap. 7.

Admonere etiam debent sacerdotes plebẽ: vt cũ reuerẽtia in ecclesia conuersentur. ¶ Ex Cõcilio Turonẽsi. Cap. 38. Sacerdotes debent fideles admonere, vt quando ad ecclesiam conueniunt, sine strepitu ac tumultu eam ingrediãtur. In qua etiam quandiu orationis causa morantur, nequaquam inanes inter se proferant confabulationes: sed tempore, quo missarum solennia celebrantur, non solum ab otiosis, ⁊ inutilibus verbis, veruncetiam a perniciosis cogitationibus funditus abstinendũ sit. ¶ Ex Concilio Turonensi. Cap. 3. Si enim domus Dei, domus orationis vocatur, hoc debet esse quod dicitur: nec ibi aliquid geri debet, aut recondi. Ubi enim corpus domini conseruatur, ibi angelorum pręsentia non dubitatur adesse. Ubi sanctorum reliquię recondite venerantur, nequid inhonestuꝫ appareat, quod oculos ad orationẽ venientium offendat: nequid videatur, quod ad lucrum temporale pertineat: sed omnia sancta, omnia munda, ⁊ tantummodo ad ecclesiasticum ministerium pertinentia. ¶ Ex Concilio Remensi. Cap. 5. Obseruandum est, vt mensa Christi, idest altare, vbi corpus domini cum consecratur, vbi sanguis eius hauritur, vbi sanctorum reliquię reconduntur, vbi pręces ⁊ vota populi in conspectu Dei a sacerdotibus offeruntur, cum omni veneratione honoretur: ⁊ mundissimis linteis ⁊ pallijs diligentissime cooperiatur: nihilque super eo ponatur, nisi capsę cum sanctorũ reliquijs, ⁊ quatuor euangelia. Expleta missa, calix cum patena, ⁊ sacramentorum liber, cum vestibus sacerdotalibus, in mundo loco sub

sera

stra recondantur. ¶ Ex Concilio Remensi. Cap. 5 Item predicandum est de dilectione Dei & proximi: de fide & spe in Deo: de humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosynis, de confessione, & vt fratribus ex corde remittatur. Qui hec & his similia agunt, regnum Dei consequentur.
¶ Ex eodem Concilio. Cap. 4 Item predicandum est pro quibus criminibus homines cu diabolo computantur: que sic apostolus connumerat: Fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitie, contentiones, emulationes, ire, rixe, dissensiones, secte, inuidie, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Quia qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et ideo hec cum omni studio prohibeantur.

¶ Sacerdotes debent monere porcarios & bubulcos, vt saltem diebus festis ad ecclesiam conueniant Cap. 8.

¶ Ex Concilio Rothoma. Cap. 5.

Admonere debent sacerdotes plebes subditas sibi, vt bubulcos, atque porcarios, vel alios pastores, vel aratores, qui in agris assidue commorant vel in syluis, & ideo velut more pecudum viuunt, in dominicis & in alijs festis diebus saltē, vel ad missam faciant, vel permittant venire. Nam & hos Christus precioso sanguine suo redemit. Quod si neglexerint, pro aiab⁹ eorum absque dubio rationem se reddituros sciant. Siquidem dominus veniens in hunc mundum, non elegit oratores atque nobiliores quosque: sed piscatores atque idiotas sibi discipulos ascivit: vt ostenderet in facto, quod ipse verbis in euangelio affirmat dicens: Quod hominibus est altū, abominabile est apud Deum. Et (salua altiore intelligentia) natiuitas nostri redemptoris primo omnium pastoribus ab angelo nunciatur.

¶ Sacerdos admonere debet populum, vt mane & vesperi saltem pro se orent, & pro diuersis plagis occurrentibus. Cap. 9.

¶ Ex concilio Aurelianensi. Cap. 10.

Item instituendus est populus, vt singulis diebus, qui amplius non potest, saltem duabus vicibus orent, mane scilicet & vespere, dicens Symbolum & Orationem dominicam: siue, Qui plasmasti me miserere mei. Vel etiam: Deus propitius esto mihi peccatori. Et Deo gratias agere pro quotidiane vite comeatibus: & quia se ad imaginem suā creare dignatus sit,

& a pecudibus segregare. His peractis, & solo Deo creatore adorato, sanctos inuocet, vt pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur. Hec faciant, quibus basilice locus prope est, in basilica. Qui vero in itinere, aut pro qualibet occasione in syluis, aut agris fuerint, vbicunque eos ipsa hora matutina, vel vespertina inuenerit, sic faciant, scientes Deum vbique presentem esse: Dicente psalmista: In omni loco dominationes eius. ¶ Ex eodem concilio Ca. 4. Sacerdotes admoneant populū, vt eleemosynam dent, & orationes faciant pro diuersis plagis: quas assidue pro peccatis nostris patimur.

¶ Sacerdos docere debet ciues, vt festa solennia in ciuitatibus agant: & que sint festa de precepto. Cap. 10.

¶ Ex concilio Agathensi. Cap. 5.

Docendi sunt ciues, vt Pascha, natale Dñi, & pentecosten in ciuitatibus cū episcopis suis (nisi infirmitas impedierit) celebrent, accipiende cōionis, vel benedictionis grā. Et q hoc neglexerit, cōione priuet. Que festa celebrāda sint sub pcepto, habentur. ¶ Ex concilio Lugdun. Cap. 4. Item pronunciandum est: vt sciant tpa feriandi per annū: idest oēm diē dñicam a vespera vsque ad vesperā, ne iudaismo capiant. Feriandi vero p annum sunt isti dies. Natalis Dñi, S. Stephani, S. Joannis Euāgeliste, scōrum Innocentū, sancti Syluestri, Octaua Domini, Epiphania: Purificatio sancte Marie, sanctū Pascha cū tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sancti dies Pentecostes, corporis Christi, sancti Joānis Baptiste, duodecim Apostolorū, maxime tamen sanctorū Petri & Pauli, qui mundum sua predicatione illuminauerunt, sancti Laurentij, Assumptionis sancte Marie, Natiuitatis sancte Marie, Dedicationis basilice, sancti Archangeli Michaelis, Omnium Sanctorum, & sancti Martini, & Dedicatio cuiuscunque oratorij, & ille festiuitates, quas singuli epi in suis episcopatibus cum populo collandauerint: que vicinis tantū circum morantibus indicende sunt, nō generaliter omnibus. Relique vero festiuitates per annum non sunt cogende ad feriandum, nec prohibende. Indictum vero ieiunium quando fuerit denunciatum, ab omnibus obseruetur. ¶ Ex concilio apud Compendium Cap. 2. Omnes dies dominicos a vespera in vesperam

Quo adto tā hebdomadā stan dū est con suetudini.

speram cum omni veneratione observari decreuimus, ⁊ ab illicito opere abstinere: ⁊ vt mercatus in eo minime sit, nec placitum; vbi aliquid ad mortem vel ad penam iudicatur. Nec sacramenta iurentur, nisi pro pace facienda.

¶ Sacerdos debet monere populum super decimis persoluendis. Cap. 11.

Debet etiam Sacerdos populũ admonere de decimis Deo soluendis, sicut dicit S. Augustinus, qui in Concilio Maguntí. cap. 4. allegatur. Decime ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus? Nempe meus es homo, mea est terra, quam colis: mea sunt semina, que spargis, mea animalia, que fatigas: meus est solis calor. Et cũ omnia mea sint, tu qui minus accõmodas, solã decimã merebaris. Sed reseruo tibi nouem, da mihi decimã. Si nõ dederis mihi decimã, auferã nouẽ. Cum itaq; Iudaicus populus preceptũ decimarũ tanta diligentia obseruaret, vt de minimis quibusq; olusculis, ruta videlicet, menta, ⁊ cymino (vt etiã dñs testatur) decimas darent: cur non maiori studio plebs euangelica eandẽ impleat iussionẽ, cui ⁊ maior numerus est sacerdotũ, ⁊ syncerior cultus sacramentorũ? Ideo ergo dande sunt, vt hac deuotione Deus placatus largius prestet que necessaria sunt, sicut superius ostẽdimus. Erunt sacerdotes ac ministri ecclesie cura ⁊ solicitudine necessitatũ corporaliũ, sine quibus hec vita trãsigi nõ potest, releuati: vt liberiores fiãt ad meditationẽ diuine legis, ⁊ doctrine administrationẽ, atq; spiritualis seruitij voluntariã expletionẽ. Et vt munus populi quotidiana oblatione dño immolet, necnon fm statuta canonica in sustentationẽ pauperũ, ⁊ restitutionẽ ecclesiarum proficiat: quatuor partes iuxta canones fieri de fidelium oblationibus debent, vt vna sit episcopi, altera clericorum, tertia pauperũ, quarta vero ad restaurationem ecclesiarũ seruetur.

¶ Ex eodẽ Concilio Maguntinẽsi. Cap. 38. Admonemus atq; precipimus, vt decime Deo omnino dari nõ negligãtur: quas Deus ipse dari sibi cõstituit: quia timendũ est, vt quisquis Deo suum debitũ abstrahit, ne forte Deus per peccatum suũ auferat ei necessaria sua. ¶ Ex Cõcilio Nanetensi. Cap. 159. Precipiendũ secundũ canonũ authoritatẽ, vt de sepulchris ⁊ hominibus sepeliẽdis nihil muneris exigatur: nisi forte qui sepelitur, viuẽs ius-

serit

ferit ecclesie, i cuius atrio sepelit, de suis rebus aliquid tribue-
re: aut et post morte illi, qbus comissum est eius eleemosynā fa
cere, de reb⁹ illius aliqd dare spōte voluerint. Tn nullatenus a
p̄sbyteris illis aliqd exigat, sine ab illis, qui locis & vicis p̄sunt.
¶ Sacerdos semp sacrū chrisma deferre, & in omnibus honeste
se habere debet. Cap. 17. ¶ Ex concilio Basceni. Ca. 5.
Nullus presbyterorum in plebe sibi cōmissa sine chrismate
unquam debet progredi: qa inter nos placuit semel in ba-
ptismate chrismari. De eo aūt, qui in baptismate quacunq; ne-
cessitate faciente non chrismatus fuerit in confirmatione sacer
dotis perficiat. ¶ Ex concil. Apud Ualentiam. Cap. 2. Presby
teri q diocesanas regūt eccl'as, nō a quibuslibet epis, sed a suo,
nec p iuniorē clericū, sed p seipsos, aut p illos, qui eiusdē ordi-
nis sint, ante Pasche solēnitatem chrisma petant. ¶ Ex conci
lio Turonensi. Cap. 3. Obseruandū est, vt sacrū chrisma, & oleū
consecratum semper sub sera sit: ne illud vnde Christo incorpo
ramur, & vnde oēs fideles scificantur, vnde reges & sacerdotes
inunguntur, aliquis infidelis, aut immūdus tāgat: aut aliquis p-
fidus ad dei iudicium subuertendū surripiat: quod experimēto
didicimus. ¶ Ex concil. Neocesariensi. cap. 7. Presbyterum
in nuptijs bigami prandere non conuenit: quia cum penitētia
bigamus indigeat, quis erit presbyter, qui propter conuiuium
talibus nuptijs possit prebere consensum? ¶ Ex dictis beati
Augustini. Presbyteri, diaconi, vel subdiaconi, vel deinceps
quibus ducere vxores non est licitum, etiam alienarum nuptia-
rum euitent conuiuia: neq; his cetibus admisceantur, vbi ama
toria cātant, & turpia, aut obscęni motus corporū choris & sal-
tationibus efferuntur: ne auditus & obtutus sacris mysterijs de
putatus turpiū spectaculorū atq; verborū cōtagione polluat.
¶ Ex concilio Africano. cap. 6. Pro reuerentia Dei & sacerdo
tum id vniuersa sancta synodus statuit, vt quia solent crebro
mensis otiose fabule interponi, in omni sacerdotali cōuiuio le
ctio scripturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim & ani-
me edificantur ad bonum, & fabule non necessarie prohibent.
¶ Ex concilio Antiocheno. Cap. 11. Siquis eps, aut presbyter,
aut quilibet regule subiectus ecclesie, preter cōsilium & literas
epo₂um prouincie, & p̄cipue metropolitani adierit Imperato-
rem,

rem, hunc reprobari ꝛ abiici oportet, non solum a cõione, verũ ꝛ ab honore, cuius particeps vĩ existere. Quia venerandi principis auribus molestiam tentauit inferre, cõtra leges ecclesie.

¶ Que sacerdotes ac clerici obseruare debeant: ex synodali admonitione compendiose excerpta. Cap. iij.

Fratres charissimi cõsacerdotes ꝛ cooperatores nostri nouit fraternitas vestra, nos (licet indignos) locum tenere Aaron, vos autem Eleazari ꝛ Itamari: nos fungi vice .xij. Apostolorum vos autem 72. discipulorum. Nos pastores vestros esse, vos autem animarum vobis commissarum. Nos de vobis, vos autem de plebibus vobis commendatis dño nostro Jesu Christo rationem esse reddituros, vt in die tremendi iudicij inter bonos dispensatores inueniamur. Et ideo charissimi videte periculum vestrum. ¶ Admonemus itaque ꝛ obsecramus fraternitates vestras, vt que vobis suggeremus, memorie commendetis, ꝛ opere exercere studeatis. In primis igit admoneamus ꝛ obsecramus fraternitatem vestram: Ut vita ꝛ conuersatio vestra sit irreprehensibilis. ¶ In domibus vestris mulieres nõ cohabitent. ¶ Omni nocte ad nocturnas horas surgite. ¶ Officium vestrum horis certis decantate. ¶ Nullus vestrum, nisi ieiunus missam celebret: ꝛ non in vestibus cõibus, sed sacris: Amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, ꝛ casula, vestimentis nitidis, que ad alios vsus non seruiant parati: deuote ꝛ religiose celebrate: ꝛ in ea corpus ꝛ sanguinem dñi cum omni reuerentia ꝛ tremore sumite. ¶ Corporalia ꝛ palle ex lino fieri debent: ꝛ sint mundissima: que ꝛ alia lintea ac vasa sacra proprijs manibus abluite diligenter. ¶ Altare sit coopertũ mundis linteis, saltem tribus diuersis: ad quod nulla femina accedat, aut calicem tãgat: ꝛ super altare nihil ponatur, nisi relique, ac res sacre, ꝛ pro sacrificio oportune. ¶ Missalia, gradualia, lectionaria, ꝛ antiphonaria vestra sint completa ꝛ pfecta. ¶ Ecclesie vestre bñ sint coperte ꝛ munde. ¶ In sacristijs, siue sacrarijs, aut iuxta altare manus sit locus aptus ad infundendum aquã ablutionis corporaliũ, ꝛ linteorum, ac vasorum, ꝛ aliarum rerum sacrarum, ac manuũ, postꝙ sanctũ Chrisma, aut oleũ cathecumenorũ vel infirmorũ tractaueritis. Ibiqꝫ pendeat vas cũ aqua munda, pro lauandis manibus sacerdotũ, ꝛ

aliorum

aliorum, qui rem sanctam ⁊ officium diuinum sunt peracturi, ⁊ prope, linteum mundū ad illas abstergendū. ¶ Atria ecclesię sint bene munita. ¶ Nullus sine scitu ⁊ cōsensu nostro per potestatē secularē ecclesiam obtineat. ¶ Nullus ecclesiā, ad quā intitulatus est, dimittat: ⁊ ad aliam quęstus gratia se transferat. ¶ Nullus plures ecclesias sine titulo, ⁊ contra sacrorū canonum dispositiones, nancisci presumat: ¶ Nullatenus etiā vna ecclesia inter plures diuidat. ¶ Nullus extra ecclesiam in locis non consecratis, aut calcaribus indutus, vel cultellis extra pendentibus celebret. ¶ Nullus alterius parochianū, nisi itinerantem, ⁊ tunc de rectoris sui licentia, ad cōionē recipiat. ¶ Nullus in alterius parochia absq̧ proprij sacerdotis licentia celebret. ¶ In celebratione quisq̧ calicem ⁊ oblata, nō circulo aut digitorū vacillatione (vt quidā faciunt) sed iunctis, ⁊ extensis digitis, cruce signet: sicque benedicat. ¶ Calix ⁊ patena sint aurei vel argentei: non ęrei, aut auricalcei, vitrei, vel lignei. ¶ Quisq̧ p̄sbyter clericum habeat vel scholarē, qui cū eo psalmos cantet, epistolā ⁊ lectiones legat, ⁊ in missa rūdeat. ¶ Ipse quoque presbyter infirmos visitet ⁊ reconciliet: ⁊ iuxta Aplm propria manu cōicet, ⁊ oleo sancto inungat. ¶ Nullus presumat tradere cōionem laico, aut feminę, ad ferendum infirmo. ¶ Nullus pro baptizandis infantibus, siue adultis, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, premium vel munus exigat. ¶ Per negligentiam vestram nullus infans sine baptismo, ⁊ adultus sine cōione pereat. ¶ Nullus vestrū sit litigiosus, aut ebriosus. ¶ Nullus arma ferat. ¶ Nullus canū, aut auium locis inseruiat, seu in tabernis bibat. ¶ Quisq̧ vestrum, quantū sapit, de euangelio dominico ⁊ ceteris festiuis diebus suę plebi annunciet. ¶ Verbum domini predicate. ¶ Curā pauperū ⁊ peregrinorū, viduarū, ⁊ orphanorum habete: ipsosq̧ peregrinos ad prandium vestrum vocate. ¶ Estote hospitales: alijs exinde bonum exēplū prebentes. ¶ Singulis diebus dñicis ante missam, aquam, qua populus aspergitur, benedicite: ad qđ vas propriū habetote. ¶ Vasa sacra ⁊ vestimēta sacerdotalia nolite negociatori, aut tabernario in pignus dare. ¶ Minus digne penitētē cuiuscunq̧ rei grā ad reconciliationē nō adducite: nec ei reconciliationis testimoniū perhibete.

bete. ¶ Usuras non exigite. ¶ Nec facultates vestras post or=
dinationem vestram acquisitas alienate: quoniã ecclesię sunt.
¶ Nullus ẽt res, possessiones, aut mancipium ecclesię vende=
re, cõmutare, aut quocunq; ingenio p̃sumat alienare. ¶ Nul=
lus decimã alterius recipiat. ¶ Nullus pęnitentẽ carnẽ man=
ducare, aut vinũ bibere inuitet: nisi pro eo tunc eleemosynam
fecerit. ¶ Quisq; fontes baptismales lapideos habeat bñ mũ=
dos: quos si hẽc non poterit, vas aliud ad hoc opus solum depu
tatum teneat. ¶ Omnibus parochianis vestris Symbolum &
Orationem dñicam, & ieiunia quatuor temporum, & alia eccle=
się mandata significate obseruãda. ¶ Ante Quadragesimam
quarta feria populũ ad ɔfessionem admonete, & confessis iuxta
qualitatẽ criminum pęnitentiam iniungite. ¶ Tribus tempo
ribus in anno.i. natali dñi, paschę, & pẽtecostes, oẽs fideles ac=
cedere ad cõionem corporis Dñi nostri Jesu Chri inuitate: &
ne desint quin saltem in pascha communicent. ¶ Certis tẽpo=
ribus coniugatos ab vxoribus abstinere exhortemini. ¶ Nul
lus vestrum rubeis, aut viridibus vestibus vtatur. ¶ Diem do
minicam & cęteras festiuitates absq; opere seruili a vespera ad
vesperam celebrari docete. ¶ Cantus & choreas mulierum in
atrio ecclesię fieri prohibete. ¶ Incãtationes super mortuos
nocturnis temporibus a vulgo fieri cõsuetas, sub obtestatione
Dei omnipotentis vetate. ¶ Cum excõicatis nolite cõicare.
Nec quis vestrũ eis: vel in eorum p̃sentia celebrare p̃sumat: qđ
etiam plebi nunciate. ¶ Et q̃ nullus ex plebe vxorem domum
ducat, nisi prius nuptię tẽporibus ab ecclesia permissis publi=
ce fuerint celebratę. ¶ Quo nullus ad raptam, vel consangui=
neam accedat, aut alterius sponsam ducat, omnibus prohibe=
te. ¶ Porcarios & alios pastores saltẽ dñica die faciatis voca
ri ad missam. ¶ Patrinos, vt filios suos Symbolum & Orã=
tionem Dominicam doceant, aut doceri faciant exhortamini.
¶ Sacramẽtum eucharistię, sanctum chrisma, & oleum cathe
cumenorũ, ac sanctũ seu infirmorum, in ecclesia in loco mun=
do ɔdecenti & securo sub sera & fida custodia diligenter seruate.
¶ Quisq; vestrum expositionẽ Symboli, & Orõnis Domini=
cę iuxta orthodoxorũ patrũ traditionis penes se habeat: casq;
ac orationes missarum & epistolas & euangelia, & canonẽ bene
intelligat:

intelligat: ex quibus predicando populũ sibi commissum sedulo instruat, maxime non bene credentem. ❡ Introitum Misse, orationes, epistolam, graduale, Euangelium, symbolum &c. non secreta, sed alta & intelligibili voce proferat. Secretas vero & canonẽ morose & distincte submissa voce legat. ❡ Psalmorum verba & distinctiones regulariter cum canticis consuetis intelligibiliter pronunctiet. ❡ Symbolum Athanasij de Trinitate & fide catholica memoriter teneat. ❡ Exorcismos & orationes ad cathecumenos faciendos, & reliquas preces super masculum & feminam pluraliter, vel singulariter respectiue, distincte proferat. ❡ Ordinem baptizandi, & ad succurrendum infirmis, reconciliationis, & commendationis anime, & in agendis exequijs defunctorum, iuxta modum canonicum obseruet. ❡ Exorcismos ad benedictiones salis & aque pertinentes legat. ❡ Cantum diurnũ & nocturnum sciat. ❡ Cõputum etiam minorem ad inueniendum literam dominicalem, tempus interualli dici Pasche, & maiorum mobiliũm festorum non ignoret. ❡ Martyrologium integrum habeat. Ut per hec & alia bona opera vna cum populo vobis credito perpetua beatitudine perfruamini: Prestante domino nostro Jesu Christo: cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.


❡ Finiunt preambula presentis operis.

❡ Diuisio generalis totius operis in tres partes.

❡ Prima pars continet, quemadmodum sacerdos curatus debeat ecclesiastica sacramenta ad eius ministerium pertinentia, & illis annexa, adiũcta, & accidentia debite conficere, ministrare, conseruare, & ad salutem animarum exhibere.
❡ Secunda pars continet, qualiter sacerdos res ad eius officium spectantes benedicere & sanctificare debeat.
❡ Tertia pars cõtinet, qualiter sacerdos processiones, & alias ceremonias diuersis temporibus, diebus, & euentibus cõmodas perficere habeat, cum exorcismis demoniacorum, computo ecclesiastico, & cantus breui informatione.

❡ Tractatus primus prime partis sacerdotalis de sacramento baptismi.

❡ De triplici Baptismo, & eius efficacia.



Quia ergo baptismus est ianua, fundamentum, & primus oium sacramentorum. de cose. dist. 4. c. Cuz itaqz 32. distin. §. Uerum. & S. Thom. 3. part. q. 66. ar. 6. & sine eo non est salus. de consec. dist. 4. c. Firmissime. primu de eo tractandu est. ❡ Inuenitur autem triplex baptismus. s. flaminis, sanguinis, & fluminis. i. aque: vt colligit de cose. dist. 4. c. Baptismi vice. c. Ita summa. & c. Cathecumenu. 1. q. 1. c. Firmissime. S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 11. & 12. ❡ Primus baptismus est flaminis, idest Spiritus sancti. Actu. 1. Uos autem baptizabimini Spiritu sancto. Et est quando aliquis habet propositum suscipiendi baptismi modo debito, si facultas dabitur: & non per negligentiam, vel contemptum illum dimittit: sed quia non valet ipsum attingere: ideo talem defectum supplet virtus Spiritus sancti. de consecratio. distinctio. 4. capitu. Baptismi vicem. & de baptis. & eius effec. capit. Debitum, & sequentibus: & ibi notatur in glos. de Presby. non bapti. cap. ad Apostolicam. Hic autez baptismus delet culpam: & valet solum adultis vsum rationis habentibus. ❡ Secundus baptismus est sanguinis, idest martyrij. de quo Joan. 12. Ego baptismo habeo baptizari &c. Apocalyp. 7. Dealbauerunt stolas suas in sanguine agni, de consecratio. distinctio. 4. capitu. Cathecumeni. & capitu. Baptismi vicem. & de Presby. non bapti. capitu. 2. & 3. Et S. Thom. in 4. senten. distinctio. 4. articul. 3. Et iste baptismus sanguinis, est quando quis etiam non baptizatus aqua pro fide Christi martyrium patitur, sicut innocetes ab Herode interfecti. Matth. 2. Et oratores beate Catherine virginis & martyris: & sancta Emerentiana collactanea beate Agnetis. Et iste baptismus delet culpam & penam: & proficit non solum adultis, sed etiam paruulis: quando ob protestationem fidei Christiane, quam tenebant eorum parentes, occidun-

occiduntur, secūdum Theologos. Et s̄m Pe. de Pal. in 4. sen. puer in vtero matris existens martyrizari potest. Et ita mulier pręgnans pro Christo interfecta vna cum prole est martyr. ¶ Tertius est baptismus fluminis: idest aquę, de quo dominus Iesus, Ioan. 3. ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, & ibidem. Venit Iesus in terram Iudęam & baptizabat. Qui quidem baptismus in fide Christi ab ecclesia suscipitur: & delet culpam & pęnam: & confert gratiam. De summa Trini. ca. 1. in Clement. Et iste conuenit magnis, idest adultis, & paruis. De conse. dist. 4. cap. Per aquam. ¶ Ex dictis Fabiani Papę. Baptismus Gręce, Latine Tinctio interpretatur. Qui idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratię in melius mutatur: & longe aliud q̄ erat efficitur. Baptizatur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sicut in tribus personis stat omne verbū: ita hoc sacramentum ternarius numerus diuinorum nominum. i. patris, & filij, & spiritus sancti efficit. hęc ille. ¶ Sacerdos igitur baptizaturus circa hoc sacr̄m septem considerare debet. vz.

¶ De varia Baptismi institutione. Ca. 2.

Institutionem
Materiam
Formam
Ministrum
Personam baptizandam
Ritum baptizandi
Effectum baptismi.

Institutio huius sacramenti Baptismi fuit multipliciter facta. s. Materialiter & incohatiue: quādo Christus tactu suę mundissimę carnis vim regenerationis aquis cōtulit. Matth. 3. ¶ Pręceptiue: qn̄ dixit Nicodemo, Ioan. 3. Nisi qs renatus fuerit ex aqua &c. ¶ Effectiue quādo Christus passus est in cruce: & de latere eius exiuit sanguis & aqua. Ioan. 19. ¶ Executiue, quando Christus dixit discipulis: Euntes docete omnes gentes Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Matth. 28.

¶ Quod aqua naturalis & pura conuenientior est Baptismi materia. Cap. 3.

Materia sacri Baptismi est aqua simplex elementaris & naturalis. Quę quidem est cōueniētior omnibus alijs liquoribus. ¶ Primo, quia aqua habet vim refrigerandi & sanandi. ¶ Secūdo, q2 est magis cōis, & quasi vbiq3 inuenitur. ¶ Tertio,

tio, qa fluxit de latere Christi. ¶ Quarto, qa Spūs sctūs vivificans primo super aquas apparuit. Gen. i. Spūs dñi ferebatur sup aquas. ¶ Quinto, qz Christus in aquis baptizatus apparuit. Unde in qualibet aqua naturali potest fieri baptismus, sive salsa sit, sive dulcis, maris, fluminis, lacus, cisternę, putei, calida vel frigida. S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 3. & 4. in 4. sen. dis. 3. q. 1. ar. 3. propter multas rationes ibi adductas: Non aūt in vino, oleo, aut alio liquore: qz tales, vel similes liquores de latere Xpi non exiuerūt: Nec ēt in aqua artificiata, vt rosacea, & alijs aquis lābicatis: qz nō sunt proprie aquę naturales: nec ēt in vrina, sudore, saliua, cholera, phlegmate, vel aqua ex sale resoluta. In lixiuio vero, deficiēte aqua pura: & in aqua lutosa, sed colata: & i aqua pluuiali: & resoluta ex niue, glacie, rore, vel pruina, pt fieri baptismus: nō aūt cū niue, glacie, rore vel pruina non resolutis in aquam: fm eūdē vbi supra. & fm Petrum de Palu. in 4. senten. ¶ Pōt ēt in tpe necessitatis fieri in brodio depurato, & nō multuz spisso, deficiente aqua naturali. Et silr potest fieri i aqua sulphurea, sive balneis. Non autem in aqua, quam alchimistę faciunt ad mutandū metalla. Tpe vero hyemis, fm Albertum Magnuz debet calefieri aqua nō benedicta, & misceri aquę baptismali: ne aqua frigida noceat infanti. Hęc oīa ex sancto Thoma & cęteris Theologis excerpta sunt. Aqua baptismi debet esse benedicta, & sacro chrismate nouo permista: nisi in necessitate. Et contrarium faciens extra casum necessitatis mortaliter peccat. de consecr. distin. 4. c. siquis, & S. Thom. in 4. sent. ¶ Quę sit forma baptismi, & qualiter in ea posset errare baptizans. Cap. 4.

Forma sacramenti baptismi est duplex: vna fm ritum orientalium, seu Gręcorum: quę est ista, vz: Baptizetur N. seruus Chri in noīe Pris, & Filij, & Spūs sci. Et hęc forma ab ecclesia sustinet. Ex conclio Florētino sub dño Eugenio Papa iiii. vbi i bulla Armenoruz, q incipit. Exultate Deo, sic habetur. Forma baptismi hęc est. Ego te baptizo, In noīe pris, & Filij, & spūs sancti. Amē. Nō tn negam⁹ qn & p hęc verba: Baptizet talis seru⁹ Xpi, In noīe pris, & filij, & spūs sctī. Vel baptizet manibus meis talis seru⁹ Xpi. In noīe pris, & filij, & spūs sci, verū pficiat baptisma. Qm cū pricipalis cā, ex aqua baptism⁹ virtutē hēt, sit sancta Trinitas: instrum̄talis aūt sit minister, q tradit exterius sacrz: si exprimatur

primatur

primatur actus, qui ꝑ ipsuz exercet ministrum, cum sanctę Trinitatis inuocatione pficit sacrm. Hęc ibi. ¶ Alia forma est Latinorū, seu Occidētalium, q̄ est sanctę Romanę ecclę, q̄ ſm S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 5. completior est ⁊ cōformior verbis Christi. s. Docete oēs gentes baptizantes ⁊c. Matth. 28. quę est ista. Ego te baptizo ī noīe Pr̄is, ⁊ Filij, ⁊ Sp̄us sci. Amē. de ɔse. di. 4. c. prima igitur. ⁊ c. siquis presbyter. ⁊ c. multi. ⁊ c. proprie. ⁊ ca. in synodo. ⁊ c. si vera. de Bapt. ⁊ eius effec. c. debitū. In qua quidem forma aliqua sunt de substantia sacri, aliqua non. de substantia sūt. Te baptizo ī noīe Pr̄is, ⁊ Filij, ⁊ Sp̄us scī. Prolatio vero ꝑsonę baptizantis. s. Ego. non est de substantia: q2 etsi non diceretur, esset baptismus verus. Sed in ecclā Latinorū tacens verbū. Ego peccaret mortaliter: q2 faceret ɔtra p̄ceptum ecclę. de ɔs. di. 4. c. Retulerūt. Amē ēt, vbi cōsueuit dici, nullo mō debet pretermitti. Si tm̄ pretermittat, est baptismus: tm̄ omittens peccat. Et ista forma quocūqz idiomate proferri pōt. ¶ Nec licet aliquid mutari, vel pretermitti in ista forma baptismi. Quod si mutaretur aliquo volente nouum ritum baptizandi inducere, non esset baptismus. Sed si ante ponatur, vel postponatur aliqd de forma, non varians sensum: vt si diceretur, Baptizo te ego in noīe patris, ⁊ filij, ⁊c. est verus baptismus ſm S. Tho. in 4. sent. ⁊ in 3. par. ¶ Si aūt dicatur, Baptizo te in noīe genitoris ⁊ geniti ⁊ ab vtroqz procedentis, nihil fit. ¶ Si plures insimul ex necessitate sint baptizandi, pōt dici, Ego baptizo vos in noīe patris, ⁊c. ⁊ est verus baptismus: non tm̄ debet fieri, nisi in necessitate. S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 5. ad 3. Si autē post debitā formaz baptismi ex mera deuotione addatur, Et beatę Marię virginis, vel alicuius sancti, est baptismus, ſm eundē in 4. sent. ¶ Si verba pferantur corrupte ex defectu idiomatis vel linguę, vtputa, in noīe patria, ⁊ filia, ⁊c. si non malitiose tali modo proferantur, est baptismus. de ɔse. dist. 4. Retulerunt. ¶ Si vero magna sit interpositio verborum inter verba formę, vt si diceret: Ego te baptizo in noīe pr̄is, ⁊ multa interponeret verba, vel alia faceret, ⁊ postea subiungeret, ⁊ filij ⁊c. non esset baptismus. Si vero pauca distātia, fit vt si diceret astātibus, Tacete, vel excrearet, aut spueret, est verus baptismus. arg. de ɔsec. di. 4. si non scificatur. ¶ Si aūt pbabiliter dubitatur de aliquo, an sit baptizatus,

 bapti=

Secus in sacramēto pœnitentiæ, quod nō licet. baptizat hoīe nō: Si es baptizatus non te iterū baptizo: sed si nō es baptizatus, ego te baptizo, In nomine patris, & filij, & spirit⁹ sancti. Amen. S. Tho. 3. parte. q. 66. articu. 6. ad quartum.

¶ Quis sit idoneus Minister huius sacri baptismi. Cap. 5.

Minister huius sacri est solus Sacerdos, qui in tali actu debet habere stolam, seu orarium ad collum. 23. dis. capi. Ecclesiastica. In necessitate autem qlibet pōt baptizare: clericus vel laicus: vir, siue mulier: pater, & mater: iudeus, paganus, excōicatus, hereticus, & schismaticus: dūmodo itendat facere qd intendit eccla. dis. 32. ca. Preter. §. Verū. 24. q. 1. cap. Subdiaconus: ca. Si quē: de Sū. tri. ca. Firmiter. De baptismo & eius effec. ca. De qbus. 32. q. 4. ca. Iste. de cōsec. dis. 4. ca. constat. & cap. Romanus. 1. q. 1. c. Dictum est a Dño. De cōsec. dis. 4. A quodam iudeo. S. Tho. & Petrus de Palu. in 4. sent. Nec debet reiterari, dūmodo baptizās seruet formā supradictā. Extra casum necessitatis nulli licet baptizare, nisi sacerdoti parochiano: alias efficeret irregularis. De cle. nō ord. Mi. ca. 1. Immo sacerdos nō debet aliquē baptizare, si nō sit eius parochianus. 16. q. cap. Interdicimus. S. Tho. 3. par. q. 67. artic. 4. ad scdm. Diaconus tñ potest solenniter baptizare in extrema necessitate in absentia presbyteri: vel si a presbytero eis iussum fuerit, pp̄ter multitudinē baptizandorū: cū solus sacerdos nō pōt supplere. Nec laicus p̄sente clerico: nec clericus presente sacerdote: nec mulier presente viro: nec infidelis presente fideli, possunt baptizare: fm S.

Nota. Tho. Melius aūt est baptizari a laico, q̄ a sacerdote excōicato, heretico, vel suspenso. Demū non pōt baptizare: sed Angelus, & aīa separata possunt Deo pmittēte, fm S. Tho. in 4. sen.

¶ Nec refert vtrum bonus, vel malus sacerdos baptizet quantum ad virtutē baptismi, verūtamen melius est baptizari a bono, q̄ a malo: non tñ est melior baptismus a bono, q̄ a malo, de conse. dist. 4. c. Inter bonos. & ca. Sequentibus. S. Tho. 3. parte. q. 64. ar. 1. ad scdm. ¶ Presbyter in pctō mortali existens si solēniter baptizat, peccat mortalr: si autem ex necessitate, non peccat. ¶ Si monstrū baptizandū est, tutius est baptizare singilatim: qñ apparent duo capita, vel duo corpora &c. casu necessitatis amoto: & in scdo dicere: Si nō es baptizatus. ego te baptizo, In noie pris &c. Nullus seipsum pōt baptizare, de cōsc. di. 4. ca.

ca. Baptismi: de bapti. ⁊ eius effec. cap. Debitum. Requiritur autē in baptizāte etiā intētio baptizādi, qꝛ in ꝑsona ecclesię hoc sacr̄m ministrat. Si aūt sacerdos, vel alia ꝑsona baptizans intēdit hāc ꝑsonā baptizare, siue marē, siue fęminā: est baptizata. Si vero intendit baptizare marē, ⁊ est fęmina: vel econtra: non est baptismus. Baptizans aliquē ex ioco, si intēdit baptizare, est baptizatus: tutius tñ est, ꝙ sub conditione baptizetur. ¶ Sacerdos ꝑgens ad baptizādū sp̄ dꝫ chrisma secū portare, de cōs. di. 4. ca. Nullius ministrorūꝫ. ¶ Hęc oīa sup̄ posita excepta sunt ex S. T. ⁊ cęteris Theologis. ¶ Debēt aūt sacerdotes publice oēs, tā viros, ꝙ̄ mulieres instruere de mō baptizādi, ⁊ forma baptismi, ⁊ de intētione habēda in baptizādo aliquē. s. ꝙ faciāt ꝭm eam intētionē, quā hēt eccl'a, vꝫ baptismū in noīe sanctę Trinitatis s. p̄ris, ⁊ filij ⁊ spūs sancti conferendo. Et de hoc instruēdę sunt potissimū obstetrices, ꝑꝑ periculū mortis infantiū, ꝭm materiā; ⁊ formā p̄dictas. s. in aqua naturali, ⁊ cū forma verborum, vt su.

¶ Quis debeat baptizari, ⁊ quis non. Cap. 6.

Persona baptizāda quę sit. Et dī ꝙ omnes homines mūdi tenentur ex necessitate suscipere sacr̄m baptismi. Et secūdū S. Tho. etiā si esset in vtero matris sanctificatus, aliter non possent saluari: iuxta illud: Nisi qs renatus fuerit ⁊c. Joan. 3. ¶ Puer in ventre matris existēs, nec apparēs extra, nō est baptizandus, de cōs. di. 4. ca. Si ad matris. S. T. in 4. sen. di. 6. q. 1. ar. 1. quęstiūcula. 1. ad 3. Si aūt appareat extra pars principalis vt caput pōt baptizari: si vero appareat pes vel manus: ⁊ si varia sit Doctorꝝ opinio, tñ debet baptizari, ⁊ si vixerit infans, ꝭm quosdam, sub ꝯditione est baptizādus. ¶ Pueri baptizandi sunt ꝙ̄tocyꝰ fieri pōt ꝑꝑ mortis periculū: adulti vero prius ꝑ aliqđ tēpus sunt ꝓbādi ⁊ instruendi, ne faciāt iniuriā sacro, resiliendo a proposito sctō. ¶ Amentes etiā ⁊ furiosi baptizari possunt in fide ecclesię. Sed si habuerint aliqua lucida interualla, ⁊ nō petierint baptismū, baptizari nō possunt. Idē dicēdū est ð dormiētibus. De bapt. ⁊ eius effec. ca. Maiores. ¶ Peccatores in pctō perseuerare volētes nullo mō sunt baptizādi. Aliter vero dicēdū est de illis q dolēt de pręterito, ⁊ volūt cauere a futuris. s. ꝙ sunt baptizandi. ¶ Pueri iudęorū, ⁊ gentiliū ante vsum rationis inuitis parētibus nō sunt baptizādi, 28. q. 1, ca. Judęorū. ¶ Pueri etiam

Legibus oēs parere dbēt, et iusti: licet qnque īpijs illi subiecti sint.

expositi & inuenti baptizandi sunt, si ignoratur an sint baptizati. Similiter oes, de quibus dubitatur, an sint baptizati, sunt baptizandi: sed sub conditione. s. Si non es baptizatus, ego te baptizo in noie patris, &c. Baptizandi sunt et infantes a mulieribus baptizati sub conditione, pp earu3 ignorantiam, nisi clare constaret ipsas recte & animo baptizandi debitam materiam ac formam adhibuisse. Non est proijciendus puer in flumio, vel puteo, propter defectum aque, vt ibi baptizetur: quia peccaret mortaliter, q tale quid faceret. Hec omnia ex S. Tho. & ceteris Theologis in 4. sent. excerpta sunt. Illis, qui in periculo mortis baptizantur, si euaserint, omnia fiant in ecclesia: que alijs fieri sunt 9sueta. s. exorcismi, catechismi, & alia, no tn iterum baptizentur.

¶ Multiplex baptismi ritus, & qualiter exhiberi debeat. Ca. 7.

Ritus & modus baptismi est octuplex. ¶ Primus est de substantia baptismi circa materiam & formam & actu3 ablutionis. ¶ Secundus est congruitas temporum. s. Sabbatum Sanctum Pasche, & vigilia Pentecostes. de conse. di. 4. c. duo tempora. c. proprie. c. siquis, c. de cathecumenis, c. siqui, & c. venerabilis: Sed hoc in pueris, propter periculum non seruatur, secundum gl. in d. c. venerabilis. seruari tamen debet in adultis, vt in eadem glo. sed intellige, vbi mortis periculu3 non immineat, vt in c. siqui. eadem dist. ¶ Tertius est exorcismus, qui est adiuratio demonum, qua per diuinam potentiam arctantur, vt exeat a baptizando: ne impediant eum a susceptione virtutis baptismi & eius effectus: & ipsius demonis potentia arctatur, quod non potest ei nocere quantum vellet: De consec. dist. 4. c. ante viginti. c. Dehinc. & c. Sacerdotes. Et hic fit antequa baptismus ministretur. Et ibi fiunt plura. ¶ Primo in fronte signatio & exsufflatio. de conse. dist. 4. c. postquam. c. sicut nobis, ca. postea signatur, & c. siue paruuli. Et hec fiunt ad expellendam demonis virtutem. ¶ Secundo benedictio cum manus impositione, ad precludendam viam diabolo expulso: dicte distin. c. Sacerdotes. ¶ Tertio aures & nares sputo liniuntur, propter fidei receptionem quantum ad aures: & propter aptitudinem eius contra demoniacas pugnas quantum ad nares. De vtroque in cap. Postea tanguntur, dicte dist. ¶ Quartus est catechismus. de conse, distin. 4. cap. Catechumeni, cap. baptizandus, cap. Non

liceat.

liceat. Qui quidem catechismus est instructio baptizandi in fide
& moribus & vita Christiana: qui debet fieri adultis in persona
propria: & paruulis in persona patrinorum: vt sciat de quibus
eos habeat instruere tempore opportuno. Ideo paruulis dici-
tur: Credis in Deum &c. Et patrinus respondet: Credo, scilicet
se daturum operam vt credat, ca. dis. c. vos autem. Adulti vero
per se debent respondere. de consec. dis. 4. ca. Prima: cap. paruu-
li, & ca. cum pro paruulis. Et hoc etiam fit ante baptismum.
¶ Quintus est inunctio olei sancti, ca. dis. c. Deinde, & ca. Pri-
ma, c. Deinde, c. Venisti, & c. sequentibus. ¶ Sextus est, Aque
benedicte & sanctificate effusio vel aspersio, secundum Doct. vel
trina immersio, secundum locorum consuetudinem: vel etiam vnica,
vt in c. Postquam vos, c. de trina, c. Propter, ca. dist. ¶ Septi-
mus est trium rerum post baptismum exhibitio: Primo chris-
matis inunctio in vertice, non autem in fronte, que designat de-
scensum Spiritus sancti, c. venisti, c. postquam ascendit, c. emer-
sisti, c. accepisti mysterium, & c. presbyteris, ca. dis. Secundo ve-
stis candida: que significat innocentie, puritatem, c. post baptis-
mum, & c. accepisti post. Tertio candela in manu baptizati poni-
tur, que significat lumen cognitionis: quod hic debet baptiza-
tus in bonis sectandis, & malis fugiendis, secundum Theologos.
Et nota quod adultis debet precedere catechismus ante exorcismum:
pueris vero econtrario, secundum eosdem. ¶ Octauus sunt patrini &
matrine de sacro fonte leuantes, ca. di. c. in catech. smo. ca. non
plures, & c. in baptismate. Abbas, vel monachus, vel religiosus
non possunt esse compatres, vel patrini, in c. non licet, ca. di. & 16. q. 1.
c. placuit con. Pater & mater baptizandi non possunt baptizare filium pro-
prium, nisi in casu necessitatis, 30. q. 1. Ad limina: nec retinere ad
baptismum, sine leuare de sacro fonte. Veruntamen si hoc ignoran-
ter, vel non malitiose faciunt, propter hoc non sunt separandi, de co-
gna. spir. c. vir. Vnus solus compater esse debet, & puerum leuare: &
non plures, c. in catechismo, & c. non plures. Qui tenetur filios
suos spirituales in moribus instruere & docere eos Pater noster,
Aue Maria, & Credo. de consec. dist. 4. vos ante omnia. Non bapti-
zatus non potest de fonte leuare aliquem, de consec. di. 3. c. in ba-
ptismate. ¶ Ex decretis Leonis Pape apud sanctum Medardum.
Non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant,
quam

quam unus siue vir: mulier. In confirmatione quoque idipsum fiat. De hoc vide infra c.3. Tractatus 2. quartũ impedimentum matrimonij.§.2. ¶ Ex decretis Iginij Papę. ca.5. In cathecumeno & baptismo & cõfirmatione unus põt fieri, si necessitas cogit. Nõ est tñ õsuetudo Romana: sed p singula singuli suscipiunt. ¶ Ex cõcilio Remensi. Ca.8. Obseruãdũ, ut nullus suscipiat infantem in baptismo a sacro fonte, anteq̃ idẽ Symbolũ & Orationem Dñicã cum presbytero decantet. Et tunc presbyter omnibus Patrinis annũciet, q̃ debitores sint suis filiolis, cum ad intelligibilem ętatem venerint, hęc eadem insinuare: hęc ibi. ¶ Potest autem exerceri baptismus. Primo, ter mergendo. De conse. dist.4. ca. post quam vos: & ca. De trina: & ca. Si quis, ¶ Secundo: effundendo aquam super baptizandũ, vel semel tñ immergendo. ea. dis. ca. Multi sunt: c. pp vitandum. ut fecit scũs Laurẽtius, baptizando sanctum Romanum. ¶ Et tertio, aspergẽdo, sicut fecerũt Apli: qui tria millia hoĩuz baptizauerũt una die. Actuũ.2. Primus modus est melior & magis usitatus: sed scds & terti⁹ obseruantur ꝑm loci cõsuetudinem, & baptizandorum multitudinẽ, & ministri debilitatẽ, vel periculum baptizandi. S. Tho.3. par. q.66. ar.7. Et debent simul concurrere ablutio & forma verborum, si fieri potest. S. Tho.3. par. q. 69. ar.4.

¶ Effectus baptismi rite, & legitime suscepti. Cap. 8.

Effectus baptismi est multiplex. 1. Characteris impressio: per quẽ ascribitur populo Dei: & ppea nõ põt reiterari. Oĩa crimina & pęnę eorũ delent. de Diuor. c. Gaudemus. A pcõ originali liberat. de conse. dis.4. ca. Regenerãte. & c. Sine penitẽtia. Gratia Dei cõfert: virtutes augẽtur: peccati fomes debilitatur: membrum Christi efficitur. De conse. dist.4. cap. Quia passus. Oĩs irregularitas, ꝑter q̃ ligaminis, tollit.34. dist. c. Siquis viduã: & iudicis ꝑm aliquos iuste aliquẽ iudicãtis ad mortem. dist. 26. c. Deinde. Infamia oĩs tollitur.39. di. ca. Deinde.1. q.7. ca. Si quis: Ianua paradisi aperit. De Bapt. & eius effe. c. Maiores. S. Tho.3. par. q.39. ar.5. ad tertiũ. Nullus sine baptismo põt saluus fieri.15. q.1.§. Firmissime. Hęc eadẽ a S. Th. & sacris Theologis in 4. tractãtur diffusius. Vide de tota materia Baptismi, & aliorum sacramẽtorum constitutionẽ Eugenij 4. factã in concilio Florentino, quę incipit. Exultate Deo, & est ad Armenios.

¶ Ordo

¶ Ordo baptizandi vulgatus, ꝛ iamdiu impressus secundum vsum sancte Romane Ecclesie.



Cum venerit infans ante ianuam ecclesie, sacerdos interroget de nomine infantis: ꝛ faciat eum teneri super brachio dextro: ꝛ petat de noie. Quo vocaris Respōdeat Primus loco infantis. Joannes, Petrus, vel Maria. Tūc sacerdos, Joānes, Petre, vel Maria: quid petis ab Ecclesia? ℟. Fidē. Et sacerdos. Fides qd tibi pstat? ℟. Uitā eternā. Et sacerdos dicat. Hec est vita eterna, vt diligas dnm Deū tuū ex toto corde tuo, ꝛ ex tota aīa tua, ꝛ ex tota mēte tua, ꝛ ex oib⁹ virib⁹ tuis: hoc est maximū ꝛ primū mādatū, Scdm aūt est simile huic. Diliges proximū tuū sicut teipsum: ꝛ q tibi nō vis fieri, alijs ne feceris. Et dicat trib⁹ vicibus. Postea insufflet in faciem eius ter: ꝛ dicat. Exi ab eo immunde spūs: ꝛ da locū Spūi sācto paraclito. Et dicatur tribus vicibus: Deinde cū pollice faciat signū cru ✠ cis in fronte ꝛ in pectore illius dicens. Accipe signū sancte cru ✠ cis, tā in fronte, quam in corde: ✠ sume scutū fidei celestiū preceptorum: talis esto moribus, vt templum Dei iam esse possis. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spū tuo. Oremus. Oro.

Omnipotēs sempiterne Deus, pater dñi nostri Jesu Christi, respicere dignare semper famulum tuū, N. quē ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnē cecitatem cordis ab eo expelle: disrumpe ab eo omnes laqueos satane, quibus fuerat colligatus: aperi ei dñe ianuam pietatis tue: vt signo sapientie tue imbutus, oīum cupiditatū fetoribus careat: vt ad suauem odorem preceptorum tuorum letus tibi in ecclesia tua deseruiat, ꝛ proficiat de die in diem: vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam, baptismi tui percepta medicina. Per eundem dominum nostrum Jesum Christū filium tuum ꝛc. ℟. Amen. Tunc exhalet calido flatu ter in faciem eius, ꝛ dicat. Insufflo te cathecumene denuo in virtute Spiritus sancti: vt quicquid in te vitij malorū est spirituum inuasione, per huius exorcismi my-

sterium

sterium gratię sit tibi ipsa virtus purgatio. Oremus. Oratio.

P Reces nostras, quęsumus domine, clementer exaudi, & electum tuum N. Crucis dominicę, cuius impressione cum signamus, virtute custodi: vt magnitudinis glorię rudimenta seruans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per dominũ. Oremus. Oratio.

D Eus, qui humani generis ita es conditor, vt sis etiam reformator, propitiare populis adoptiuis: & nouo testamento sobolem nouę prolis ascribe, vt filij promissionis, quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant recepisse per gratiam. Per Christum dominum. ℟. Amen. Exorcismus salis.

E Xorcizo te creatura salis in nomine Dei Pa ✠ tris omnipotentis, & in charitate Domini nostri Iesu ✠ Christi: & in virtute Spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per Deum vi ✠ uum, per Deum ve ✠ rum, & per Deum san ✠ ctum: per Deum ✠ qui te ad tutelã humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari pręcepit: vt in nomine sanctę Trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster: vt hanc creaturam salis tu Domine sanctificando san ✠ ctifices, & benedicendo bene ✠ dicas: vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum. In nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. ℟. Amen.

Hic Sacerdos mittat sal in ore infantis ter dicens. N. Accipe sal sapientię, quod propitiatus sit tibi dominus in vitam ęternam. ℟. Amen. Oratio post datum sal. Oremus. Oratio.

D Eus patrum nostrorum, Deus vniuersę conditor veritatis, te supplices exoramus, vt hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius: & hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas: quo minus cibo repleatur cęlesti: quatenus sit semper diuino spũ feruens, spe gaudens: tuo semper nomini seruiens: & perduc eum ad nouę regenerationis lauacrum: vt cum fidelibus tuis promissionum tuarum ęterna pręmia cõsequi mereat. Per Chr. Supradictę orationes dicũt tam super masculos, quam super feminas. Sequentes vero dicuntur super masculum tantum. Oremus. Oratio.

D eus

DEus Abrahã, deus Isaac, deus Iacob. Deus, q̃ Moysi famulo tuo in mõte Sinai apparuisti, ⁊ filios Israel de terra Aegypti eduxisti, deputãs eis Angelũ pietatis tuę, q̃ custodiret eos die ac nocte, te q̃s dñe: emittere digneris sanctũ Angelũ tuũ de cęlis: q̃ similiter custodiat ⁊ hunc famulũ tuũ N. ⁊ perducat eũ ad grãz baptismi tui. Per Xp̃m dñz. ℟. Amē. Sup masculũ.

ERgo maledicte diabole recognosce sniaz tuam: ⁊ da honorem deo ✠ viuo ⁊ vero: da honorē Iesu ✠ Xp̃o filio eius, ⁊ sp̃ui ✠ scõ: ⁊ recede ab hoc famulo dei N. q̃ istum sibi deus ⁊ dñs nr̃ Iesꝰ Xp̃s ad suã scãz grãz ⁊ bñ ✠ dictionē, fontēq; baptismatis dono suę grẽ vocare dignatꝰ est, ⁊ hoc signũ ✠ scẽ Crucis, qd nos fronti eiꝰ damꝰ, tu maledicte diabole nunq̃ audeas violar̃. Per eũ, q̃ vẽturꝰ ē. ℟. Am̃. Sup masculũ. Oremꝰ. Or.

DEus, immortale p̃sidiuz oĩuz postulãtiũ, liberatio supplicũ: pax rogãtiũ: vita credẽtiũ: resurrectio mortuorum, te inuoco dñe sup hũc famulum tuũ N. q̃ baptismi tui donum petens, ęternã ↄseq grãz sp̃uali gñatione desiderat: accipe eũ dñe, q̃ dignatꝰ es dicere: Petite, ⁊ accipietis, q̃rite ⁊ inuenietis, pulsate ⁊ apieĩ vobis: petẽti itaq; p̃miũ porrige: ⁊ ianuã pande pulsãti: vt ęternam cęlestis lauacri bñdictionē cõsecutus, p̃missa tui muneris regna percipiat. Qui viuis ⁊ regn. ℟. Amē. Ergo maledicte diabole recognosce sent. vt supra. Super masculum.

EXorcizo te immunde spiritus in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ sp̃us ✠ sancti: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo Dei N. Ipse eñi imperat tibi maledicte dãnate atq; damnande, qui pedibus suis super mare ambulauit, ⁊ Petro mergenti dexterã porrexit. Qui cum patre ⁊ Spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculoruz. Am̃. Ergo maledicte diabole. vt supra. Sequentes orones dicendę sunt sup fęminam tãtuz. Oremus. Oratio.

DEus cęli: Deus terrę: Deus Angelorũ: Deus Archãgelorũz: deus Prophetarũ: deus P̃riarcharũ: deus Ap̃lorum: Deus Martyrũ: Deus Cõfessorũ: Deus Virginũ: Deus Oiuz bene viuentiũ: Deus cui oĩs lingua cõfiteĩ: ⁊ oẽ genu flectitur, cęlestiuz, terrestriuz, ⁊ infernoruz: te inuoco dñe super hanc famulã tuam N. vt perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

ERgo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: ⁊ da ho-

da honorē Deo viuo et vero: et da honorē Jesu Christo filio eius, et Spūi scō: et recede ab hac famula dei N. q2 eam deus et dñs nr Jesus Xps ad suā scāz gr̄az et bñdictionē fonteque baptismatis dono sue gr̄e vocare dignatus est: et hoc signū sancte ✠ crucis, qd nos fronti eius damus, tu maledicte diabole nunq̄ audeas violare. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculū p ignē. ℞. Amē. Super feminā tantū Oremus. Oro.

DEus Abrahā: Deus Jsaac: Deus Jacob: Deus qui tribus Jsrael de egyptiaca seruitute liberasti: et per Moysen famulum tuum de custodia mandatorū tuorū in deserto monuisti: et Susannā de falso crie liberasti, te supplices exoramus, vt liberes hanc famulam tuam N. et perducere eam digneris ad gr̄am baptismi tui. Per Christum dñm nr̄m. ℞. Amen. Ergo maledicte diabole. vt supra. Super feminam. Exorcismus.

EXorcizo te immunde spūs per pa ✠ trem, et fi ✠ lium: et spiritum ✠ scūm: vt exeas, et recedas ab hac famula Dei N. Jpse eni3 imperat tibi maledicte diabole damnate, qui ceco nato oculos aperuit, et quatriduanum Lazarum de monumento suscitauit. Qui venturus est iudicare et c. Ergo maledicte diabole et c. vt supra. Super masculum et feminam Oremus. Oratio.

AEternā ac iustissimam pietatē tuam, deprecor dñe sancte, pater omnipotēs, eterne Deus, luminis author et veritatis, super hunc famulum tuum N. vt digneris eum illuminare lumine intelligentie tue: mūda eum et scifica, da ei sciaz veram: vt dignus efficiat accedere ad gr̄az baptismi tui: teneat firmam spē, cōsiliū rectū, doctrinā sanctā: vt aptus sit ad pcipiendam baptismi gr̄am. Per Chr̄m dñm nr̄m. ℞. Amen. Super vtrūque.

AUdi maledicte satana adiuratus per nomen eterni Dei et saluatoris nr̄i Jesu Christi filii eius, cum tua victus inuidia tremens gemensque discede: nihil sit tibi cōe cum seruo dei N. iaz celestia cogitante, renunciaturo tibi et seculo tuo, et beate immortalitati victuro: da igit̄ honorem aduenienti spūi scō, qui ex summa celi arce descendens, pturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatum pectus, idest scificatū Deo tēplum et habitaculū pficiat: et ab oībus penitus noxiis pteritorū criminū liberatus seruus dei gr̄as perēni deo referat semp: et bñdicat nomen eius in scla sclorū. Amē. Hic sacerdos tāgat caput infantis, et dicat.

Nec te lateat satanas, imminere tibi penas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diē iudicii, diem que supplicij sempiterni: diem qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi atq; vniuersis angelis tuis eternus superueniet interitus. Proinde damnate atque dānande, da honorem Deo ✠ viuo & vero, da honorem Jesu ✠ Chr̄o filio eius, & Spūi ✠ sancto: in cuius noīe atq; virtute ego p̄cipio tibi quicunq; es spūs immunde, vt exeas & recedas ab hoc famulo Dei, N. quē hodie Deus & dn̄s nr̄ Jesus Christus ad suam sanctā gratiam & benedictionem, fontemq; baptismatis dono sue gr̄e vocare dignatus est: vt fiat ei tēplum p aquam regenerationis in remissionem omniū peccatorum. In nomine eiusdē dn̄i nr̄i Jesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem.

Postmodū sacerdos legat Euangeliū sequens. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Seq̄ntia sc̄i Euāgelij sm̄ Mattheū.

In illo tp̄e: oblati sunt paruuli ad Jesum, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autē increpabant eos. Jesus autem ait eis: Sinite paruulos, & nolite prohibere eos ad me venire: talium est enim regnum celorum. Et cum imposuisset illis man⁹, abijt inde. Deinde sacerdos introducat eū in Eccl̄iam dicendo.

Ingressusq; Ecclesiam Dei, euasisse te laqueos mortis letus agnosce: horresce idola: respue simulacra: cole Deum patrē omnipotentem, & Jesum Christum filium eius, cum Spiritu sancto: Qui viuit & regnat in secula seculorum. ℟. Amen. Postquam peruenerit Sacerdos ad medium Ecclesie ponāt infantem in pauimento, & dicto a sacerdote, & compatre. Pater noster, & Credo in Deū. eleuant puerum: & sacerdos cum sputo suo tangat aures & nares infantis, dicens.

Epheta, q̄d est adaperire aures & nares in odorem suauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei. Tunc sacerdos interroget tenentē puerum de noīe eius, & postea dicat N. Abrenūcias satane? Patrinus ℟. Abrenūcio. Sacerdos Et oībus operibus eius? ℟. Abrenuncio. Sacerdos. Et omnibus pompis eius? ℟. Abrenūcio. Sacerdos pollicem in oleo sancto intingens vngat pectus infantis & scapulas, faciēs signū Crucis cum pollice: & dicat ad eū Et ego te linio oleo salutis pectus & scapulas in Chr̄o Jesu domino nr̄o: vt ba-

vt habeas vitam eternam, et viuas in secula seculorum. Amen.
Et veniens super fontem sacerdos interroget nomen pueri dicens. Quo noie vocaris? Et rñso tali, scz Petrus, vel Maria: Iterũ interroget sacerdos. N. credis in Deũ pñez oipotentem creatorẽ celi et terre? Patrinus ℟. Credo. Et sacerdos. Credis et in Jesum Chr̃m filium eius vnicũ, dñm nr̃m, natum et passuz? ℟. Credo. Et sacerdos Credis et in Spũm sanctum: sanctam ecclesiã catholicã: sanctorũ cõionẽ: remissionẽ peccatorũ: carnis resurrectionẽ: et vitã eternam? ℟. Credo. Deinde sacerdos iterũ iterroget nomẽ pueri, et dicat: Petre, vel Maria vis baptizari? ℟. Volo. Tũc sacerdos accipiat puerũ diligenter et baptizet eũ sub trina immersione, sanctissimã Trinitatẽ semel inuocans, vel effundendo aquã super caput pueri sm consuetudinem loci illius, inuocato prius noie pueri, dicendo. Petre, vel Maria, et ego te baptizo in noie pa ✠ tris: et semel immergat: et fi ✠ lij, et secundo immergat, et spũs ✠ sci. Amẽ: et tertio immergat. Et cũ surrexerit de fonte sacerdos faciat signũ Crucis de chrismate in vertice, eius dicens hãc oronem. Oremus. Oro.

Deus oipotens, pater domini nostri Jesu Christi, qui te regenerauit ex aqua et Spiritu sancto: quique dedit tibi remissionem omnium peccatorũ, ipse te liniat chris ✠ mate salutis in Christo Jesu domino nostro, vt habeas vitam eternam, et viuas in secula seculorum. Amen. Deinde Sacerdos ponat linteum super caput pueri, dicens.

Accipe vestẽ candidã, sanctã et immaculatã, quam perferas ante tribunal dñi nr̃i Jesu Christi: vt habeas vitã eternaz, et viuas in secula seculorum. Amen. Deinde Sacerdos det candelam accensam in dextera manu pueri, siue Patrini, dicens.

Accipe lampadem ardentem, irreprehensibilem: custodi baptismum tuum, serua Dei mandata: vt cuz dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei vna cum omnibus sanctis in aula celesti, habeasque vitam eternam, et viuas in secula seculorum. Amen. Vade in pace, et dominus sit tecum. Amen.

¶ Ad omniũ potius satisfactione prescriptus baptizandi ordo hic positus est, qꝫ qꝫ secundũ S. Romanã Ecclesiã sit institutus. In libro nouo quo vtũtur summi Pontifices in diuinis secundum S. Romane Ecclesie vsum, sequẽtẽ modũ legimus.

¶ Ordo

ORDO AD CATHECVMENVM FACIENDVM:

Et baptizandum puerum masculum: qui in libris S. Romanæ Ecclesiæ legitur: & quo vtuntur summi Pontifices: & in Ecclesijs Venetiarum obseruatur. Cap. 10.



Cum venerit infans ante ianuã Ecclesię interroga nomen eius, & dic hęc verba. Si quis cathecumenus est, secedat. Si quis cathecumenus est, Judeus, vel hereticus: secedat. Si quis cathecumenus est, Sabellianus, vel hereticus, aut Judeus: secedat. Interroga nomen, & dic. Joannes, vel N. quid desideras? Rñdeat. Fidem. Interroga. Fides quid tibi pręstat? ℟. Vitam ęternam. Interroga. Quis tibi daturus est eam? ℟. Deus pater & dñs Jesus Christus cũ sancto Spiritu. Deinde insuffla in faciez eius ter in modũ crucis: & dic. Exorcismus.

Impero tibi immunde Spũs in nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & Spũs ✠ sctí, vt exeas & recedas ab hoc plasmate Dei. Interroga quod nomen vult imponere ei: & annuncies nomen, & dicas. Famule Dei N. quid vis fieri? Respondeat. Christianus. Interroga. Abrenuncias satanę? ℟. Abrenuncio. Interroga. Et omnibus operibus eius. ℟. Abrenuncio. Interroga. Et omnibus pompis eius? ℟. Abrenuncio. Et postea dicat sacerdos hęc verba. Et iste sit felix, i nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. Amen. Deinde dicat ps. Deus in adiutorium meũ intende: Dñe ad adiuuandum me festina. Confundãtur & reuereant: qui querunt animã meam. Auertantur retrorsum & erubescant: qui volunt mihi mala. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge. Exultent & lętent in te oẽs, qui q̃runt te: & dicant semper, magnificet Dñs, qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus & pauper sum: Deus adiuua me. Adiutor meus, & liberator meus es tu: dñe ne moreris. Gloria patri, & filio, & Spiri. Sicut erat in princip.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Dñs vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus Oratio, Catechismus.

DEus noster, qui nos ad imaginem suam plasmare dignatus est, sic ait per Moysen famulũ suum: Non auguraueris: non mechaberis: non falsum testimoniũ dixeris: honorem habebis patri & matri tue: diliges proximũ tuum sicut teipsum: & qđ tibi nõ vis fieri, alijs ne feceris: ista sunt precepta Dei, que gentilem populum ad ecclesiam Dei venientem vnũquemq; oportet obseruare. Per Christum dominũ nostrum. ℟. Amen.

FAmule Dei N. accipe signũ cru ✠ cis, tam in fronte, quam in cor ✠ de: sume fidem celestem: talis esto moribus, vt tẽplum Dei esse iam possis: ingressusq; ecclesiã dei, euasisse te laqueum mortis letus agnoscas: horrescas idola: respuas simulacra, colas Deum patrem omnipotentem, & Jesum Christum filium eius, qui viuit & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

DEprecor te dñe sancte, pater omnipotens, eterne Deus, vt huic famulo tuo, qui seculi huius nocte vagat incertus & dubius, viam veritatis & agnitionis tue iubeas demõstrari: quatenus reseratis oculis cordis sui, te vnũ deũ patrẽ in filio, & filiũ in patre recognoscat cũ sctõ Spũ: atq; huius confessionis fructũ & hic & in futuro seculo percipere mereatur. Per eũdem Chrm Dominum nrm. ℟. Amen. Sequitur exorcismus.

EXorcizo te omnis spiritus immunde in nomine Dei ✠ patris omnipotẽtis: & in noĩe Jesu Chri ✠ sti filij eius domini, & iudicis nostri: vt discedas ab hoc plasmate dei: quem Dñs noster ad templũ sanctũ suũ vocare dignatus est: vt fiat templum Dei viui: & Spiritus sanctus habitet in eo, in nomine Dei Pa ✠ tris oĩpotẽtis, & in noĩe Jesu Chri ✠ sti & filij eius, & Spũs ✠ sancti, qui filius vẽturus est in maiestate patris iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus, qui perdita reparas, & reparata conseruas: Deus, qui proprio gentilitatis crimine euaso, & serpentis charactere deleto, signari hominem nominis tui titulo precepisti: suscipe, quesumus, hunc famulũ tuũ: atque eũ inter plebis tue numerum connumera. Per Christum dñm nostrũ. Oremus. Oratio.

DOmine deus, celi & terre, maris & oĩum elemẽtorum creator, qui aspectu tuo illuminas vniuersaz faciem terre, illumina

mina vultū tuū super hunc famulū tuū N. cathecumenū: quem hodierna die ad tēplū sctm̄ tuum vocare dignatus es: infunde in eū scientiā pietatis tuę. accipe hūc dn̄e, & aperi ei ianuā iustitię tuę, & da illi misericordiā tuā: pietatisq3 mun⁹ largire, & per lauacru3 regenerationis tuę pduc eū ad grāz spūalē: vt nobiscū pariter tibi deo pr̄i oīpotenti laudes & grās referat. Induc eum dn̄e in viam veritatis, doce eum iustificationes tuas. Per dn̄m nostrum Jesum Chrm̄ filium tuum, qui tecum viu. ℟. Amen.

Cum signat eum cum pollice dicens.

In fronte. Signo tibi frontem ✠ vt suscipias crucē Dn̄i.
In auribus. Signo tibi aures ✠ vt audias diuina pręcepta.
In oculis. Signo tibi oculos ✠ vt videas claritatem Dei.
In naribus. Signo tibi nares ✠ vt odorē suauitatis sentias.
In ore. Signo tibi os ✠ vt loquaris verba vitę.
In pectore. Signo tibi pectus ✠ vt credas in Deum.
In scapulis. Signo tibi scapl'as ✠ vt suscipias iugū sui eius.
In toto corpe. Signo te totum in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti, vt habeas vitam ęternam: & viuas in secula seculorum. Amen. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus pr̄ dn̄i nr̄i Jesu Chr̄i respicere digneris sup hunc famulū tuū N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: oēm cęcitatē cordis ab eo expelle: disrūpe oēs laqueos satanę, qbus fuerat alligatus. Aperi ei dn̄e ianuā pietatis tuę, vt sale sapię imbutus, oīu3 cupiditatū fetoribus careat: & suauē odorē pceptoꝝ tuoꝝ lęt⁹ in Ecclia tua sentiat: & pficiat de die in diē: vt idoneus efficiatur accedere ad grām baptismi tui percepta medicina. Per eundē dn̄m nr̄m Jesu3 Xp̄m, qui tecum viuit & regnat in vnit. ℟. Amen. Exorcismus salis.

EXorcizo te creatura salis in noīe Dei Pa ✠ tris omnipotētis: & in charitate domini nostri Jesu ✠ Christi, & in virtute spiritus ✠ sancti. Exorcizo te per Deum ✠ viuum, per Deū ✠ verum: per deum ✠ sanctū: qui te ad tutelam humani generis procreauit: & populo veniente ad credulitatē p seruos suos cōsecrari pręcepit. Proinde rogamus te dn̄e Deus noster, vt hęc creatura salis in nomine sanctę Trinitatis efficiatur salutare sacramentū ad effugandum inimicum: quod tu domine sanctificando sci ✠ fices, benedicendo bene ✠ dicas: vt fiat omnibus

bus accipientibus pfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine domini nostri Jesu Christi: qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et seculum per ignem. ℟. Amen.

Postea accipe sal digito cum tua saliva: et pone in ore infantis: et dic. Famule dei N. accipe sal sapientie, qui propitiatio sit tibi in vitam eternam. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Deus patrum nostrorum, universe conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum respicere digneris propitius: et hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quominus cibo reficiatur celesti: quatenus sit Deo semper Spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens: perduc eum domine ad nove regenerationis lavacrum: ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum eterna premia consequi mereatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Interroget sacerdos nomen infantis, et dicat Famule dei N. ingredere in templum Dei vivi: ut habeas partem in prima resurrectione cum Sanctis et electis Dei. Et introducat eum in ecclesiam dato capite stole eum baiulanti: et sic procedendo dicat hanc orationem. Oremus. Oratio.

Preces nostras, quesumus domine, clementer exaudi: et hunc electum tuum crucis dominice cuius cum impressione signa✠mus, virtute custodi: ut agnitionis tue rudimenta servando, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Finita oratione ponatur infans in pavimento ecclesie: et dicat Oremus. Oratio.

Deus, qui humani generis ita es conditor, ut sis etiam reformator: propitiare famulo tuo N. adoptivo per gratiam tuam: et novi testamenti sobolem nove proli ascribe: ut filii promissionis, quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se accepisse per gratiam. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. His ita finitis Patrinus, vel matrina tenens infantem stet genuflexus, et dicat presbyter. Ora electe, flecte genua et dic. Pater noster. Leva, comple orationem tuam: et signa eum: et accede ad benedictionem. Tunc patrinus dicat totum Pater noster deinde surgens infantem signo crucis ✠ signet. Et sacerdos subiungat dicens. Oremus. Oratio.

Deus Abraham, deus Isaac, deus Jacob: deus, qui Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti: et filios Israel de terra Egypti eduxisti: deputans eis Angelum pietatis tue, qui custodiret

ret eos die ac nocte: te quesumus domine, et rogamus, ut mittere di-
gneris sanctum angelum tuum de celis, qui custodiat hunc famu-
lum tuum, et perducat eum ad gratiam baptismi tui. Sequitur exorcismus.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: et da hono-
rem Deo vivo et vero: da honorem Jesu Christo filio eius, et
Spiritui sancto paraclito: et recede ab hoc famulo Dei: quia istum
Deus et dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, et benedictio-
nem, fontemque baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est.
Et hoc signum sancte cru ✠ cis, quod nos in fontem eius damus,
tu maledicte diabole numquam audeas violare: sed damnatus in eter-
num maneas ab eo repulsus. Per eum qui venturus est iudicare vi-
vos et mortuos, et seculum per ignem. ℟. Amen. Item dicat. Ora ele-
cte: flecte genua: et dic Pater noster: leva, et comple orationem tuam: et
signa illum: et accede ad benedictionem. Tunc patrinus, ut supra ge-
nuflectit, et surgit, et signat infantem. Et sacerdos. Oremus. Oratio.

Deus immortale presidium omnium postulantium: liberatio
supplicum: pax rogantium: vita credentium: resurrectio mor-
tuorum: te invoco domine super hunc famulum tuum N. qui baptis-
mi tui donum petens, eternam consequi gratiam spirituali regenera-
tione desiderat: accipe hunc domine, qui dignatus es dicere: Petite,
et accipietis: querite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis: petenti
itaque premium porrige: et ianuam pande pulsanti, ut eternam celestis
lavacri benedictionem consecutus promissa tui muneris regna
percipiat. Qui vivis et regnas in secula. ℟. Amen. Exorcismus.

Audi maledicte satana adiuratus per nomen eterni Dei,
et Salvatoris nostri filii eius: cum tua victus invidia tre-
mens lugensque discede: nihil tibi sit commune cum servo Dei, iam
celestia cogitanti: renunciaturo tibi, ac seculo tuo: et beate im-
mortalitati victuro. Da igitur honorem advenienti Spiritui
sancto: qui ex summa celi arce descendens, perturbatis fraudi-
bus tuis, divino fonte purgatum pectus, idest sanctificatum Deo
templum, et habitaculum perficiat: et ab omnibus penitus no-
xis preteritorum criminum liberatus servus Dei gratias pe-
renni Deo referat semper: et benedicat nomen eius sanctum in se
cula seculorum. ℟. Amen. Item dicat. Ora electe: flecte genua:
et dic Pater noster: Leva, et comple orationem tuam: et signa
illum: accede ad benedictionem. Tunc patrinus, ut supra, genu-

 flectit,

flectit, leuat, et signat infantem. Et sacerdos dicit exorcismum:

Exorcizo te immunde spiritus in noie pa ✠ tris, et fi ✠ lii, et spüs ✠ sancti: vt exeas et recedas ab hoc famulo Dei. Ipse enim tibi imperat maledicte damnate: qui pedibus suis sup mare ambulauit: et Petro mergenti dexterã porrexit. Sequitur.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: et da honorem Deo viuo et vero, da honorem Jesu Christo filio eius, et Spiritui scõ paraclito; et recede ab hoc famulo Dei: quia istũ De⁹ et dñs nr̃ Jesus Chr̃s ad suã sanctam grãm, et benedictionem, fontemqz baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est: Et hoc signũ scẽ cru ✠ cis, qḋ nos in frõte eius dam⁹; tu maledicte diabole nunq̃ audeas violare: sed dãnatus i eternũ maneas, et ab eo repulsus. Per eũ, q venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculũ p ignẽ. ℞. Amen. ¶ Incipit officiũ abrenunciationis: et catechismus. ¶ Presbyter primo ponit manũ sup infantẽ: et dicit sequentem orõnẽ. Oremus. Oratio.

Eternam ac iustissimam pietatẽ tuã deprecor dñe sancte, pater oĩpotens, eterne Deus, luminis auctor, et veritatis, super hunc famulũ tuũ N. vt digneris eum illuminare lumine intelligentie tue: munda eum: et sanctifica: da ei scientiam verã: vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat fidẽ firmam, spem certam, consilium rectum, doctrinam sanctam: vt aptus sit ad percipiendam gratiam tuam: Per eũ, qui tecum et cum spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. ℞. Amen. Quo facto, qui tenet infantem dicat cum presbytero symbolum apostolorum, et Pater noster.

Credo in Deũ patrem oĩpotentem, creatorẽ celi et terre, Et in Jesum Chrm̃ filium eius vnicum, dñm nostrum. Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex Maria virgine. Passus sub pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascẽdit ad celos: sedet ad dexterã Dei patris oĩpotentis. Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Credo in Spm̃ scm̃: et sanctã ecclesiã catholicã. Sanctorũ cõionẽ. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam eternam. Amen.

Pater nr̃, qui es in celis, sanctificet nomen tuum. Adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua, sicut in celo, et in terra. Panem

nē nrm quotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nra, sicut τ nos dimittimus debitoribus nris. Et ne nos inducas in tētationē. Sed libera nos a malo. Amē. Deinde sequat exorcismum.

NEc te lateat satana imminere tibi penas, imminere tibi tormenta: imminere tibi diē iudicij, diēque supplicij sempiterni, diem q venturus est velut clibanus ardēs: in quo tibi atqz vniuersis angelis tuis eternus superueniet interitus. Proinde dānate atqz dānande da honorem Deo viuo τ vero: da honorem Jesu Christo filio eius, τ Spiritui sancto. Jn cuius noīe atqz virtute ego pcipio tibi qcunqz es spūs immūde, vt exeas τ recedas ab hoc famulo Dei: quē hodie De⁹ τ dñs noster Jesus xps ad suā sanctā grām, τ benedictionem, fontemqz baptismatis dono sue grē vocare dignatus est: vt fiat eius tēplum p aquā regenerationis in remissionē oium pctōrū: Jn nomine eiusdē dñi nri Jesu Christi, qui vēturus est iudicare viuos, τ mortuos τ seculum per ignem. ℟. Amen. Deinde sacerdos saliua oris sui tangat nares τ aures eius, dicens.

EPpheta: qd est adaperire nares τ aures in odorem suauitatis. Rñdeat q tenet īfantē. Eppheta. Et psbyter. Jn odorē suauitatis. Rñdeat q tenet infantē. Eppheta. Et psbyter. Tu autem effugare diabole: appropinquabit enim iudicium Dei. Et rñdeat qui tenet infantē iterum: τ dicat. Eppheta. Postea interrogat sacerdos nomē īfantis: τ dicit. Famule dei N. abrenuncias satane? Rñdet. Abrenuncio. Et psbyter. Et omnibus operibus eius? ℟. Abrenuncio. Et psbyter. Et omnibus pompis eius? ℟. Abrenuncio. Deinde sacerdos liniat infante oleo sancto cathecumenorum in pectore τ in scapulis cum pollice in modum cru ✠ cis: τ dicat.

EGo te linio oleo salutis in pectore τ in scapulis in nomine dñi nostri Jesu Christi in vitam eternam. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo. Et psbyter. Recede immunde spiritus: τ da locum Spiritui sancto. Et tenens manum sacerdos super caput infantis dicit sequentem orationem. Oremus. Oratio.


FAmulum tuum, qsumus dñe, ad tui baptismi gratiam recurrentem respicere τ cōseruare in tuo nomine digneris, τ qcquid in eo per originalis peccati transgressionem pene obnoxium diabolus detinebat, sacri fontis indulgentia resoluatur:

veteris hominis exuuias deponat: et noue vite indutus amictu resurgat. omnia nequissimi spūs ab eo venena depelle: et salutarem baptismi gratiam adimple: vt in tui muneris perceptione in eterna vita valeat exultare. Per Chrm dnz nrm. R. Amen.
His peractis accedāt ad fontes. Si fons nō est bndictus fiant litanie, et benedictio fontis. Si vero fons est benedictus, pretermittantur litanie, et benedictio fontis: et sacerdos interroget nomen infantis. N. Credis in Deum patrem. vt infra.


Kyrie eleison. Christe eleison. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Pater de celis Deus: miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus miserere nobis.
Spiritus sancte Deus miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora.
Sancta Virgo virginum ora.
Sancte Michael. ora. Sancte Gabriel. ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes sancti Angeli et Archangeli orate.
Sancte Joannes baptista ora.
Omnes sancti Patriarche et Prophete orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora. Sancte Jacobe ora.
Sancte Joannes ora.
Sancte Marce ora.
Omnes sancti Apostoli et Euangeliste orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Sancte Christophore ora. Sancte Georgi ora.
Sancte Sebastiane ora.
Sancte Blasi ora.
Omnes sancti Martyres orate.
Sancte Syluester ora. Sancte Gregori ora.
Sancte Augustine ora.
Sancte Nicolae ora.

O mnes sancti Pontifices et Confessores orate.
O mnes sancti Doctores orate.
S ancte benedicte ora.
S ancte Antoni ora. S ancte Dominice ora.
S ancte Francisce ora.
O mnes sancti Monachi et eremite orate.
S ancta Maria magdalena ora.
S ancta Lucia ora.
S ancta Catherina ora.
S ancta Cecilia ora. S ancta Ursula ora.
O mnes sancte virgines et vidue orate.
O mnes sancti et sancte Dei orate.
C hriste audi nos. C hriste exaudi nos. K yrie eleison. C hriste eleison. K yrie eleison. P ater noster. Et ne nos inducas.

E Xorcizo te creatura aque per Deum Exorcismus aque. ✠ vivũ: per Deũ ✠ verũ: per Deũ ✠ sanctũ: per Deũ totius dulcedinis creatorẽ: qui te in principio, verbo separavit ab arida: et in quatuor fluminibus dividens totã terrã rigare pcepit. Adiuro te per Jesum Christũ filiũ eius unicũ dñm nostrum, ut efficiaris in eo, qui in te baptizandus est, regenerãs cũ Deo patre et eodẽ filio, et Spiritu sancto: qui i Trinitate pfecta vivit et regnat Deus p oĩa secula seculorũ. ℟. Amẽ. Oremus. Oro.



D Omine sancte Pater omnipotens, eterne Deus, aquarũ spiritualium sanctificator: te supplices deprecamur, ut ministerium humanitatis nostre respicere digneris propitius: et sup has aquas abluendis, et vivificandis hominibus pparatas angelũ sanctitatis emittas: quo peccatis vite prioris ablutis, reatuq3 deterso, purum Spũi sancto habitaculũ vim regenerationis procuret. Per dñm nr3 Jesum Chrm filiu3 tuũ. Qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.



E Xaudi nos ops Deus: et in huius aque substantia tuã misce virtutẽ: ut abluẽdus p eã sanitatẽ simul et vitã mereat eternã: p dñm nrm Jesum Chrm filiũ tuũ. Qui tecũ vivit et regnat in unitate Spũs sci De9, Per oĩa scl'a scl'or. ℟. Amẽ. Postea sacerdos infundat chrisma in aquã in modũ crucis, dicẽs, F Oecundetur et sanctificetur fons iste hoc salutifero chrismate,

mate, In nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti. Amē. Et intincat cum manu. Deinde interroget presbyter nomen infantis: et dicat. N. Credis in Deum patrē omnipotentem, creatorem celi et terre? ℟. Credo. Sacerdos interroget. Credis et in Jesum Christum filium eius vnicum, dn̄m nostrum, natum et passum? ℟. Credo. Sacerdos interroget. Credis et in spiritū sanctū: sanctā ecclesiā catholicā: sanctorū cōionē: remissionē peccatorum: carnis resurrectionem: et vitam eternā? ℟. Credo. Interroget sacerdos nomen infantis: et dicat. Famule dei N. vis baptizari? ℟. Volo. Tunc baptizet eum sacerdos in nomine sancte Trinitatis sub trina immersione, vel, fm cōsuetudinē patrie vel loci, infundat aquā sup caput eius, dicēs. Ego te baptizo in nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spirit⁹ ✠ sancti. Amē. Postea facit sacerdos crucem in capite eius in vertice de sacro chrismate cum pollice: et dicit hanc orōnem. Oremus. Orō.

Deus omnipotens, pater dn̄i nostri Jesu Christi, qui te regenerauit ex aqua et Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te liniat chrismate salutis in vitam eternam. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo.

Postea sacerdos imponit linteamē sup caput infantis: et dicat.

Accipe vestem candidam et immaculatā: quam perferas sine macula ante tribunal dn̄i nostri Jesu Christi: vt hēas vitam eternam et viuas in secula seculorum. ℟. Amen: Postea tradat candelam accensam in manu pueri, vel patrini, dicens. N. Accipe lampadem irreprehensibilem: custodi baptismum tuum: vt cū venerit dn̄s ad nuptias, possis ei occurrere vna cū oīb⁹ sanctis suis in aula celesti: vt hēas vitā eternā, et viuas in secula seculorum. ℟. Amē. Deinde dicat ad altare Euan. S. Joan. In principio erat. fo. 88. Postea dicat sacerdos. Vade in pace.

¶ Ordo ad puellam cathecumenam faciendam. Cap. xx.

Cum venerit infantula ante ianuā ecclesie, interroga nomē eius: et dic hec verba. Siquis cathecumenus est, secedat. Siqs cathecumenus est Judeus vel hereticus, secedat. Siqs cathecumenus est Sabellianus vel hereticus aut Jude⁹, secedat. Interroga nomē: et dic. Maria. vel N. qd desideras: R̄ndeat. Fidem. Sacerdos interrogat. Fides qd tibi p̄stat? R̄ndet. Vitam eternā. Interrogat

gat sacerdos. Quis tibi daturus est eam? Respondet. Deus pater & dñs Jesus Christus cum sancto spiritu. Deinde insufla in faciem eius ter in modum crucis, & dic. Exorcismus.

I Mpero tibi imũde spũs i noĩe pa✠tris, & fi✠lij, & spiritus ✠ sci: vt exeas & recedas ab hoc plasmate Dei. Interroget sacerdos qđ nomen volunt ei imponere, & annunciet nomẽ, & dicat. Famula Dei N. qd vis fieri? Rñdet. Christiana. Interroget sacerdos. Abrenũcias satanę? Respondet. Abrenuncio. Sacerdos. Et oĩbus operibus eius. Respondet. Abrenuncio. Sacerdos. Et oĩbus põpis eius. Rñdet. Abrenuncio. Postea dicat sacerdos hęc verba. Et ista sit felix in nomine pa✠tris, & fi✠lij, & spũs✠ sancti. Amen. Deinde dicat sacerdos. ps. D eus in adiutoriũ meũ intende. vt sup. fol. 17. Gloria pa. &c. Kyrie ele. Chrĩe ele. Kyrie ele. Dñs vobiscum. Oremus. Oro.

D Eus nr̃, q nos ad imaginẽ suã plasmare di- (Catechismus. gnatus est, sic ait p Moysen famulũ suũ: nõ auguraueris: nõ męchaberis, nõ falsum testimoniũ dixeris, honorẽ habebis pr̃i & mr̃i tuę, & diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsum, & qđ tibi nõ vis fieri, alijs ne feceris: ista sũt ꝓcepta Dei, q̃ gẽtilẽ ppl̃m ad ecclĩã Dei venientẽ vnũquẽqz oportet obseruare. Per Chrm. ℟. Amen. Sacerdos signat eã i f. õ: e & in pectore signo ✠ Crucis dicẽs.

F Amula Dei accipe signum crucis tam in fron✠te, q̃ in corde.✠ sume fidẽ cęlestẽ: talis esto moribus, vt tẽplũ Dei iam esse possis: ingressaqz ecclesiã Dei, euasisse te laqueũ mortis lęta agnoscas, horrescas idola: respuas simulacra: colas Deũ patrẽ omnipotẽtẽ: & Jesũz Christũ filiũ eius, cũ Spũ scõ, qui viuit & regnat in secula seculorũ. ℟. Amen. Oremus. Oro.

D Eprecor te domine sancte, pater oĩpotẽs, ęterne Deus: vt huic famulę tuę, quę seculi huius nocte vagatur incerta, & dubia, viam veritatis, & agnitionis tuę iubeas demonstrari: quatenus reseratis oculis cordis sui, te vnũ Deũ patrem in filio, & filium in patre recognoscat cũ scõ spiritu, atqz huius confessionis fructum & hic, & in futuro seculo pcipere mereať. Per eundẽ Christum dñm nr̃m. ℟. Amen. Sequitur exorcismus.

E Xorcizo te oĩs spũs imũde in noĩe Dei pa✠tris oĩpotentis, & in noĩe Jesu Chri filij eius iudicis nr̃i: vt discedas ab hoc plasmate Dei, q̃ dñs nr̃ ad tẽplũ sanctũ suũ vocare dignatus

tis est: vt fiat tēplū Dei viui: et Spūs scūs habitet in ea: in noīe Dei pa ✠ tris oīpotentis: et in noīe Jesu ✠ Chri filij eius, et Spūs ✠ sci: qui filius venturus est in maiestate pr̄is iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignē. ℟. Amē. Oremus. Orō.

Deus, q pdita reparas: et reparata cōseruas: Deus, q pprio gētilitatis crimine euaso, et serpētis charactere deleto, signari hoīem noīs tui titulo pcepisti: suscipe, qs, hāc famulā tuā: atq eā iter plebis tue numerū cōmisce. p Chrz. Oremus. Orō.

Domine Deus celi et terre, maris et oīum elemētorū creator, qui aspectu tuo illuminas vniuersam faciem terre: illumina vultū tuum, super hāc famulā tuam N. catechumenam, quā hodierna die ad templū sanctū tuum vocare dignatus es: infunde in eam scientiā pietatis tue: accipe hanc dñe: et aperi ei ianuam iustitie tue: et da illi misericordiam tuā: pietatisque munus largire: et per lauacrum regenerationis tue perduc eā ad gratiam spūalem: vt nobiscum pariter tibi Deo patri oīpotenti laudes et gratias referat. Induc eam dñe in viam veritatis: doce eam iustificationes tuas: per dñm nostrum Jesum Chrm filium tuum, qui tecum viuit, etc. ℟. Amen. Consignat eam in fronte dicens.

	Signo tibi frontem ✠ vt suscipias crucē Dñi.
In auribus.	Signo tibi aures ✠ vt audias diuina precepta.
In oculis.	Signo tibi oculos ✠ vt videas claritatem Dei.
In naribus.	Signo tibi nares ✠ vt odorē suauitatis sētias.
In ore.	Signo tibi os ✠ vt loquaris verba vite.
In pectore.	Signo tibi pectus ✠ vt credas in Deum.
In scapulis.	Signo tibi scaplās ✠ vt suscipias iugū sue ei⁹.
In toto corpe.	Signo te totā i noīe Pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spūs ✠ sci: vt habeas vitā: et viuas i scła sclorū. Amē. Orem⁹. Orō.

Omnipotens sempiterne Deus, pr̄ Dñi nr̄i Jesu Chri, respicere dignare super hanc famulam tuam N. quā ad rudimēta fidei vocare dignatus es: omnē cecitatem cordis ab ea expelle: disrumpe oēs laqueos Satane, quibus fuerat alligata. Aperi ei dñe ianuā pietatis tue: vt signo sapientie tue imbuta omnium cupiditatum fetoribus careat: et suauem odorem pceptorū tuorum leta in ecclesia tua sentiat: et pficiat de die in diem: vt idonea efficiat accedere ad gratiā baptismi tui, pcepta medicina: Per eūdē dñz nr̄m Jesum Chrm filiū tuū, Qui tecū viuit et regnat

gnat in vnitate spiri. ℟. Amen. Oremus. Exorcismus salis.

EXorcizo te creatura salis in noie Dei pa✠tris omnipotētis, ⁊ in charitatē dñi nři Jesu Xpi, ⁊ ī virtute spūs ✠ sci. Exorcizo te p deū ✠ viuū: p deū ✠ verū: p deū ✠ scūz: q te ad tutelam humani gñis procreauit, ⁊ pplo venientē ad credulitatem p seruos suos ɔsecrari precepit. Proinde rogamus te domine de⁹ nř, vt hec creatura salis ī noie scē Trinitatis efficiať salutare sacramentū ad effugandū inimicum qd tu dñe sanctificando sancti✠fices: ⁊ bñdicendo bñ✠dicas: vt fiat oibus accipiētibus pfecta medicina, pmanens in visceribus eoꝝ: in noie dñi nři Jesu Xpi: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum p ignem. ℟. Amen. Postea tolle salē digito cum tua saliua: ⁊ pone in ore infantulę, ⁊ dic. N famula dei N. accipe sal sapientię, q propitiatio sit tibi in vitam ęternam. Amē. Oremus. Oratio.

DEus patrū nřorum, vniuersę conditor veritatis, te supplices exoramus, vt hanc famulā tuā N. respicere digneris propitius: ⁊ hoc primū pabulū salis gustantē, non diutius esurire pmittas: quo minus cibo repleatur cęlesti: quatenus sit deo semper spū feruēs, spe gaudens, tuo semp noi seruiēs: pduc eaz dñe ad nouę regenerationis lauacrū: vt cū fidelibus tuis pmissionum tuarum ęterna pmia ɔsequi mereať. Per Xpm dñm nřm. Amē. Interroget sacerdos nomē infantulę: ⁊ dicat. N famula dei N. ingredere in tēplum dei viui: vt hēas partez in prima resurrectione cuz Scis ⁊ electis dei. Et dato capite stolę patrino, introducat eā in Ecclesiā, dicēdo hāc orōnē. Oremus. Oratio.

PReces nřas, qsum⁹ dñe, clementer exaudi: ⁊ hanc electam tuā cru✠cis dñicę, cuius eam impressione signa✠mus, virtute custodi: vt agnitionis tuę rudimenta seruando, p custodiam mādatoꝝ tuoꝝ ad regenerationis gloriā puenire mereať. Per eun. Chřm dñm nřm. ℟. Amen. Finita oratione ponatur infantula in pauimento Ecclesię, ⁊ dicatur. Oremus. Oratio.

DEus qui humani generis ita es conditor, vt sis etiam reformator: propitiare famulę tuę N. adoptiuę p grām tuam: ⁊ noui testamenti sobolē nouę proli ascribe: vt filij promissionis, qd non potuerūt assequi p naturā, gaudeāt, se accepisse p grāz, p Xpm dñm. ℟. Amen. His ita finitis patrinus vel matrina tenēs infantulā stet genuflexus: ⁊ dicat sacerdos. Ora electę: flecte genua:

nua: dic Pater noster: Leua: ⁊ cōple orōnē tuā: ⁊ signa illam: ⁊ accede ad bñdictionē. Et Patrinus dicat totū Pater nr̄. ⁊ signet puellā signo cru ✠ cis: ⁊ sacerdos dicat orōnē. Oremus. Orō.

Deus celi: deus terre: deus Angeloꝝ: deus Archangeloꝝ: deus Prophetarū: deus Aplōꝝ: deus Martyrum: deus Cōfessoꝝ: deus Uirginū: deus Omniū bñ viuentiū: deus, cui oīs lingua cōfitet, ⁊ oē gen⁹ flectit celestiū, terrestriū, ⁊ infernoꝝ: te inuoco dñe, vt hāc famulā tuā ⁊ custodire digneris ⁊ pducere ad grāз baptismatis. p xp̄з do. no. ℟. Amē. Sequit exorcismus.

Ergo maledicte diabole recognosce sniam tuam: ⁊ da honorem Deo viuo ⁊ vero: da honorem Jesu Chrō filio eius, ⁊ Spū scō paraclito: ⁊ recede ab hac famula dei: quia istam sibi Deus ⁊ dñs noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam ⁊ benedictionem, fontemque baptismatis dono celesti vocare dignatus est. Et hoc signum sancte cru ✠ cis, quod nos in frontē ei damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare: sed dānatus in eternū maneas ab eo repulsus: per eum qui ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen.

Item dicat sacerdos. Ora electe: flecte genua: dic Pater nr̄. Leua: comple orationem tuam, ⁊ signa illam: ⁊ accede ad benedictionem. Patrinus dicat totum Pr̄ nr̄. ⁊ signet infantulam signo cru ✠ cis: ⁊ sacerdos dicat orationem. Oremus. Oratio.

Deus Abrahā: Deus Isaac: Deus Jacob: deus, qui tribus Israel de egyptiaca seruitute liberasti: ⁊ p Moysen famulum tuum de custodia mandatoꝝ tuoꝝ in deserto monuisti: ⁊ Susanna ó falso crimine liberasti: te supplex deprecor dñe: vt liberes hāc famulā tuā N. ⁊ pducere eā digneris ad grām baptismi tui. Per xp̄m dñm nr̄m. ℟. Amen. Sequitur exorcismus.

Ergo maledicte diabole recognosce sniāз tuam: ⁊ da honorē deo viuo ⁊ vero: da honorem Jesu xp̄o filio ei⁹, ⁊ spūi sancto paraclito: ⁊ recede ab hac famula dei: q̄ istā sibi deus ⁊ dñs nr̄ Jesus xp̄s ad suā scāз grāз ⁊ bñdictionē, fonteq̄з baptismatis dono celesti vocare dignatus est. Et hoc signū scē cru ✠ cis: qd̄ nos in frōtē eius dam⁹, tu maledicte diabole nunquā audeas violare: sed dānat⁹ in eternū maneas ab ea repulsus. Per eū q̄ vēturus est iudicare viuos ⁊ mortuos seculū p ignē. ℟. Amen.

Sacerdos dicat tertio: Ora electe flecte genua: dic Pater nr̄.

Leua:

Tenaꝫ: cōple oꝛonē tuā: ꝛ signa illam: ꝛ accede ad bñdictionem. Et Patrinus dicat totū Pater noster. surgat: ꝛ signet īfantulā signo cru ✠ cis: ꝛ Sacerdos sequitur exoꝛcismū. Exoꝛcismus:

Exoꝛcizo te immunde spūs per Patrem ꝛ filium ꝛ spm̄ sctm̄: vt exeas ꝛ recedas ab hac famula Dei N. Ipse tibi imperat maledicte damnate: qui ceco nato oculos aperuit: ꝛ quatriduanum Lazarū de monumēto suscitauit. Sequitur exoꝛcismus.

Ergo maledicte diabole recognosce sniaꝫ tuā: ꝛ da honoꝛeꝫ Deo viuo ꝛ vero. da honoꝛem Jesu Chꝛisto filio eius, ꝛ Spiritui sancto paraclito: ꝛ recede ab hac famula dei: qꝛ istā deus, ꝛ dñs noster Jesus Chꝛist⁹ ad suam sanctam gratiam ꝛ benedictionem, fontemqꝫ baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est: Et hoc signū scē cru ✠ cis, qđ nos in frōte eius damus, tu maledicte diabole nunquā audeas violare: sed dānat⁹ ī eternū maneas, ꝛ ab eo repulsus. Per eū, qui venturus est iudicare viuos ꝛ moꝛtuos, ꝛ seculū p ignē. ℟. Amen. ¶ Incipit officiuꝫ abrenūciationis: ꝛ cathecbism⁹. ¶ Pꝛimo ponat pꝛesbyter manum sup infantem: ꝛ dicat sequentem oꝛonē. Oꝛemus. Oꝛatio.

Aeternam ac mitissimā pietatem tuam depꝛecoꝛ dñe sancte, pater oīpotens, eterne Deus, luminis auctoꝛ, ꝛ veritatis, super hunc famulum tuuꝫ N. vt digneris eū illuminare lumine intelligentie tue munda eum: ꝛ sanctifica: da ei scientiam veram: vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat fidem firmam: spem certam, consiliū rectum, doctrinam sctāꝫ: vt aptus sit ad pcipiendam grāꝫ tuam: Per eum, q tecū ꝛ cū spū scō viuit ꝛ regnat ī secula seculoꝝ. ℟. Amen. Quo facto, q tenet infantē dicat cū sacerdote symbolum Aplōꝛuꝫ, ꝛ Pr̄ nr̄.

Credo in deum patrem omnipotentem: creatoꝛeꝫ celi ꝛ terre. Et in Jesum Chr̄m filium eius vnicum, dñm nostrum. Qui cōceptus est de Spiritu sancto: natus ex Maria virgine. Passus sub Pōtio Pilato, crucifixus, moꝛtu⁹, ꝛ sepult⁹. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a moꝛtuis. Ascendit ad celos, sedet ad dexteram dei patris omnipotētis. Inde venturus est iudicare viuos ꝛ moꝛtuos. Credo in Spm̄ sctm̄: ꝛ sanctā Ecclesiam catholicam. Sanctoꝛum Cōionem. Remissionem peccatoꝛum. Carnis resurrectionem. Uitam eternam. Amen. Pater noster. Deinde sequitur exoꝛcismus.

NEc te lateat satana imminere tibi penas, imminere tibi diē iudicij, diemque supplicij sempiterni, diē q venturus est, velut clibanus ardens: in quo tibi atque vniuersis angelis tuis, eternus superueniet interitus. Proinde dānate atqz dānande da honorē Deo viuo et vero: da honorē Jesu Xpo filio ei9, et Spūi sctō. Jn cuius noīe atqz virtute ego pcipio tibi qcunqz es spūs immunde, vt exeas et recedas ab hac famula Dei: q̄ hodie deus et dn̄s nr̄ Jesus Xp̄s ad suā sanctā gr̄az et benedictionē, fonteqz baptismatis dono sue gr̄e vocare dignatus est, vt fiat eius templum p aquaz regenerationis in remissionem oīum peccatorū. Jn nomine eiusdē dn̄i nr̄i Jesu Christi, qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignē. ℟ Amen. Deinde saliua oris sui sacerdos tangat nares et aures infantule: et dicat.

EPpheta, qd̄ est adaperire nares et aures in odorem suauitatis. R̄n̄deat q tenet infantulā. Eppheta. Et sacerdos. Jn odorē suauitatis. R̄n̄deat q tenet infantulā. Eppheta. Et sacerdos. Tu aūt effugare diabole: appropiquabit eni3 iudiciu3 dei. Respōdeat qui tenet infantulam Eppheta. Postea interroget sacerdos nomen infantule: et dicat. Famula dei N. abrenuncias satane? Respōdeat. Abrenuncio. Et sacerdos. Et omnibus operibus eius? Respōdeat Abrenuncio. Et sacerdos. Et omnibus pompis eius? Respōdeat. Abrenuncio. Deinde sacerdos liniat infantulam de oleo sancto inter pectus et scapulas cum pollice in modum cru✠cis, et dicat.

EGo te linio oleo salutis iter pect9 et inter scapulas, in nomine dn̄i nostri Jesu Christi, i vitā eternam. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo Et sacerdos. Recede immunde spiritus: et da locum Spiritui sancto. Et sacerdos tenens manum super caput infantule dicat sequentem orationem. Oremus. Oratio.

FAmulā tuā, q̄sumus dn̄e, ad tui baptismi gratiam recurrētem respicere, et conseruare in tuo nomine digneris: et quicquid in ea per originalis peccati transgressionem pene obnoxium diabolus detinebat, sacri fontis indulgentia resoluatur, veteris hominis exuuias deponat, et noue vite inducta amictu resurgat: omnia nequissimi spūs ab ea venena depelle: et salutare3 baptismi gratiam adimpleat: vt in tui muneris perceptione in eterna vita valeat exultare. Per Christum dn̄m nostrum.

His

His peractis procedant ad fontes. Sequitur benedictio fontiũ, si fons non est benedictus: & fiant letanie, & benedictio fontis, vt supra. fol. 21. Si vero fons est benedictus, presbyter preter missis litanijs & benedictione fontis interroget nomen infantule, & dicat. N. Credis in Deũ pr̃em omnipotentem creatorem celi & terre? Respondeat. Credo. Sacerdos. Credis & in Jesum Christum filiũ eius vnicum, dñm nostrum, natum & passum? Rñdet. Credo. Sacerdos interrogat. Credis & in Spiritum sanctum: sanctã Ecclesiã catholicã sanctorũ cõmunionẽ: remissionẽ peccatorũ: carnis resurrectionẽ, & vitam eternã? Respõdet. Credo. Interrogat sacerdos nomẽ infantule, & dicit. Famula Dei N. vis baptizari? Respõdet. Volo. Tunc baptizat eam sacerdos in nomine scte Trinitatis sub trina immersione: vel infundit aquã super caput eius fm morem patrie, vel loci dicẽs. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spũs ✠ sancti. Am̃. Postea facit sacerdos crucem in capite eius in vertice de sacro chrismate cum pollice, & dicit hanc orationem. Oremus. Oratio.

Deus omnipotens, pater domini nostri Jesu Christi: qui te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto: quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum: ipse te liniat chrismate salutis in vitam eternam. Pax tibi. ℞. Et cum spiritu tuo. Postea sacerdos ponat linteamen super caput infantis, & dicat.

Accipe vestem candidam & immaculatam, quam perferas sine macula ante tribunal domini nostri Jesu Christi: vt habeas vitam eternam in secula seculorum. ℞. Amen. Postea tradat candelam accensam in manu puelle vel patrini, dicens. N. Accipe lampadem irreprehensibilẽ: custodi baptismum tuũ: vt cũ venerit dñs ad nuptias, possis ei occurrere vna cũ oĩbus sanctis suis in aula celesti, vt habeas vitam eternã: & viuas in secula seculorũ. ℞. Amen. Deinde dicit euangeliũ sancti Joannis. In princip. erat. fol. 89. Postea dicat sacerdos. Vade in pace.

¶ Forma baptizandi puerum vel puellam, de cuius morte dubitatur ad succurrendum. Cap. 12.

Si infans grauiter infirmatur: ita quod de eius morte dubitatur: non fiet totus ordo predictus: sed cum primum fuerit ad portam ecclesie sacerdos sufflet in modicum cru ✠ cis, & dicat.

IMpero tibi immunde ſpiritus, in nomine Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ ſancti, vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo Dei. Tunc ſacerdos interroget nomen infantis, ⁊ dicat: Quid vis fieri? Reſpõdet: Chriſtianus. Interrogat ſacerdos: Abrenũcias ſatanę, ⁊ omnibus operibus eius, ⁊ omnibus pompis eius? Reſpõdet. Abrenuncio. Poſtea faciens ſignum crucis in fronte, ⁊ pectore infantis, dicit: Accipe ſignũ crucis tã in frõte, q̃ in corde: ſume fidem cęleſtem: eſto talis moribus: vt templum Dei eſſe poſſis. Poſtea ſacerdos benedicat ſalem in hunc modum. Benedic ✠ queſumus dñe, hanc creaturã ſalis tua bene ✠ dictione cęleſti i noĩe dñi nr̃i Jeſu Chriſti, ⁊ in virtute Spũs ſancti, ad effugãdum inimicũ: qd̃ tu dñe ſanctificãdo ſancti ✠ fices: benedicendo bene ✠ dicas: fiatq; oĩbus pcipientibus pfecta medicina pmanens in viſceribus eorũ. In noĩe Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ ſancti. Amen. Oratione completa ſacerdos ponat ſal benedictum in ore infantis, dicens: Accipe ſal ſapientię, quod ſit tibi propitiatio in vitam ęternã. Amẽ. Tunc introducat eum in Eccleſiã, ⁊ dicat. Pr̃ nr̃. ⁊ Credo in Deum patrem. Poſtea ſacerdos tãgit nares eius, ⁊ aures cum ſaliua ſua dicẽs.

EPpheta: quod eſt adaperire aures ⁊ nares in odorem ſuauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei. Tunc ſacerdos vocato nomine eius dicat: Abrenuncias ſatanę, ⁊ omnibus operibus eius, ⁊ omnibus pompis eius? Reſpondet: Abrenuncio. Tunc ſacerdos intincto digito in oleo cathecumenorum facit ſignum crucis ſuper pectus ⁊ ſcapulas pueri dicens. Ego te linio oleo ſalutis in Chriſto Jeſu dño noſtro. ¶ Si autem ita infirmus in mortis periculo eſt conſtitutus, q̃ prędicta ſeruari non poſſint: benedic ſal, ⁊ in ore ponas: ⁊ ſigna puerum in fronte ⁊ pectore cum pollice: ⁊ dic: In noĩe Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ ſancti. Amen. Et tenens manum ſuper caput eius, dic hanc orationem.

FAmulum tuum, q̃s dñe: ad tui baptiſmi gratiam recurrentem reſpicere ⁊ conſeruare in tuo nomine digneris: ⁊ quicquid in eo per originalis peccati tranſgreſſionẽ pęnę obnoxiũ diabolus detinebat, ſacri fontis indulgẽtia reſoluat: veteris hoĩs exuuias deponat, ⁊ nouę vitę indutus amictũ reſurgat: omnia nequiſſimi ſpũs ab eo venena depelle: ⁊ ſalutarem baptiſmi gratiam adim-

ple: & in tui muneris perceptione in eterna vita exultare cõcede, p.

Item alia oratio pro proximo morti. Oremus. Oratio.

Medelam tuam deprecamur domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus: qui subuenis in periculis: qui tẽperas flagella, dum verberas: te ergo Dñe supplices deprecamur, vt hunc famulum eruas ab hac inualetudine: vt non preualeat inimicus vsq3 ad tentationem anime: sicut Job terminũ ei pone: ne inimicus de anima ista sine redeptione baptismatis incipiat triũphare. Differ dñe exitu3 mortis: & spatiũ vite extende: releua quem perducas ad gratiam baptismi tui. Per Chr̃m dominum nostrum. ℟. Amen. Postea si non habeat aquam benedictam: benedic eam ista breui benedictione ad succurrendum.

Exaudi nos oĩps Deus: & in huius aque substantiã tuam misce virtutẽ: vt abluendus p eã, & sanitatẽ simul, & vitam mereatur eternam. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Exorcismus.

Exorcizo te creatura aque in nomine Dei Pa ✠ tris omnipotẽtis: & in charitate Jesu ✠ Christi filij eius: & Spiritus ✠ sancti. Exorcizo te omnis virtus aduersarii: omnis incursio satane: & omne phantasma: eradicare & effugare ab hac creatura aque: vt fiat fons saliens in vitam eternam: & qui ex ea baptizatus fuerit, fiat templum Dei viui: & Spiritus sanctus habitet in eo, in remissionem omnium peccatorum. Postea pone chrisma in aqua, & dicas. Fecundet, & sctificet iste fons oleo salutis, & salutifero chrismate. In noĩe Pa ✠ tris & Fi ✠ lij, & Spũs ✠ sancti. Amen. Deinde sacerdos interrogat o nomine pueri, dicat.

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem celi & terre? Respõdet. Credo. Et sacerdos. Credis & in Jesum Christum filium eius vnicum, dominum nostrum, natum, & passum? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis in Spiritum sanctum: sanctam Ecclesiam catholicam: sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem, & vitam eternã? Respondet. Credo. Et interrogat sacerdos. N. vis baptizari? Respondet. Volo. Tunc sacerdos eum baptizat in nomine sancte Trinitatis, dicens. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. Amen. Postea facit crucem de chrismate sacro in vertice eius: & reliqua, vt supra, scilicet, dat ei vestem candidam, & candelam cum orationibus, vt supra.

¶ Si autem puer conualuerit: debēt omnia suppleri que omissa sunt. s. omnia que baptismum precedunt, et dicta non fuerant.
¶ Si vero adeo propinquus morti fuerit: quod credatur ipsum immediate obiturum: solum dicat formam baptismi videlicet. **Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lij, et Spūs ✠ sancti. Amen.** Et dicendo verba predicta effundat aquam super caput eius: et sic eum baptizet. Et si habet chrisma, eum in vertice vngat in modum crucis, et dicat orationem. **Deus omnipotens pater domini no. etc.** Et postea. **Accipe vestem candidam et immacu. etc.** Et demum candelam, dicendo. **Accipe lampadem irreprehensibilem, etc.** Postea dicat Euangelium sancti Joannis. **In principio erat verbum: et verbum erat. folio 89.**
¶ Finit Tractatus primus prime partis libri Sacerdotalis, de sacramento Baptismi.
¶ Aduerte quod hic sequi deberet sacramentum Eucharistie, vel Penitentie: Sed quia regulariter primo precedit Penitentia: postea Communio: et vltimo Extrema vnctio: que habet multa annexa. s. Commendationem anime: Officium sepulture etc. que multum protrahuntur ad longum: visum est hic tractare primū de Matrimonio, et postea successiue de alijs sacramentis.

¶ Tractatus secundus prime partis libri Sacerdotalis, de sacramento Matrimonij.

¶ Quid sit Matrimonium: et qualiter contrahatur legitime, et de eius institutione, et de tribus bonis Matrimonij. Cap. j.



MAtrimonium est sacramentum ecclesie: quod sic diffinit. Matrimonium est maris et femine coniunctio, indiuiduam vite consuetudinem retinens. De presumpt. cap. Illud. Quod quidem cōtrahitur solo consensu per verba de presenti: quando vir in mulierē, et mulier in virum, accedentibus verbis consensum exprimentibus. s. Accipio te in meā, et accipio te in meū, vel equollētibus, cōsentiunt. De spōsa. ca. cum Locū. et c. Tua. et c. Tuas de sponsa duorū.

q 27.q.2.ca.Sufficit.Et S.Thom.in 4.dist.27.q.1.art.2. Nō solum autem verbis, sed etiā signis Matrimonium exprimentibus, vel cōsensum in Matrimonium, vt in surdis ꝛ mutis, contrahitur Matrimonium. De sponsa.capit.Cum apud sedem.

¶ Institutū autem fuit in Paradiso terrestri Matrimonium ante peccatum, propter susceptionem sobolis, dicente domino: Crescite ꝛ multiplicamini. Gen.1.ca. Institutum etiam fuit post peccatum, cā vitandę fornicationis: vt dicit Apostolus, 1.ad Corinth.7. Propter fornicationem vnusquisque habeat vxorem suā: ꝛ vnaqueq₃ virum suum.32.q.2.ca.Sicut.ꝛ capi.Quicquid. Institutio.

¶ Oēs autem q volūt, possunt Matrimoniū₃ ɔtrahere, dummodo sint ętate legitima, q̄ est in viro.14.annorum, ꝛ in fœmina.12.vt habetur de spon.impube.ca.Impuberes, ꝛ ca.Continebat. ꝛ dummodo non sit aliqđ impedimētum, quo ꝓhibeatur cōtractio Matrimonij: de quibus infra hꝫ. Et pōt fieri Matrimonium ꝑ ꝓcuratorem, sicut fuit de Isaac, ꝛ Rebecca. Gen.c.24.ꝛ 32.q.2.§.cum ds. Tēpus.

¶ Tria autem sunt bona Mr̄imonij, sc₃ proles, fides, ꝛ sacramentum. Proles, vt charitatiue recipiant filios, ꝛ religiose educent. Fides, vt cum alia ꝑsona non coeant. Sacrm, vt nunq̄ nisi ꝑ mortem separent. Qui filij sunt legitimi: c.Per venerabilem.in tex.ꝛ gl.sup ver.de tribus modis.27.q.2.c.Omne itaq₃.32.q.1.c.Non enim. Tria matrimonij bona.

¶ Ex concilio Florenrentino ꝑdicto. Sacrm mr̄imonij est signū cōiunctionis Chri ꝛ Ecclę: ſm Apl'm dicentē: Sacr₃ hoc magnū est: Ego dico in Xpo ꝛ Eccl'a. Cā efficiens mr̄imonij reglr' est mutuus ɔsensus ꝑ verba de pñti exp̄ssus. Assignat autem triplex bonū mr̄imonij. Primū est, ples suscipiēda, ꝛ educāda ad cultū Dei. Scd₃ est fides, q vnus cōiugum alteri seruare dēt. Tertiū est īdiuisibilitas Matrimonij: pp hoc q significat indiuisibilem cōiunctionem Xpi ꝛ ecclesię. Quāuis aūt ex cā fornicationis liceat thori separationē₃ facere: nō lꝫ aliud matrimoniū cōtrahere fas est, cum Matrimonij vinculū legitime contracti perpetuū₃ sit: hęc ibi. Non tutum esse: sciās nouum contrahere, vt sentiūt quidā moderni: qui tamen sciās, sibi potius per missū, nec ꝓpterea,

¶ De duplici Matrimonio, scilicet legitimo ꝛ clandestino: ꝛ de bannis publice faciendis. Cap. 2.

MAtrimoniū aliud est legitimū: qđ est, q̄n publice ꝛ solenniter contrahitur in faciem Eccle cum debitis cōditionibus requisitis, s. cum vxor a parentibus petit, desponsat, dotat, ꝛ a sa-

cerdotibus benedicit. vt 30.q.5.c. Aliter. ¶ Aliud est clandesti- nū, qḋ fit sine predictis solennitatibus. 30.q.5.p totum. Cui clan- destino Mr̄imonio sacerdos cōsentiens est suspendendus. De clan. desp̄o. ca. Cū inhibitio. q2 ex eo sequunt̄ frequentius multa mala, & scādala q̄ plurima oriunt̄: ideo ab ecclesia est inhibitū3. Et maxime concilio Tridentino. c.1. Sess.24. de refor. matrimo- nij. Qḋ quidē clandestinū Matrimoniu3 publice erat ratificā- dum. De clā. desp. ca. Qḋ nobis. Quapropter prudens sacerdos dēt diligenter intendere q̄ talia non sequant̄. Vn̄ fm generalis cōcilij cōstitutionē, de clā. desp̄o. ca. Cu3 inhibitio. facienda sunt bāna in ecclesijs p parochū sacerdotē: anteq̄ mr̄imoniū cōtra- hat: & indicēdum est p tres dies festiuos cōtinuos I Missarū so- lennijs: Ut siqs sciat, inter tales psonas, q̄ inter se contrahere debēt, esse aliqḋ impedimētum, infra cōpetētē terminū assignā- du3 debeat ipsū pducere & manifestare, in hec vel sil' a verba, v3. Hę due personę N. & N. volūt ꝯtrahere Mr̄imoniū: siqs est q nouerit aliqḋ impedimētum eē inter has psonas, qḋ matrimo- nium inter eos ipediat, illud denunciet. Et de hoc admonemus oēs primo, scḋo, & tertio, & perēptorie infra talē terminu3 N. Et alicubi, q sine istis bānis cōtrahūt, sunt excōicati. Et si apparue- rit aliqua coniectura impedimēti alicui⁹, iterdicēdū est illis ne cōtrahāt donec veritas declaret̄, & oppositū cōstet. Qui aūt con traxerint post phibitionē sibi factā, & ipedimētum extiterit, ille- gitimos filios pcreabūt: & sacerdos q tales inhibitiones facere contēpserit: vel regularis q interfuerit, suspendi debent ab offi- cio p tres annos. Et siqs malitiose falsum impedimētu3 obiece- rit, canonicā vltionē nō euadet: vt p3 vbi supra. ¶ Sācit Tridē- tina Sinodus nullum eē mr̄imonium, qḋ ꝯtrahit̄ aliter q̄ pn̄te proprio Parocho & duobus aut tribus testibus Sess.8.cap.1. ¶ Uagantes vero nō vult ad mr̄imoniū cōtrahendū admitti, nisi prius habita de ipsis diligenti inqsitione, obtentaq3 ab or- dinario licentia. Sess.8.ca.7. ¶ Nullum etiā esse posse matrimo nium inter raptorem & raptam, quandiu ipsa in raptoris pōtesta te permanserit, decernit eadem sancta Sinodus. Sess.8. cap.6.

¶ De impedimentis Matrimonij: que sunt. 14. cap.3.

IMpedimenta autem Matrimonij, quę Matrimonium im- pediunt contrahendum, & dirimunt iam contractum sunt.

ii. & in his versibus continentur, videlicet.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis:
Hec socianda vetant connubia: facta retractant.

¶ Primum impedimentum est Error: quod tripliciter potest occurrere. Primum in psona: vt si credat cōtrahi cū Martino matrimoniū, & contrahitur cum Petro. Et hoc nullum est. 29. q. 1. ca. His ita. Scdo modo errat in fortuna: vt siqs credit contrahere cum diuite, & contrahit cum paupere. Tertio modo in qualitate, vt si credat ɔtrahere cū filia regis, vel alia psona nobili: & cōtrahit cū rustica. Vel credit contrahere cum virgine: & cōtrahit cū meretrice. Et i istis duobus vltimis talis error nō impedit matrimoniū. ¶ Scdm impedimētū est Cōditio: qñ qui liber est cōtrahit ignoranter cū serua: vel libera cum seruo: & tūc nullū est Matrimoniū: nisi cognita condictione de nouo cōtrahāt, vel cōsentiāt. Error tñ deterioris cōdictionis ipedit, & nō paris vel melioris: vt si seruus cōtrahit cū ancilla, quā credebat liberā: vel cum libera, q̄ credit ancillā: De cōiu. seruo. ca. Proposuit. & 29. q. 1. §. 1. ¶ Tertium impedimentum est. Voti. Duplex est aūt votū. s. simplex & solēne. Votum simplex ipedit Matrimoniū cōtrahēdū: sed nō dirimit cōtractū. Votū vero solēne, qd est p susceptionem sacri ordinis. s. subdiaconatus, vel emissionem professionis tacite vel expresse in aliqua religione approbata, ipedit Matrimoniū cōtrahēdū: & dirimit iam contractū. Qui cleri. vel vo. ca. Meminimus. & ca. consuluit. & c. insumatione. De voto & vo. re. c. Qd votū lib. 6. Et tales cōtrahētes sunt excōicati. De cōsan. & affi. ca. Eos q, in cle. de consang. & affi. ca. vlt. ¶ Quartū impedimentum est Cognationis: Que est triplex. s. carnalis, spiritualis, & legalis. Prima est cōsanguinitas: que impedit Matrimoniū vsq; ad quartū gradū inclusiue: & tales similiter sunt excōicati si cōtrahunt: & matrimonium est nullū cū. cap. Eos qui. Si vero vnus attineat alteri in tertio vel quarto gradu, & alius in qnto, cōtrahere pñt: q: semper stādū est remotiori psone in consanguinitate. Ex cōstitutione vero Synodi Tridētine, ex fornicatione cōtracta affinitas in primo & scdo gradu tm̄: postea contractum matrimoniū dirimit.

 ¶ Co=

¶ Cognatio spūalis est ꝯpaternitas, q̄ puenit ex datione vel administratione sacroꝝ. Verbi gr̄a. Sacerdos baptizat puerum: ꝛ Martinꝰ suscipit eū de sacro fonte: vterq3 est pr̄ spūalis ipsius pueri: ꝛ cōpater pr̄is ꝛ m̄ris. Vn̄ suscipiens puerū nunq̄ poterit h̄re i m̄rimoniū m̄rē3 eiꝰ: nec ipsam ꝑsonā, quā tenuit, si femina sit: nec vxor suscipiētis poterit h̄re pr̄e3 pueri, licet ipsa nō susceperit, sed vir suus, ꝛ ecōtra. Sil'r filij pr̄is carnalis ꝛ spūalis ꝑnt cōtrahere m̄rimoniū ĩsimul. Sil'r cōpater pōt filiā cōpatris accipere: nisi sit illa, q̄ tenuit. Pōt ēt aliqs h̄re duas cōmatres successiue i vxores, si ante m̄rimoniū effectę sunt cōmatres. Idem dicēdū est de filio vxoris habito ex priori viro, ꝛ econtra: qꝛ mulier eū suscipiēs nō est cōmater viri sequētis: ꝛ vir suscipiens filiū alicuius de alia vxore nō est cōpater sequētis vxoris. Laicus baptizans aliquē3 non pōt contrahere cum matre eius. Sacra synodus Tridentina sic constituit: vt vnus tantum siue vir, siue mulier vel ad summū vnus ꝛ vna baptizatu3 de baptismo suscipiant: inter quos ac baptizatum ꝛ illius patrem ꝛ matre3, necnon inter baptizante3 ꝛ baptizatu3, baptizatiq3 patrē ꝛ matrem tantū, spūalis cognatio contrahi tur. Et sancit pterea, vt parochus, anteq̄ ad Baptismū cōferēdū accedat, diligenter ab his, ad quos spectabit, sciscitet᷑, quē vel quos elegerint vt baptizatu3 de sacro fonte suscipiāt, ꝛ eū, vel eos tantu3 ad eū suscipiēdu3 admittat: ꝛ in libro eoꝝ noīa describat: doceatq3 eos, qua3 cognationem ꝯtraxerint: ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spūalē nullo pacto cōtrahāt. ¶ Cognatio aūt spūalis solu3 contrahit᷑ per baptismum, vel cōfirmatione3. Catechismus qui baptismo tanq̄ exordium est, cognationē spiritualē inducit: ꝛ licet impediat Matrimonium cōtrahēdu3, non t̄n dirimit cōtractu3. De cogna. spiri. cap. Catechisinum. lib. 6. ¶ Cognatio legalis est adoptio alicuius in filium vel filia3. Unde talis adoptatus: q̄diu durat adoptio, non potest accipere filiam carnalem adoptātis, sed bene post eius fractionē, quę fit per emancipationem. Adoptās non potest aliquo tempore filiā adoptatam ducere in vxorem nec etiam post emancipationem. ff. de Ritu nup. per adop. l. Adoptiuꝰ, Item. l. qn etiam. co. ti. ¶ Quintum impedimentū est criminis. Tria sunt crimina, q̄ impediūt Matrimonium con=

cõtrahẽdum, ⁊ dirimunt ꝯtractum. s. adulterãs cū cõiugata, ⁊
machinãs in morte viri, vel ecõtra machinãs in mortem vxo-
ris effectu secuto. Secũdo, si viuente viro eius ꝓmittit adulterę
eam ducere in vxorem. Tertio, si viuente legitima vxore scien-
ter adulterã super inducit in cõiugiũ. Si vero nullus istoruʒ ca-
suum interuenerit, põt eam ducere. De eo qui du. in matri. quaʒ
pol. per adul. ca. Propositum. cap. Super hoc. ⁊ cap. sequenti.
eo. ti. ¶ Sextuʒ impedimentuʒ est disparitas cultus. Unde fi-
delis non põt contrahere cum iudęa vel pagana. Potest tamen
contrahere spõsalia, si infidelis promittit conuerti ad fidem. Si
aũt alter cõiugum ꝯuertitur ad fidem ex iudaismo vel paganis-
mo: ⁊ alter remanet infidelis, si potest sine iniuria creatoris fieri,
possunt simul habitare. Si aũt periculuʒ est, ꝙ infidelis fidelem
ad infidelitatẽ vel peccatuʒ mortale trahat: soluitur Matrimo-
nium. Idẽ dicendum de lapsis in hęresim. Si iudęus contraxit
cum consanguinea, cõuersus ad fideʒ põt remanere cũ ea: nisi in
gradibus diuina lege ꝓhibitis. Paganus habens plures vxo-
res conuersus ad fidẽ põt retinere solam primam. De diuor. ca.
Quãto. Leui. 18. ¶ Septimuʒ impedimentuʒ est Violẽtia, quę
excludit ꝯsensum, si tñ est talis, quę cadat in ꝯstantẽ viruʒ: sicut
metus mortis, verberum, ⁊ seruit⁹, ⁊ metus stupri. Et si mulier
steterit cum viro ꝑ annum cũ dimidio: ⁊ ꝯsenserit in carnalẽ co-
pulã, nõ dẽt audiri: alias mr̃imoniũ nõ valet. ¶ Octauũ impe-
dimẽtũ est Ordinis, qꝛ ordines subdiaconatus ⁊ supiores impe-
diũt Mr̃imoniuʒ contrahẽdum, ⁊ dirimunt iã ꝯtractũ ⁊ est ex-
cõicatio latę sẽtẽtię ꝯtra tales. Qui cle. vel vo. c. De diacono, in
fi. ⁊ ca. Ex literarũ. de ꝯsan. ⁊ affi. ca. Eos q cle. ¶ Nonuʒ impe-
dimẽtuʒ est Ligaminis: vnde nullus q legitime nupserit põt vi-
uente prima vxore aliam accipere. Et si inter eos fuerunt spon-
salia de futuro, fili⁹ nõ põt cum alia de futuro contrahere spon-
salia. Si autẽ cum alia contrahit ꝑ verba de pñti, vel de futuro, ⁊
sequitur copula carnalis, stabit cuʒ secunda: etiam si cum prima
sponsalia de futuro fuissent iuramento firmata. Si alligatus est
vxori, ⁊ non est secuta carnalis copula: põt ea inuita religionem
intrare: nõ tñ si secuta est carnalis copula. Uxor credens mari-
tuʒ mortuuʒ, si nubat, ꝙ̃ diu est in tali credentia, excusat̃. Si autẽ
prim⁹ marit⁹ redierit: cuʒ ipso tenet̃ redire ⁊ manet̃: alias adul-

tera

tera censebit. De secun. nup. c. Dñs. 27. q. 1. c. Qui desponsatam.
¶ Decimum impedimentum est publicę honestatis iustitia: q̃ est qñ aliqs aliquã mulierẽ desponsat existentẽ annorũ 7. & sup: qui licet eã non cognoscat carnaliter, nullus tñ de consanguinitate ipsius mulieris p̃t eã ducere in vxorẽ: nec ipse aliam de consanguinitate ipsius. De despon. impu. c. iuuenis: & c. ad audientiã, eo. ti. Sed iustitię publicę honestatis impedimẽtũ, vbi despõsalia quacũque rõne valida non erunt, Sãcta Synodus Tridẽtina prorsus tollit: vbi aũt valida fuerint primum gradũ (inqt) nõ excedãt. ¶ Undecimum impedimentũ est Affinitatis: qd est qñ aliqs aliquã mulierẽ carnaliter infra claustra pudoris & cõplete cognoscit. Talis mulier efficit affinis oĩu consanguineor ipsius, & ipse efficitur affinis oĩu mulierũ consanguinear dictę mulieris vsque ad quartũ gradũ inclusiue. Et moriente cõsanguineo, quo cõtrahit affinitas, p̃sona q̃ superuiuit remanet affinis. De cõsan. & aff. c. Nõ super his. ¶ Duodecimum impedimentũ est Impotentia coeundi, q̃ est duplex. s. naturalis & accidentalis. Naturalis: vt frigiditas in viro: & arctatio in muliere: & defectus ętatis in puero. Accidẽtalis: vt castratio; & maleficiatio. Impotentia naturalis, alia tp̃alis, alia perpetua. Temporãlis impedit matrimonium p tp̃s quo durat: sicut defectus ętatis in puero. Perpetua impedit contrahendum: & dirimit contractũ. Arctatio in muliere medicina remoueri debet, vel per assiduum coitus est aperienda: q̃ si non valet remoueri, nullus est matrimoniũ. De fri. & male. c. Accepisti. Si mulier arctata, ab vno cognosci nõ p̃t, & postea ab alio cognoscatur, reddenda est primo. ¶ Accidẽtalis impotentia, siue castratio impedit. Maleficium aũt si tp̃ale est, non impedit. Si aũt perpetuũ est: qd cognoscitur, si per triennium continuum persistentes actui venereo nõ possunt se cognoscere: tunc impedit contrahẽdum, & dirimit contractum. Et hęc impedimẽta intelliguntur esse, si pręcesserit matrimonium. ¶ Alia duo impedimenta sunt, quę impediunt matrimonium contrahendum: sed non dirimunt contractum, scilicet impedimentum feriarum. s. ab Aduentu Dñi nr̃i Iesu Christi, vsq3 in diẽ Epiphanię, & a feria quarta Cinerũ vsque in octauam paschatis inclusiue: nam in alijs temporibus nuptias celebrare Sancta Synodus Tridentina permittit.)

tit.) Quibus temporibus licet possit cōtrahi matrimonium per verba de presenti & semper & omni tpe, etiam quadragesimali: non licet tamen traducere vxorem, vel solennizare nuptias, vel eam carnaliter cognoscere. Et contrafaciētes peccarent mortaliter. ¶ Aliud impedimentum est interdictum ecclesie. qū.s. ab ecclesia ex causa rationabili interdicitur alicui cōtrahere matrimonium cum aliqua. Et ista duo vltima impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum. De clan. despon. c. Cum inhibitio. vnde vers.

Ecclesie vetitum, necnon tempus feriarum.
Impediunt fieri: permittunt facta teneri.

¶ Hec impedimenta strictim & breuissime in substantia hic posita sunt, quantum fieri potuit. Sed qui ea diffusius videre, & intelligere voluerit, legat Summam confessorum Pisanam, Angelicam, Siluestrinam, Tabienam, & Rosellā, & alias summas casuum conscientie.

¶ De exhortatione & admonitione facienda sponso & sponse per sacerdotem: & de forma contrahendi matrimonium, & eius benedictione. Cap. 4.



Instante aūt nuptiarum celebratione, faciēde sunt orationes, & maxime ī Missa: & ē dicēda Missa de Spū sctō cū oōne de beata Virgine, & alia oōne: q̄ incipit: Deus per quē mulier iūgit viro &c. vt ī Missali: & hortādi sunt sponsus & sponsa ad sacramētale confessionē: & ī casu sūt istruendi qualiter in matrimonio viuere debeant: & q̄ cum oī honestate actum coniugij exerceant: considerantes q̄ inter eos est sacramētum sancte matris ecclē: quod est honestē exercēdū: iuxta dictū beati Pauli apl̄i prime ad Thessalonic. c. 4. Vnusquisque vestrum sciat vas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderij, sicut gentes que ignorant Deum: quoniam Deus non vocauit vos in immunditiam, sed in sanctificationem. Hoc autem fiet, si in actu matrimonij procedēt nō sicut equus & mul⁹, sed sicut persone

psone Deum timentes, et sacrm mrimonij honorātes, vz, nō ex ardore libidinis, sz cā plis suscipiende, debiti redendi consorti, sicut tenent: nec tali actu ɔiugij vtant mō idebito, ēt in vase cō-sueto, et tactibus imundis, vt pluries actum ipsuz exercere pos-sint, vel vt habeant maiorē delectationē: nec vtant calidis ciba-rijs et potibus, vt pl⁹ ad hoc tētent: nec vir abutatur vxore extra vas debitum: qr i oib⁹ supradictis peccarēt. Itē q tpe menstrui nō ɔueniāt, qr eēt mortale. Itē q conent honorare magnas fe-stiuitates, et p Dei honore nō vti ɔiugio, et silr i diebus ieiunio-rum, et pcessionum, et p triduū ante, et p triduum post sumptionē sacre cōionis. Si igit honeste Matrimoniū exercuerint, Deus illis bona dabit: et psperabuntur: et bonos filios generabunt: et diu viuēt cum letitia insimul: et vitā eternā eis ɔcedet dñs Deus nr. Itaqz sacerdos ō talib⁹ eos sapienter et discrete moneat, vt Deū timere discāt: et cum pace et fidelitate alter alteri amorem et fidē seruet. Bonū etiā esset, si ante nuptiarū ɔtractionem sacrm Eucharistie sumerent: vt muniti tali viatico cum maiori gratia sacrm ipsuz ɔtraherent: qr (sm Doctores) si alter eor, vel ambo esset in peccato mortali ɔtrahēdo mrimoniū mortalr peccarēt. Assignata die, qua Mrimoniū ɔtrahēdū est p verba de presen-ti, venientes ad ecclesiā spōsus et sponsa, qui sunt materia huius sacri, et se sacerdoti psentantes, ei iuramentū pstent, sm consue-tudinem quarundā Ecclesiarum, de ɔtrahendo matrimonium sm ritum sancte Romane Ecclesie. Oportet aūt q sponsus eta-tem 14. annorum: et spōsa. 12. excedāt si consensus valere debet: alias nihil fit, nec est matrimoniū. Prestito iuramēto sacerdos indut⁹ suppelliceo cum stola interroget vtrunque in hunc mo-dum. Ego ex parte Dei, et p iuramentum qd fecistis, mando vo-bis, quaten⁹ mihi dicatis, si habetis aliqd impedimētum cano-nicum, qd possit īpedire vos ab hoc Matrimonio legitime cō-trahendo, vz: si estis consanguinei, vel affines vsqz ad quartum gradum inclusiue: et si aliqs vestrū cuz aliqua psona contraxerit p verba de psenti. Si habetis votum religionē ītrādi, vel votuz castitatis, vel alia impedimenta canonica vt supra. Quibus si-gillatim respondentibus, q nō: sacerdos pnunciet verba, que sunt forma hui⁹ sacramēti cum cōsensu vtriusqz: de quo ɔsensu specialiter eos moneat, q si desit, nihil oīno agit: et dicat sponso,

Dhe

Dñe N. placet vobis accipere dñam N. in vestrã legitimã sponsam p verba de pñti: sicut pcipit scã Romana ꝛ Apostolica Ecclesia? Quo dicente. Placet dñe. Sacerdos dicit sponse. Dña N. placet vobis accipere dñm N. in vestruз legitimũ sponsum p verba de pñti: sicut pcipit sacrosctã Romana ꝛ Aplica Ecclesia? Et illa dicente. Dñe placet mihi. Sacerdos ponat manũ dexterã sposi sup dexterã spõse: ꝛ supponat stolã in modum crucis sup cõplicatas dexteras vtriusqз: ꝛ dicat: Et ego coniungo vos in matrimoniũ. Et signũ crucis sup vtrũqз faciat, dicens. In noĩe Pa ✠ tris, ꝛ Fi ✠ lij, ꝛ Spũs ✠ sancti. Amẽ. vel alijs vtatur verbis, iuxta receptũ vniuscuiusqз pũncie ritũ. Et aspgat aq̃ benedicta dicens. Per aque bñdicte aspersionẽ det vobis oñs Deus suam gratiaз ꝛ benedictionẽ. Quo dicto sacerdos benedicat arras in hunc moduз. ℣. Adiutoꝛium nostrum in noĩe dñi. ℟. Qui fecit celuз ꝛ terram. ℣. Sit nomẽ dñi bñdictuз. ℟. Et hoc nunc ꝛ vsqз in seculũ. ℣. Dñe exaudi oꝛõnẽ meam. ℟. Et clamoꝛ meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spũ tuo. Oꝛemus. Oꝛo.

Benedic Domine has arras, quas hodie tradit famulus tuus N. in manum ancille tue, dilecte sponse sue N. quemadmodum benedixisti Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, Iacob cum Rachel, dona super eos gratiam tue benedictionis, abundantiam rerum, ꝛ constantiam operum: floꝛescant sicut rosa in Jericho plantata: ꝛ te dñm nostrum Jesum xpm timeant ꝛ adoꝛent in secula seculoꝛum. ℟. Amen. Oꝛemus. Oꝛatio.

Domine Deus, oñs pater: qui in similitudinem fecisti cõnubij Isaac cum Rebecca p intercessioneз arrarũ Abrahe famuli tui copulari iussisti, vt oblatione munerũ numerositas cresceret filioꝛũ: qs oĩpotẽtiã tuã: vt harũ oblatione arrarũ, quas hodie hic famulus tuus N. dilecte sponse sue N. offerre procurat: sanctificatoꝛ accedas: eosqз cũ suis muneribus pпitius bñ ✠ dicas: quatenus tua benedictione protecti, ꝛ vinculo tue liberationis connexi, gaudeãt se feliciter cũ tuis fidelibus perenniter mãcipari. Per Christum dñm nrm. ℟. Amen. Aspergantur arre aqua benedicta: postea bñdicat annulum. ¶ Bñdictio annuli. ℣. Adiutoꝛiũ nrm in noĩe dñi. ℟. Qui fecit celũ ꝛ terrã. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spi. Oꝛemus. Oꝛatio.

Bene ✠ dic, quesumus dñe, annulum hunc, quem nos in tuo nomine

nomine bene✠dicimus: vt qui eum portauerint, in tua pace cõsistant: ꝛ in tua voluntate permaneant: ꝛ in amore tuo viuant ꝛ senescant: ꝛ multiplicentur in longitudine dierum. Per Christũ dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

CReator ꝛ cõseruator humani gñis: dator grę spũalis: cõditor ęterne salutis: tu dñe emittere digneris Spũm scm̃ tuuȝ paraclitũ de celis: ꝛ tuaȝ sctãȝ bñ✠dictionẽ sup hunc annuluȝ: vt isti pariter armati virtute cęlesti, tuaqȝ ptectione defensi, bñ✠dictionis tuę munus pcipiãt i vitã ęternam. Per. ℟. Amen.

Et aspergat sacerdos annuluȝ aqua benedicta. Postea sponsus accipiat annuluȝ de manu sacerdotis: ꝛ ponat cũ in dextera manu spõsę in digito quarto. s. annulari, dicẽs. In noĩe Pr̃is, ꝛ Filij ꝛ Spũs scti. Amẽ. Quo peracto sacerdos legat preces sequentes.

MAnda Deus virtuti tuę, confirma hoc Deus, qͣ operatus es in nobis: a templo sancto tuo, qd̃ est in Hierl'ẽȝ, tibi offerent reges munera. Increpa feras arũdinis, cõgregatio taurorũ in vaccis populorũ, vt excludant eos, qui probati sunt argento. Gloria patri. ꝛc. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos ind. ℣. Saluũ fac seruum tuum ꝛ ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxiliũ de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationẽ. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum spir. Oremus. Oõ.

DEus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, bene✠dic adolescentes istos: ꝛ semina semen vitę ęternę in mentibus eorũ, vt quicquid pro vtilitate didicerint, hoc facere cupiant. Per dñm nostrum Iesum Christum filium tuuȝ, recuperatorem nostrum, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnita. ꝛc. Oremus. Oratio.

BEne✠dic domine ꝛ respice de cęlis super hanc coniunctionẽ: ꝛ sicut misisti sanctum Angelum tuuȝ Raphaelem pacificum ad Tobiam ꝛ Saram filiam Raguelis: ita digneris domine mittere benedictionem tuam super hos adolescentes: vt in tua benedictione permaneant, in tua voluntate persistant, ꝛ in tuo amore viuant ꝛ senescant, ꝛ multiplicentur in longitudine dierum. Per Christum dñm nr̃m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

BEne✠dicere dignare dñe, q̃s, hunc famulũ tuuȝ, ꝛ hanc famulã tuã: vt in noĩe tuo crescant ꝛ cõseruent: atqȝ oĩbus diebus

bus tibi seruiant: quatenus mundi peracto termino, tibi sine macula valeant adherere. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea dicat Sacerdos Psalmus.

BEati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dñm. Benedicat tibi dominus ex sion: et videas bona Hierusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel. Gloria pa. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. et dicitur ab omnibus presentibus. Et ne nos. ℣. Saluum fac seruum tuum et ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus: qui primos parentes nostros Adam et Euam sua virtute creauit, et in societate sancta copulauit: ipse corda et corpora vestra sancti ✠ ficet, et bene ✠ dicat: atque in societate et amore vere dilectionis coniungat. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

BEne ✠ dicat vos Deus: et custo ✠ diat vos Jesus Christus: ostendat faciem suam in vobis: et misereatur vestri. Conuertat dominus vultum suum ad vos: et det vobis pacem et sanitatē corporis et anime. Amen.


IMpleat vos Chr̄s oī bñdictione spūali in remissionē pcōrum: vt habeatis vitā eternā, et viuatis in secula seculorum. ℟. Amē.

ET bñdictio Dei oīpotētis, Pa ✠ tris, et Fi ✠ lij, et Spirit⁹ ✠ scti, descendat sup vos: et maneat semp. Amen. Postea dicat Missa: vt in missali vsque ad Pater nr̄ inclusiue. Et post Pr̄. nr̄. dicto Per oīa scl'a sclorum, Et r̄nso Amen. antequam dicatur Pax dñi, Sacerdos collocata hostia cōsecrata sup patenā posita super calicem, et cooperta corporali, vertit se ad sponsum et sponsam corā altari genuflexos, ita quod spōsa sit a sinistris spōsi: et vbi consueuit cooperit spatulas viri et caput mulieris cum eodem velo ad exemplum Rebecce, que viso Jsaac cooperuit se. Gene. 24. Et de hoc habetur. 30. q. 5. capitu. Femine: et capitu. Nec illud. Et dicit. Jn nōie Patris, et Filij, et Spūs sancti. Amē. ℣. Saluos fac


fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Ostende eis domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da eis. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Domine exaudi orat. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

PRopitiare dn̄e supplicationibus nostris: & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste, vt quod te authore iungitur, te auxiliante seruetur. Per.





P Er om nia se cu la seculorum. ℟. Amen.




Dn̄s vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. S ur sum cor da.




℟. Habemus ad dominum. G ratias agamus domino Deo nostro. ℟. Dignum & iustum est.






V Ere dignum, & iustum est: ęquum & salutare, Nos tibi


semper




semper & vbiqz gratias agere, domine sancte, pater omni=




potens: ęterne deus. Qui potestate virtutis tuę de nihilo




cūcta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs homini ad




imaginem dei facto ideo inseparabile mulieris adiutorium



condidisti: vt feminco corpori de virili dares carne princi=




pium: docens quod deo placuisset institui, nunq̄ licere dis=



iungi. Deus q tā excellenti mysterio cōiugalē copulā cōse=

E crasti:




crasti: vt Christi ꝛ ecclesię sacramentū pręsignares in fęde=




re nuptiarū: Deus per quē mulier iungitur viro: ꝛ societas



principaliter ordinata bene ✠ dictione donatur: quę sola




nec per originalis peccati penā, nec p diluuij est ablata sen=




tentiā. Respice propitius super hāc famulā tuā: quę mari=




tali iungenda cōsortio, tua se expetit ptectione muniri. Sit




in ea iugū dilectionis ꝛ pacis: fidelis ꝛ casta nubat in Chri=
sto: imi=



sto: imitatrixq3 sanctarum permaneat feminaru. Sit ama=




bilis vt Rachel viro suo: sapiens vt Rebecca: logeua & fi=




delis vt Sarra. Nihil in ea ex actibus suis ille autor puari=



cationis vsurpet: nexa fidei mandatisq3 permaneat: vni



thoro iuncta cōtactus illicitos fugiat: muniat infirmitatē



suam robore disciplinę. Sit verecundia grauis: pudore ve=



nerabilis: doctrinis cęlestibus erudita. Sit fęcūda in sobo=

 le: sit

le: sit probata ꝛ innocens: ꝛ ad beatorū requiē, atqꝫ ad cele

stia regna perueniat. Et videat filios filiorū suorū vsqꝫ ad

tertiā ꝛ quartā generationē: ꝛ ad optatā pueniat senectutē.

¶ Hic sacerdos mutet vocem, si pfationē cantauit, ꝛ dicat plane, ita ꝙ ab astantibus audiri possit. Per eūdē dn̄m nr̄ꝫ Jesum Chr̄m filiū tuū. Qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate spūs sc̄i deus. Per omnia sc̄la seculoꝝ. Amē. Postea dicat in tono lectionis.

Oremus omnipotentem Deū, qui ad multiplicandā humani generis plē bene✠dictionis sue gratiā largiri dignatus est, fratres charissimi: ꝛ deprecemur, vt hos famulos suos N. ꝛ N. quos ad cōiugalē copulā ipse pelegit, ipse custodiat. ℟. Amē.

Det eis sensus pacificos, pares animos, mores mutuos charitate coniunctos. Responsorium. Amen.

Habeant quoqꝫ optatas suo munere soboles: quas sicut donum ipsius tribuit, ita bene✠dictionem consequantur: vt hi famuli tui in omni eidem cordis humilitate deseruiant, a quo se redemptos ac dicatos esse non dubitant. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Quibus peractis sacerdos ad altare conuersus dicit Pax dn̄i ꝛc. Postea datur pax sponso: ꝛ ipse dat eā spōse: ꝛ missa terminat. Cōpleta missa sacerdos, vbi cōsueuit, bn̄dicit panem ꝛ vinū, dicēs, ℣. Adiutoriū nr̄m in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ꝛ terram. Oremus. Oro.

Bene✠dic dn̄e creaturā istaꝫ panis ꝛ vini, sicut bene✠dixisti quinqꝫ panes in deserto: vt bēs gustātes ex ea, tā anime, ꝙ corporis recipiant sanitatē. Per Chr̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen.

Deinde

Deinde in altari frangat panē, ꝛ det vnā partē sponso, ꝛ aliaꝫ sponsę, ꝛ sic etiā de vino: ꝛ postea aspergantur aqua benedicta. Deinde sacerdos ponit manus super capita amboꝝ primo viri, ꝛ postea mulieris, dicēs. In noīe patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti amen. Et eleuatis manibus ꝛ extēsis sup capita eorum dicat

DEus Abrahā, Deꝰ Isaac, deꝰ Iacob: ipse sit vobiscuꝫ: ꝛ ipse vos ꝯiūgat, impleatqꝫ bñ ✠ dictionē suā in vobis. Amen.

BEne ✠ dicat vos omnipotēs Deus oris sui eloquio: ꝛ cor vestruꝫ synceri amoris copulet nexu perpetuo. ℟. Amen.

FLoreatis rerū pręsentiū copijs, fructificetis decenter in filijs, gaudeatis perenniter cum fidelibus amicis. ℟. Amen.

TRibuat dñs vobis parētibus dona perennia: pręsentia tempora feliciter dilatet: ꝛ sētiatis gaudia sēpiterna. ℟. Amen.

IPse qui vnum trinumque possidet nomen, ꝛ gloriatur Deꝰ, benedicat vos in secula seculorum. ℟. Amen.

QUod ipse vobis pręstare dignetur, cui est honor ꝛ imperiuꝫ in secula seculorum. Amen. Oremus. Oratio.

DOminus Deus oēs bñ ✠ dicat vos: ipse vos cōiūgat, impleatqꝫ bñ ✠ dictionē suā in vobis: ꝛ videatis filios filioꝝ vestroꝝ vsque ad tertiā ꝛ quartā generationē ꝛ progeniem: ꝛ ad optataꝫ perueniatis senectutem. Per dñꝫ. Tunc sacerdos iterū tangat capita vtriusqꝫ primo viri ꝛ postea mulieris: ꝛ dicat

DEus Abrahā, Deus Isaac, Deus Iacob, emitte bñ ✠ dictionē tuā sup nubentes istos: ꝛ semina semen vitę ęternę in mentibus eoꝝ: vt qcquid de vtilitate sua didicerint, hoc facere cupiāt. Per Iesum Chřm recuperatorē oīuꝫ fideliū: q cū te eterno pře ꝛ spū sctō viuit ꝛ regnat Deꝰ: p oīa sclá sclóꝝ. ℟. Amē. Et bñdictio Dei oīpotētis, pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spūs sci descēdat, ꝛ maneat sup vos: ꝛ angelus Dñi bonus custodiat vos semper. ℟. Amē. Postea sacerdos dicat Euangeliū sci Ioānis. In principio. f. 89. Quo dicto aufert velū ab eis, ꝛ dicit Ambulate in pace. Suprascripta bñdictio nō est faciēda, qñ alter ꝯtrahētium i alio mřimonio fuit bñdictus, imo sacerdos bñdicēs secūdas nuptias est suspēsus, ꝛ ad Papā mittēdus, extra de secūdis nuptijs, cap. Capellanus. Scūs tñ Thomas tenet ꝙ qñ virgo cōtrahit cum viro q aliā habuerat vxorē, ꝙ bñdici debet, ꝛ est cōis doctorum opinio hoc esse seruādū, vbi ea est ꝯsuetudo, q vero in locis, i qbus id

bus id fieri non cõsueuit: hoc faceret, incurreret penam dicit Ca. Capellanus. Cũ aũt he nuptie bñdicende sunt, seruat hic ritus. Bndicunt Arre & veniunt ambo, & genuflectũt añ altare, & missa dr vsqz ad pax dñi exclusiue, & velant ambo vt sup. & sacerdos dicit In noie pris, &c. vt sup. & ℟. vt sup. i singulari numero, & genere feminino. Oro. Propitiare nr õpatione predicta, & oro. Oremus oipotentẽ Deũ, q ad multiplicãdã, dr i singulari numero, & i genere feminino, Postea finita missa dicat orões, vt sup. ponẽdo manũ solũ sup caput spõse, & faciat reliqua omnia vt su.

¶ De ingressu spõse in ecclesiam octauo die post benedictionẽ faciẽdo, vbi cõsueuit. cap. s. ¶ In aliqb9 ecclesijs cõsueuit octauo die post bñdictionẽ sponsa ingredi ecclesiã, qd vulgo dicitur Intrare in sancta. Et tũc sacerdos indutus superpelliceo & stola, sit in ostio ecclesie: & adueniẽte spõsa dicat ℣. Adiutorium nrm in nomine dñi. ps. Deus misereat. totũ cũ Gloria pa. f. 37. & postea subiũgat ps. Beati oẽs. totũ sic cũ Gloria pa. f. 37. Kyrie eleis. Chre eleis. Kyrie eleis. P n r. Et ne nos. Sed libe. ℣. Saluã fac ancillã tuã. ℟. Deus meus sperãtẽ in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniqtatis nõ apponat nocere ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spi. Oremus. Oro.

Omnipotẽs sempiterne Deus, creator celi & terre: q oia de nihilo creasti: qque Adã protoplastũ de limo terre formasti: & Euã illi in adiutoriũ dedisti: & bñdixisti eis, dicens. Crescite & multiplicamini & replete terrã: ne respicias ad pcã nra, sed ad fidẽ ecclesie tue: & bene ✠ dicere digneris hãc famulã tuã vna cũ marito suo: & da ei fecunditatẽ sobolis, & de rore celi, atqz de pinguedine terre abundantiã: & benedic eis tã in domibus, q̃ in agris, & vbiqz: in iumẽtis, & pecoribus, omniqz possessioni eorũ benedic: & perduc eos in oi pietate, & castitate, & morũ honestate, & timore Dei ad vitã eternam. Per Christũ. Tunc sacerdos tradat caput stole sponse, & ducens eã in ecclesiam, dicat.

Ingredere in domũ Dei: & adora filiũ virginis: q tibi fecunditatẽ prolis tribuere dignet: ipsum inquã dñm nrm Jesum Chrm mediatorem Dei & hoim: qui cũ patre & Spiritu scõ viuit & regnat Deus in scla sclorum. ℟. Amen. Postea sacerdos celebret, & sponsa audiat missam cũ cãdela accensa in manibus.

Et finita

Et finita nulla sacerdos benedicat eam hoc modo Benedictio Dei oipotentis, pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et spiritus ✠ sci descendat sup te: et maneat semp. Et aspergat aqua bñdicta: que surgens offerat sacerdoti, qd sibi placuerit: et donum reuerta: ur in pace.

¶ Pro fuganda sterilitate mulieris oratio. Cap. 6.

catione, dūmodo participet cum eis in alijs, quaꝫ in crimine,
vꝫ q participet in his, que continentur in versu infrascripto.
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.
¶ Quia nō debet loqui cū eo, nec orare, nec cū salutare: nec in
actibus humane cōuersationis aliquam cōionem habere cum
eo, nec comedere cū eodē. ¶ Non tñ semp peccat mortaliter
ille, qui sic participat cum talibus excōicatis: quia hoc esset ni-
mis durū, pro sic parua videlicet re, obligare hoīes ad pecca-
tum mortale: vnde dicit S. Tho. in .4. sent. dist. 18. q. 2. arti. 4. nisi
participet cū illo in cōtēptū ecclesiastice discipline, vel contra
probi-

prohibitionē preceptoriā superioris. ¶ Excipiunt tñ quidā casus in quibus participantes cū eis nō incurrent in hāc excōicationē: qui casus in hoc versu infrascripto cōprehenduntur;
Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.
¶ Primo vz, qñ qs hoc facit, vt procuret vtilitatē aīe ipsi⁹ excōicati, vel etiam vtilitatem ppriā, vtputa, cū petit qs ab excōicato id qđ ei excōicat⁹ dare tenet, ꝛ debet: aliter excōicatus de sua excōicatione cōmodū ꝛ vtilitatē reportaret: vel ēt cū petit ab eo ꝯsiliū pro remedio aīe sue, qñ. s. non pōt hēre recursum ad aliquē aliū. ¶ Scđo, excusat lex. s. matrimonij ex parte mulieris, que potest cōicare viro excōicato, cū sit ei subiecta. Uir tñ non excusatur participando cū vxore excōicata: qꝛ potest eam corrigere cogēdo ipsā, nisi in redditione debiti. ¶ Tertio excusat humilitas subiectionis, vel seruitutis: vnde filij, q sunt in patris ptāte, vel ēt emancipati, si sunt cōmensales patris, ꝛ ab eo recipiunt victualia, vel necessaria excusant: alias nō. Et serui ꝛ rustici, ꝛ alie subiecte persone silr excusant si participiant cū suis dñis excōicatis. Alioquin si tales persone nō excusarentur, sequerent infinita inconueniētia ꝛ dāna innocētib⁹. Non tñ superiores excusantur si participāt cū inferioribus: nisi forte participēt i eis rebus, q̄ tenent puidere illi: maxime si per illos non stetit, quin eos corrigerēt: ꝛ pro eis quererēt absolutionē. ¶ Quarto excusant ignorātes, non ignorātia iuris crassa, sed ignorātia facti: cū. s. eis nō ꝯstat illū ēē excōicatū, cū quo participāt. ¶ Quito excusat necessitas: qa qlibet in necessitate ꝯstitutus pōt ab excōicatis elemosynā recipe: ꝛ ecōuerso ēt excōicatis i necessitate ꝯstitutis elemosynā erogare qlibet pōt: nec ēt est expectāda vltima necessitas, ꝛ extrema. Uñ si excōicatus petat hospitiū, nō tenetur qs expectare, ꝙ ab oīb⁹ sit repulsus. ¶ Excōicationem minorē ēt quis incurrit p sacrilegio. 17. q. 4. Minor. ¶ Silr pro notoria fornicatione, pcipue clerici. extra de coha. cle. vestra. ¶ Itē cum qs recipit eccłam de manu laici. 16. q. 7. si qs deinceps. Difficile tñ est hoc elicere ex textu. Notandū est tñ ex constitutione Martini 5. in concil. Constātien. ꝙ null⁹ incurrit excoicationē minorē ex participatiōe cū excōicatis quacūq3 excōicatione maiori: nullusq3 tenet vitare eos ēt i diuinis, nisi fuerit publicati ꝛ denūciati spālr, ꝛ noiatī:
exce=

excepto, siqs ita notorie percussisset clericũ, q̃ non posset aliqua tergiuersatiõe celari, nec aliquo mõ excusari. Quilibet enim tenet i hoc casu hmõi percussorẽ deuitare, et si nõ fuerit publice denũciatus: atq; hec de excõicatione dicta sufficiãt. ¶ Quia vero aliqñ nõ seruãtes interdictũ icidũt excõicationẽ, et sepe pp ↄtẽptũ excõicationũ fiũt iterdicta, et inde sequunt̃ suspẽsiones et irregularitates; de hmõi cẽsuris aliqd dicẽdũ ẽ. Qð tñ breuissime faciem⁹: ne ↄtra itẽtionẽ nostrã in hoc ope scribere videamur. Sufficere eñi putam⁹ mẽtẽ ↄfessoris excitare: ne p crassaz ignorãtiã, vel p icõsiderationẽ talia ptrãseat: s; p hec, q̃ scribem⁹, cũ ceperit dubitare, subsistat, et ad doctores, q hmõi diffuse ptractãt, se ↄferat, et solutiões iueniat. ¶ Primũ ergo dicem⁹: de iterdicto, deinde de suspẽsione, postremo de irregularitate.

¶ De interdicto. Cap. 12.

Interdictũ est separatio a certis sacris, et oib⁹ diuinis officijs, et ecclesiastica sepultura. Et qñq; fertur a iure, qñq; ab homine. ¶ A iure interdicit̃ collegiũ, vel vniuersitas ciuitatis, q̃ cogit ecclesias, vel ecclesiasticas personas soluere guidagia, vl' pedagia, vel gabellas p rebus pprijs. ¶ Itẽ vniuersitas que domos locauerit, vel ↄductas hẽi pmiserit alienigenis vsurarijs in terra sua ad exercẽdũ fenus: Et que repsalias ↄtra psonas ecclesiasticas ↄcedit. Et q̃ nõ seruauerit ea, ad q̃ tenetur p decretalez. Ubi periculũ. de ele. li. 6. qñ in ea electio Romani põtificis est celebrãda. Et q̃ ↄsentit occidẽtibus, vel percutientibus Cardinales S. Ro. Eccl. vel si infra mẽsem nõ punit delinquẽtes, si põt: Et q̃ epm ppriũ temere percusserit, vel ceperit, vel bãnierit, vel in his fauorẽ dederit, vel nõ defensauerit. ¶ Est etiã aliqð interdictũ spãle: vt cũ interdicit̃ eccã pp iniuriosum sanguinẽ ibi effusũ, et pp effusionẽ humani seminis studiose pcuratã: Et qñ pp discordiã pronorũ eps claudit hostia, et pcipit, vt null⁹ i ea celebret: Et qñ simoniace, vel pncipaliter p q̃stu, vel sine lnĩa epi, vel sine reliqis i loco deserto fuit ↄsecrata. In hoc tñ spãli ecclie interdicto celebrãtes i ea nõ efficiũt irregulares.

¶ De Suspensione. Cap. 13.

Suspẽsio est censura ecclesiastica, qua interdicitur aliqð officium, vel exercitium cõpetens persone ecclesiastice, aliqñ a iure, aliqñ a iudice prolata. ¶ A iure ergo suspendunt̃ simo-

niaci in ordine, vel beneficijs, notorij fornicatores. ¶ Eps q ordinat alienū clericum sine lnia sui superioris sciēter, seu affectata ignorātia. ¶ Qui cōfert tōsurā clericalē infanti, vel illiterato, vel bigamo. ¶ Epi ꝛ superiores eis, idest archiepi, ꝛ patriarche locātes aliq̄s domū vsurarijs alienigenis, vel pmittētes hmōi habitare in terris suis ad fenus exercendū. Proferētes sniam excōicationis, suspēsionis, vel interdicti sine debitis circūstātijs. i. non pmissa admonitione, nō adhibitis testibus, ꝛ in scriptis ꝛc. ¶ Ultramōtani ordinati ab epis Italie sine licētia epi, vnde sunt oriundi, vel in cuius diocesi sunt beneficiati. ¶ Qui ordinant a non suo epo sine lnia ipsius: nisi sub spe ratihabitionis. ¶ Archieps, q cōfirmat electionē, cōsecrans electū non cognitū, vtrū per aliq̄ prauitatē sit ab appellatione recessum, q̄ erat interposita ad papā. ¶ Quecūq; collegia, vacātibus ecclesijs collegiatis quibuscūq;, occupāt aliquid de bonis illarum. ¶ Epi ꝛ superiores, ꝛ ēt inferiores eis, qui visitantes recipiūt munera: aut visitationis officio nō impenso, procurationes in pecunia, vel victualibus. ¶ Qui recipiūt aliquē ex ordinibus sacris ab epo, qui renunciauit loco ꝛ dignitati. ¶ Recipientes aliquē ordinē sacrum extra statuta tpa ordinationū. ¶ Promoti per saltum, qui recipiunt eadem die minores ordines cū subdiaconatu, vel duos ordines sacros. ¶ Contrahentes matrimonium per verba de pñti, ꝛ ante carnis copulam facientes se ad sacros ordines ordinari: per hoc enim non dissoluitur matrimoniū. ¶ Ordinati ab hꝛtico, vel schismatico, vel excōicato, vel deposito. ¶ Apostate religionū l apostasia suscipientes ordines. ¶ Celebrantes, vel participantes in diuinis sciēter cū excōicatis publice, ꝛ interdictis. ¶ Clerici, qui sciēter eligūt indignum ad epatū. ¶ Eligētes, si infra octo dies ipsaȝ electionē electis distulerint pñtare. ¶ Iudices ecclesiastici: qui cōtra iustitiā, ꝛ grauamē alterius partis in iudicio quicq̄ faciūt p grāȝ vel p sordes. ¶ Religiosi, q cōcedūt alicui ad vitā, vel ad certū tempus lucra, reditus, possessiones administrationū, qbus prefuit. ¶ Fr̄es predicatores assumpti ad epatū, vel alias prelaturas: si prius recipiūt munus consecrationis, q̄ resignēt ordini libros, ꝛ alia que habēt. ¶ Fratres predicatores perturbātes officiū inquisitionis exercitatū p fratres minores,

ꝛ si-

& similiter minores, si perturbant in hoc predicatores. ¶ Fratres predicatores, & minores recipientes aliquem ad professionem ante annum probationis elapsum. ¶ Religiosi, qui decimas non percipiunt, si scienter omittant facere consciam confitentibus de decimis soluendis, si fuerint requisiti. ¶ Conseruatores, si de alijs, quam de manifestis iniurijs, & violentijs se intromiserint. ¶ Religiosi grauantes, vel fraudantes ecclesias circa decimas eis debitas: si requisiti non desistunt, vel de vsurpatis emendam non fecerint. ¶ Doctor, vel magister, qui doctorat aliquem, nisi prius exigat iuramentum a doctorando, quod non expendet pro suo doctoratu vltra summam trium millium turonensium argenteorum. ¶ Qui pro alienis debitis ecclesiam suam grauat: aut literas, seu sigilla concedit, quibus possint ecclesie obligari. ¶ Prelati non episcopi, qui ecclesias sibi commissas, seu bona ipsarum subijciunt, aut supponunt laicis, absque consensu capituli, & sedis apostolice licentia. ¶ Qui prohibiti sunt audire leges, vel physicam, si audiunt eas.

¶ De Irregularitate. Cap. 14.

Irregularitas est impedimentum canonicum, quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare. Et contrahit multis modis. ¶ Aliquando ex indebita celebratione, vel executione ordinum: vt cum quis excommunicatus maiori, vel suspensus, vel in loco interdicto celebrat: vel cum quis exequitur actum alicuius ordinis sacri, quem non habet solenniter. ¶ Contrahitur etiam propter homicidium, vel mutilationem membri: siue hec opere, siue mandato, aut consilio, vel defensione, siue iuste, siue iniuste perpetrentur. ¶ Bigami quoque omnes irregulares sunt. Dicitur autem bigamus, qui vxorem viduam, vel corruptam duxit & cognouit: vel propriam vxorem cognouit postquam fuit ab altero cognita: vel duas habuit vxores, & cognouit eas, etiam si alteram earum non poterat habere. ¶ Similiter cum quis in sacris constitutus, vel post professionem in regula contrahit cum corrupta. ¶ Prohibetur autem bigamus promoueri, quia diuisit carnem suam: & coniunctio coniugalis facta per ipsum non potest significare coniunctionem Christi, & ecclesie, qui est vnus sponsus immaculatus cum vna sponsa immaculata. Unde irregularitas hec non tollitur per baptismum, sicut irregularitas homicidij: quia baptismus non omnino soluit matrimonium. Nam si ambo coniuges conuertantur, & baptizentur, non possunt ab inuicem separari, & alijs matrimonialiter coniungi. Immo

si alter ipsorũ baptizaretur, altero in infidelitate permanente, sed volente fideli cohabitare sine iniuria creatoris, et si posset fidelis ab eo discedere, nõ tñ potest alteri coniungi. ¶ Itẽ, qui duxit vxorẽ vilem mulierem; vt puta ancillam, ioculatricem, vel aliq̃ ex illis, quę publicis spectaculis mancipantur, repellitur ab ordine propter dignitatẽ clericat⁹. ¶ Illegitimus quoque pp detestationẽ paterni sceleris. ¶ Corpore vitiatus, qñ in eo est inhabilitas ad officium exequendũ, vel talis deformitas, quę scandalũ et derisionem gñaret: vel cũ sponte, et sine iusta causa quis est priuatus aliquo membro, ẽt paruo, vel occulto, secus si iniuste, vel vi fuit priuatus. ¶ Hereticus post pniaz, qui fecit pniaz solennẽ. ¶ Qui distulit baptismũ vsq3 ad ęgritudinem, quem tunc suscipit timore mortis. ¶ Qui bis suscipit sacrm imprimens characterem. ¶ Curiales, nisi sint absoluti a curia. ¶ Obligatus alteri ad ratiocinia. ¶ Hermaphroditus pp monstruositatem. ¶ Seruus antequã cõsecutus fuerit plenã libertatem. ¶ Crimen quoq3 nõ mediocre: puta adulteriũ, furtũ, fraudolentia, sacrilegiũ, periuriũ, falsũ testimoniũ, et similia, si manifestũ sit p snias, vel ppriã cõfessionẽ, vel per euidẽtiã facti, ita q̃ inficiationi nõ sit locus, inducit irregularitatem. ¶ Infames quoq3 tã de facto, quã de iure repelluntur a pmotione dignitatũ et ordinũ. ¶ Quas aũt pęnas incurrũt irregulares in suis ordinibus ministrãtes breuitati studẽtes, hic tradere nõ possumus. ¶ Cõfessoris aũt officiũ erit cũ irregularez hmõi inuenerit, q̃rere in doctorib⁹, a qb⁹ hęc diffuse tractant.

¶ Sacerdos accessurus ad audiendas confessiones prius debet diuinum suff agium implorare. Cap. xv.

Accessurus igitur sacerdos ad audiẽdas cõfessiones, vt cum diuina ope adiutus diligẽtius audiat, primũ a deo auxiliũ petitur⁹, cõfugere dz ad orõnis suffragiũ, et sequẽtes vel al's orõnes ad libitũ dicere. ℣ Adiutoriũ nr̃m in nõie dñi. ℟. Qui fecit cęlũ et terrã. ℣ Dñe exaudi orõ. ℟. Et clam. Oremus. Orõ.

Domine Deus oĩps ppitius esto mihi pctõri: vt digne tibi possim grãs agere: q me indignũ, pp tuã misericordiam ministrũ fecisti officij sacerdotalis: et me exiguũ humilẽq3 sacerdotẽ mediatorẽ cõstituisti ad orãdũ, et intercedẽdũ ad dñm nr̃z Iesum Chrm filiũ tuũ pro pctõribus ad pniam reuertentibus.

Ideo [dominator] dñe, qui oēs hoīes vis saluos fieri, ꝛ ad agnitionē veritatis venire, qui non vis mortē pctōꝝ, sed vt ꝯuertant, ꝛ viuant, suscipe oꝛonē meam, ꝙ fundo ante ꝯspectū clemētię tuę ꝑ peccatis meis, ꝛ ꝑ famulis ꝛ famulab. tuis qui ad pniam venerunt: vt des illis spūm cōpunctionis: vt resipiscant a diaboli laqueis, quibꝰ astricti tenentur: ꝛ ad te per cōdignā satisfactionem reuertātur. Per eund. Tunc sacerdos ad eccłaȝ, vel aliū locū honestū accedens cū superpelliceo ꝛ stola iuxta antiquos codices sedeat: ꝛ aduenienti pcōri ꝛ añ se genuflexo dicat Frater vel fili ad quid venisti ad eccłam? Et pctōr rñdeat. Ego veni ad agendā pniam de pctis meis. Et sacerdos. Uis emendare vitā tuā, ꝛ de cetero vitare pctā, ꝙtū humana fragilitas ꝑmiserit? Rñdeat. Uolo ꝯcedente dño. Tūc sacerdos dicat sequētem oꝛonem. ℣. Dñe exau. ℟. Et clamoꝛ meus. Oremus. Oro.

DEus misericoꝛs, deus clemēs, deus indulgentię, deus pietatis ꝛ pacis: qui pro amoꝛe hominum in cruce manus extendisti: qui chananęam ꝛ publicanum vocasti ad pniam, conuertere dignare famulum tuum, qui ante tuum sacrum altare suū confitetur reatum, ꝛ humiliter se recognoscit, te summū bonuȝ offendisse, vt facinoꝛuȝ suoꝛuȝ a te veniā petat: ꝛ pręsta ei misericoꝛs deus pęnitendi spatiū, dignos fructus pęnitentię, ꝛ finem pęnitentialiter fructuosum. Per Christum. Oremus. Oratio.

DEus sub cuius oculis oē coꝛ trepidat, ꝛ conscientię cunctę pauescunt, propitiare famuli tui gemitibus: ꝛ cunctoꝛum eius peccatoꝛū ꝛ maloꝛum medere languoꝛibus: vt sicut nemo liber est a culpa, ita nemo sit alienus a venia. Per Christum.

¶ Quę docere ꝛ interrogare sacerdotes debeant penitentes antequam propria ꝛ singula peccata confiteantur. Cap. xv.

ORatione finita, suscepto peccatoꝛe, si non decenter se habet in genuflexione ꝛ aliis exterioꝛibus ad taleȝ actum requisitis, debet primo monere ipsum dulciter, ac instruere qualiter deo ꝛ non homini cōfitetur: ꝛ ideo debet reuerenter ꝛ verecunde se hēre cum omni humilitate, versa facie non ad ꝯfessoris vultum, sed taliter ꝙ ad latus cōfessoꝛis genibus ambobus flexis faciem vertat ad reclinatoꝛium ipsius. Et maxime in hoc adhibenda est cautela circa mulieres. Disposito ergo peccatoꝛe coꝛpoꝛaliter doceat eum, si nescit facere sibi signum crucis:

quod

quod fieri debet hoc modo. Primo manum dexterā ponat sup frontem, et dicat In nomine patris, qa pr̄ est principium totius deitatis: vt dicit August. Deinde super vmbilicū, et dicat et filij, quia filius eternaliter procedens a pr̄e, descendit temporaliter in ventrem virginis. Deinde ponit manum ad scapulā sinistram trahens illam ad dexteram, dicendo Et spūs sancti. quia spūs scūs procedit vt amor: et est tanq̄ nexus patris et filij ab vtroq̄ procedens. Et nos a sinistra, i. a tribulationibus huius mundi transire speramus ad dexteram eterne felicitatis. Deinde eleuata manu dicat Amen, idest fiat. Post hoc aūt faciat, q̄ pcōr ꝯfiteatur in gn̄ali pctā sua dicēdo Confiteor. prout dr̄ in missa. fol. 74. Qd̄ si ignarus est, faciat secum dicere cōfessor vulgari sermone, hoc modo Jo confesso a Dio onnipotēte: alla gloriosa vergine Maria madre di Dio: a tutti i santi, et sante: et a voi padre, che io ho peccato in mal pēsare, i mal parlare, et in male operare: et di tutti i mei peccati dico mia colpa: et priego Dio che mi perdoni: et voi padre che mi ascoltiate, et che mi diate la assolutione, et la penitentia.

¶ Post hec, si non cognoscit ꝯditionē eius, interroget eū de statu suo: puta si est cōiugatus, vl' cōiugata: cui9 sit exercitij: vl' artis: si habet filios, vel non, etc. ex quibus possit eū ꝯueniēter interrogare. Non enim sunt oīa ab oībus interroganda: et maxima adhibenda est cautela circa iuuenculas, et circa simplices pueros: ne doceamus eos ea, que nesciunt. ¶ Itē interrogādum est quantum tpis est, ex quo non est confessus: quia vnusquisq̄ tenet saltem semel in anno, cum ad annos discretionis puenerit, ꝯfiteri, et colouē accipere: De pen. et remis. c. oīs. Qd̄ si non fecerit, mortaliter peccauit: et toties quoties proposuit non facere deliberato animo, etiam mortaliter peccauit. Annos aūt discretionis, maxime quo ad communionem incipimus, fm sanctum Thomam, a decimo, vel vndecimo anno: et plus et minus fm qd̄ malitia supplet etatem: Cum enim sciunt discernere inter sacm̄ altaris et panē, quo quotidie vescimur: et ostendunt ad ipsum aliqua signa deuotionis, signum est eos ad annos discretionis hmōi peruenisse: et in hoc standum erit iudicio eorum, qui habent curam anime eius. Pueri tamē, vel puelle, qui post annos discretionis nō fuei ūt de hoc instructi,

non sunt facile cōdemnandi de pctō mortali: quis sint acriter reprehendendi. ¶ Interrogandus est et peccator: si in ultima cōfessione malitiose tacuit aliqd pctm mortale, vel qd credidit esse mortale: qr peccauit mortaliter violādo sacr̄z pnie: cuz absolutio facta sit pp eius malitiam super indebita materia, ⁊ indisposita: ⁊ ideo tenetur iterare ɔfessionem illā, ⁊ oēs precedētes confessiones imperfectas: qr in illis qn̄ hoc modo fecit, nō fuit vere sacr̄m pnie. ¶ Interrogandus est et, si fecit pniam a sacerdote impositam pro peccatis mortalibus confessis: quia si non fecit eam ex dolo, peccauit: ⁊ tenetur eam facere, si habet eam in memoriā. Nō si nō habet eā in memoria, tenetur iterare confessionem, s̄m opin. magis cōem: quia sacr̄m pnie sine satisfactione non habet ultimā suā perfectionem, eo ꝙ vna pars deficit ei. Confessor tn̄ posset eam commutare, si haberet eā in memoria: dummodo non fuisset data sibi a superiore, puta ab epō pp peccata ⁊ casus, a quib⁹ ipse vel alius inferior non posset absoluere. ¶ Interrogandus est etiaz peccator: si est excōicatus aliqua excōicatione maiori, vel minori. Quia si sit, debet prius absolui ab eis, quā a pctis: eo ꝙ excōicatus non est particeps sacrorū. excommunicatio enim est exclusio a sacr̄is, cōio neque fideliū. ¶ Interrogandus est etiā: si scit Pater noster, Aue Maria, ⁊ Credo in Deum: ⁊ si nescit, arguat euz, ⁊ imponat ei ꝙ discat omnino. Et tunc inuestiget diligenter si habet odium, vel inimicitiaz contra aliquem: ⁊ si vult parcere eis, qui eum offenderunt, vel in eum, vel suos peccauerunt. Itē si vult abstinere a peccatis, que hactenus fecit sicut dimittere concubinam, vsuras ⁊c. ⁊ si vult satisfacere ⁊ emendare siquid alteri abstulit tam in fama, quam in rebus.

¶ De circunstantijs confessionis vere. Cap. 17.

His a penitente habitis ⁊ premissis: interroget eum de articulis fidei distincte: ⁊ s̄m eius conditionem ⁊ statuz formet interrogationes: ⁊ diligenter inuestiget peccata, ⁊ eorum species ⁊ circunstantias secundum hunc versum.

Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.

Quis, scilicet clericus vel laicus, senex vel iuuenis. Quid, idest clare exprimat speciem illius peccati: ⁊ si sit occultum vel manifestum, enorme vel paruum, nouum vel antiquum. Vbi, idest in

est in loco sacro vel profano. Per quos.i.quibus mediantibus. Quoties. s. reiterauit tale petm̄. Cur. s. preuenit tentationem: vel ab ea fuit preuentus: vel qua occasione id fecit. Q̄uo. i. per quem modum, & qualiter id fecerit. Quādo. s. si tēpore sacro festiuo, vel tempore ieiunij. ¶ Ante oia aūt sacerdos debet peccatores inducere ad veram confessionem: & integram & puram suorum peccatorum expressionem: proponens eis spem diuine misericordie, que nullum ad se reuertentem abijcit, sed omnes misericordie sue sinu suscipit ad se cōfugientes. Et adhoc exponat ei exempla magnorum peccatorū.s.sci Petri, qui Chr̄m negauit: Latronis qui in cruce cum Christo pependit: sancte Marie Magdalene, que fuerat in ciuitate peccatrix: & alioꝝ q fuerunt clementissime a domino recepti, & ꝓ plurimuꝫ magnificati. Aduertat aūt sacerdos etiā, vt pctā maxime puerorum & mulierum caute inuestiget: & eis fiduciā ea dicendi tribuat, ne aliquid ex verecundia dimittant. Debet ēt ōndere eis magnam cōpassionē, & eorum casibus compati: & condolere se ostendat: vt cum tali dulcedine eos ad confessionem integram attrahat & inducat. Quo facto, in nomine dn̄i incipiat eum interrogare de decem legis preceptis & 7. peccatis mortalibus: & formet interrogationes: prout in sequentibus versibus continetur.

¶ Forma breuis interrogandi secundum decem precepta legis: & septem peccata mortalia in versibus. Ca.18.

Vnum cole deum: nec iures vana per ipsum.
Sabbata santifices: habeas in bonore parentes.
Non sis occisor, fur, mechus, testis iniquus.
Nec sponsam alterius, nec rem cupias alienam.

¶ Item alij versus de decem preceptis: in quibus continentur peccata: que committi possunt contra singula precepta.

¶ Contra primum preceptum.

¶ Qui colit extra Deum, aut sanctos quodcunque creatum:
Articulos fidei negans: si spemqꝫ reliquit.
Voti transgressor: vel qui mortalia vouit:
Et tardans nimium nolens implere promissum:
Sine malo vouens: ac per se vota refringens:
Incantans, faciens fieri breuia, & malefactor,
Inueniensqꝫ, docens, addiscens, medius extans:

Aut orans obseruat somnia, sortibus vtens:
Blasphemansque Deum, qui murmurat, ac maledicit,
Vel non posse refert, seu despicit: accipit ipse
Cibans, vt faciat mala: prauus preterit iste
Unum cole Deum: si scit, mortaliter egit.

¶ Contra secundum preceptum.

¶ Qui cantans, fabulans, trufans, vel turpia dicens,
Despiciendo Deum nomina sanctos, sacra spernens,
Judicio iurans, mendax inductor ad illud:
Periurans, dubium iurans, mortalia iurans:
Jurans (cumque tamen nolit seruare promissum.)
Perque crucem, sanctamque fidem animamqꝫ, Deumqꝫ.
Adiurans, dicens, mendaciter, atque iocose,
Et per verba Dei sanctorum euangeliorum,
Inducens falsum iurantem: quisque scienter
Aduertens frangit ne iures vana per ipsum.

¶ Contra tertium preceptum.

¶ Qui non confessus: dimittens & sacramentum:
In festis missam sine causa: inductor ad illud:
Qui manuale facit, vendens, emit aut non edenda:
Jeiunium frangit, aut qui tertia comedit hora:
Qui facit in festo mala, prauus grauior extat:
Assumens chrisma, sacramentum, vel mulierem,
Qui peccator erat mortali fune ligatus:
Ecclesie vetito qui contrahit tempore sacro
Chorizans, ludens veneri mortaliter egit
Sabbata sanctifices violat reus, atque superbus.

¶ Contra quartum preceptum.

¶ Qui precepta Dei contemnit, iussaqꝫ legis:
Vel qui noluerit parere parentibus, atqꝫ
Alere si possit miseros, inopes, & egenos:
Irridensqꝫ patrem, vel matrem, vel maledicens:
Verberat, opprobrians, blasphemans, aspere turbans:
Moritur aspernens habeas in honore parentes.

¶ Contra quintum preceptum.

¶ Occisor corde, verbo, factoqꝫ suasor:
Incitat, & causans, cupiensqꝫ, procurat abortum:

Verberat,

Verberat, et mandans, faciensve torneamenta:
Si iudex ceperit et sacro limite prauum:
Sacrilegus factus, ac ledens, vel mutilator:
Non sis occisor frangens mortaliter egit.

Contra sextum preceptum.

Siquis furatur, raptor, vel participator,
Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.
Participans, mutus non obstans, non manifestans,
Reddere cuncta debet, si causa hec prima fuisset:
Excipitur mutus, non obstans non manifestans:
Reddere nec debent qui ni sint officiales,
Ac non in causa, primus pro parte tenetur.
Fortune lusor, cupiens spoliare sodalem,
Ac fraudans ludum, retinens, inductor ad illum,
Hic dare perdenti censebitur, alter egenis:
Et fraudans iusta pedagia, sicque gabellas:
Ledens mensuras, monetas, fur malus extat.

Contra septimum preceptum.

Quisquis non nuptus miscebitur, ac polluetur,
Per se, mollis erit: si nuptus, fiet adulter:
Atque solutus, fornicator: extra sodomita:
Incestumque parens facit: et cum virgine stuprum:
Cumque moniali scelus magnum: sacrilegusque
Erigit in sacro, et qui semine polluit illud:
Et rapiens raptor: cum brutis bestia fiet:
Qui clam contraxit: vel sponsam preuenit actu,
Spondens contrahere mendax, vt misceat illi:
Et qui contraxit, maiori fune ligatus:
Quinque modis peccat vxore maritus abutens,
Actibus illicitis, semen cum seminat extra
Vas operans, prolem deuitans semens emittens:
Exercens aliam cupit, arcens firme petentem:
Inuitans, tangens, inductor, medius extans,
Lubrica verba refert, iactans se mechus habetur.

Contra octauum preceptum.

Qui mendax fuerit in damnum proximitatis:
Vel mala qui dicit bona, narrans vel bona praue

Accusans falso iurans, est testis iniquus:
Accusans ceteros odiosus, vt mala sumant.
Detractor odio, mendaxque, relator occulti
Vel diffamator: diuulgans & manifestans:
Cedula si fiat detractrix: cantio ledens,
Atque secreta, ratumque sigillum: aut litera clausa:
Proditor & laudans, inducens ad supradicta:
Illa reportari gaudens, est testis iniquus.

Contra nonum preceptum.

Qui cupit alterius sponsam, noscatur, adulter:
Vel qui desiderat affines, vel moniales,
Incestum, scelus, sacrilegusque: cum virgine stuprum.
Et cupiens fornicator si sit, sitque solutus:
Et cupiens marem sodomita, at bestia bruta:
Ac quoties cupies, vel si fuit & philocaptus:
Qui delectatur cogitando lubrica, vel qui
Se somno polluit causans: vel postea gaudens:
Ornans vt ametur: vel amari que gloriatur,
Absque viro proprio, cui hoc facit, vt sic ametur:
Vel si perpendat ruinam, vel prouocando
Alterius sponsam cupiens moritur lubricando.

Contra decimum preceptum.

Qui cupit alterius rem in damnum proximitatis:
Si per vim raptor, per occultum fur malus extat:
Si per auaritiam cupiat, vicetur auarus,
In rapiendo male & fallere quisque paratus;
Hec cupiens contra mandata cetera frangit.
Decimum mandatum, nec rem cupias alienam.

Alij versus de 7. vitijs capitalibus, & eorum speciebus.

De peccato Superbie versus.

Ambit superbus, ridet, presumptio, index:
Curius, ingratus, blanditur, scandala reddit,
Blasphemat, dubius non fidus, schisma, profanus:
Inanis iactat, contentio, non obedire:
Hypocrisis, discors, durus, se diligit, audax.

De peccato Auaritie versus.

Auarus fallit, perquirit turpia lucra,

Usuras

Usuras torquet, proditio, vel simonia,
Periurus, sequitur furtum, nec mente quiescit.

De peccato Luxurię versus.

Luxuriam sequitur fur, stuprum, raptor, adulter,
Incestus, sacrum, mollis, sodo, contra, iumenta:
Est cęcus, est audax, nimium inconstans amator:
Incautus, pręceps, contemnit iussa diuina,
Atq; simul ventura bona: pręsentia pręfert:
His qui seruierint, perpetua damna subibunt:
Et qui suppeditant, cęlestia regna triumphant.

De peccato Inuidię versus.

Inuidus affligitur bonis, lętatur inique:
Detrahit, exultat, susurrat, murmurat, odit.

De peccato Gulę versus.

Gula nimis laute, pręproperc, vel studiose.
Lęta nimis, & inepta loquax, scurrilia sonet:
Ebrietas, hebes, mentis pollutio fęda.

De peccato Irę versus.

Iratus tumet, clamat conuicia, rixat.
Blasphemat, pręlium parat, indignatio surgit.

De peccato Accidię versus.

Tristis malitiam parit, blasphemat, & odit.
Desperat, torpet, piger, & pusilanimis extat.
Undiq; vagatur, pertractans mollia mente.

Hae interrogationes breues in verbis sunt: sed tamen magnam habent latitudinem si recte considerentur. Siquis autem ampliores velit hęc interrogationes, seu interrogatorium diffusius, legat libellum qui intitulatur, Defecerunt beati Antonini Archiepi Florentini: vel confessionale fratris Hieronymi de Ferraria, & alia ad libitum: & ibi inueniet plene de hac materia tractari. Isti aũt versus hic causa breuitatis ponũtur: qui tñ si bene intelligantur, satis sufficiunt ad confessionem audiendam cuiuslibet peccatoris, quantumcunq; scelerati.

Nulla absolutior interrogãdi forma ea, quæ in summa Caieta. exponitur.

¶ Qualiter se habere debeat sacerdos cum pęnitente, audita eius confessione Cap. 19.

Audita confessione, eius de his, quę cõmisit redarguat, & increpet, sm ↄditionẽ psonaꝝ, & qualitatẽ delicti plus & minus:

nus: et ostendat ei quāta mala fecerit: et quid meruit pp illa peccata. s. gehennam inferni in perpetuum: nisi misericordia dei ipsum eripuisset, et ei incor misisset accedendi ad confessionem. Postea eum certificēt de venia pp clementissimam et copiosissimam misericordiam dei: si tñ de cetero caueri a peccatis, et ab eorum occasione. Postea moneat eum fm statum suum. s. si est rex, vel dux, vel comes, vel iudex, quod iuste iudicet, et subditos suos indebite non grauet, et qp puniat delinquentes. Si est clericus, vel religiosus: qp seruet que promisit. Si est vxoratus, qp debitū reddat vxori tpibus əgruis, non prohibitis, qp honeste matrimonij actū exerceat, et cū dei timore, et honoř sacri matrimonij: et sic de alijs: prout videri poterit in predictis confessionalibus. Item qp caueant ab occasione peccandi, qui sunt fragiles, scilicet vt deuitent loca periculosa, et personas suspectas.

¶ Confessione peracta: si fuerit excōicatus: si potest, prius eum absoluat ab ea: vel si non potest, remittat eum ad superiorem cum cedula huius tenoris Reuerendissime dñe mitto ad dñationem vestram Reuerendissimam presentium latorem mihi confessum: quatenus. d. v. Reuerendissima eum absoluat a vinculo excōicationis, quam incurrit pp talem rem N. rogans eandem, vt eum ad me remittat: vt eum absoluere possim a peccatis. Et si fuerit casus reseruatus sine censura, ita scribat Reuerendissima. d. v. ipsum absoluat a tali casu: et si fuerit plures casus, similiter scribat a tali N. et a tali N.

¶ Absoluto igitur a sacerdote, si potest: vel ab epo, a vinculo excōicationis, sacerdos iniungat penitentias, fm qp conditioni ipsius persone viderit expedire, et fm qualitatem peccatorum, vt in ieiunijs, orationibus, et eleemosynis. In iniungenda autem penitentia caueat sacerdos ne eum scandalizet, imponendo penitentiam pecuniariam, vel sibi dandam, vel locis minus indigentibus, sed potius imponat pauperibus dispensandam: et postea eum absoluat: et caueat ne aliquem excommunicatum prius a peccatis, quam ab excommunicatione absoluat: quia nil faceret. ¶ Et quia in preambulis huius operis dictum fuit ex sententia beati Augustini, qui canones penitentiales nescit, nō est dignus nomine sacerdotis: Ideo hic breuiter subijcientur, ad eorum sacerdotum informationem.

¶ Ca-

¶ Canones penitentiales antiqui.

¶ Dominus Gulielmus Durantis in suo repertorio, rubrica De penitentijs a canonibus constitutis, ita dicit. Cap. 19.



Sciendum est, quod mensuram temporis in agenda penitentia satis prefigunt canones pro unoquoque crimine: sed magis in arbitrio sacerdotis statuunt relinquendum: dum pro quibusdam culpis modi penitentie sunt impositi: quos inferius supponemus, et hec leguntur. De peni. dis. 1. c. Mensuram. et facit. 25. q. 7. cap. Tempora. Ubi ergo certa penitentia statuta est a canone illa est indicenda: alioqui falsa dicitur penitentia, que non datur secundum canones: si est a canonibus distincta. De peni. dist. 5. c. falsas. quod si distincta non sit arbitrio relinquitur imponentis: ut in predictis cap. et extra de pen. et remis. c. quesitum. et cap. sequenti. de offi. deleg. ca. In causis. de accusa. cap. Super his. Et hoc est quod in canone dicitur: De pondere delictorum existimando, sacerdotum est existimare, ut attendat ad confessionem penitentis, et ad fletus, et lacrymas corrigentis. De penitentibus sic tantum moderetur: ne ecclesie vilescat authoritas, et se grauet. 50. dist. c. Absit. et cap. seq. de peni. dist. 1. cap. Quem penitet. Sed et ipsos canones penitentiales, quicquid alij solemnizent, possunt sacerdotes et prelati moderari abbreuiando, vel protelando tempus penitentie, prout delicti monet qualitas, et circunstantie requirunt: ut in predicto ca. mensuram. et 50. dist. de his clericis qui et cap. Si qui alias. et expresse. extra eodem. Deus. ubi pro homicidio, adulterio, et fornicatione mandatur ad arbitrium sacerdotis imponi: cum tamen sit a canonibus diffinita, ut inferius apparebit. Nec obst. predicto c. falsas. quia intelligitur illud, nisi ex causa moderetur. 29. dis. ca. 1. Et sic illud secundum predicta iura determinatur. ff. de legiti. sed et posteriores. Breuiter ergo commemoremus canones certas penas iniungentes. Qui autem vult scire modum penitentie imponende pro homicidio et alijs criminibus videat extra de homi. sicut dignum. et c. 2. et 3. de peni. dist.

ni.dist.5.c.1. ¶ Debet ergo penitere sacerdos cõmittens fornicationem decem annis.82.dist.c.Presbyter. Ibi etiaz hr̃ qualiter hoc tpe penitebit. ¶ Accipiens sponsam alienam de pñti septem annis,⁊ 40.diebus in pane ⁊ aqua, extra de sponsa.duorũ.c.2. ¶ Deuota,seu monialis,que fornicatur,seu matrimonium contrahit:⁊ cognoscens eam, vel contrahens cum ea, decem annis peniteat.27.q.1.Deuotam.⁊ ca.seq. ¶ Cantans missam ⁊ non cõicans,vno anno peniteat,nec interim celebret. De conse.dist.2.relatum. ¶ Sacerdos mortuum pallijs altaris inuoluens,10.annis,⁊ 5.mensibus:diaconus tribus annis cum dimidio. De conse.di.1.Nemo. ¶ Presbyter incaute verberãs,quo punitur.15.q.1.c.siquis non ira. 23. q. 4. ca. que peccat. ¶ Falsarius,quandiu viuit in pane ⁊ aqua peniteat. De verb.signifi.nouissimus. ¶ Sciẽter contrahens, vel coiens cũ duabus sororibus,vel commatribus,vel sorore, commatre ⁊ filia: vel vna cuz pr̃e,⁊ filio,vel duobus fratribus,⁊ sic de alijs, octo annis peniteat.30.q.4.Si pr̃.⁊ c.fi.32.q.7.c.siquis viduaz.⁊ c.seq. ¶ Ignoranter cognoscẽs duas sorores, vel matrem ⁊ filiã: vel amitaz ⁊ neptẽ:quarũ vna ignorat de altera,vterque 7. annis peniteat: si vero scienter,perpetuo careat ɔiugio. 33. q.fi.35.q.3. ca. Si quis cum matre.⁊ ca.seq. ¶ Quõ sit iniungenda penitentia mulieri partum supponenti,vel de alio viro concipienti extra de pen. ⁊ remi.c.Officij. ¶ Sacrilegus chrisma vel calicem sacrum polluens,7.annis peniteat. In duobus non intrabit ecclesiam, ⁊ vsque ad quartum nõ offeret: ⁊ singulis septimanis tribus diebus a carnibus ⁊ vino ieiunabit,⁊ alia quedam. 12.q.2. De viro. ¶ Celans se cognouisse mulierem, que contrahit cum fratre eius,septem annis peniteat.35.q.3. Si homo fornicatus. ¶ Solenniter penitens,postea ad vomitum rediens, 10. annis peniteat. De peni.di.5.siqui vero. ¶ Frangentes sponsalia filiorũ: ⁊ filij si ɔsenserint,si post dissenserint,3.annis communione priuãtur.31.q.3.c.vnico. ¶ Contrahens cũ ea, quã polluit p adulterium,5.annis peniteat.31.q.1.c.si qua. ¶ Cognoscens vxorem adulteratam penitentez, ante pniãm peractam, duobus annis peniteat,32.q.1.c. Siquis.1. ¶ Cognoscens vxorez adulteratã, antequam peniteat, tribus annis peniteat. 32. q. 1. cap. Siquis. ¶ Sacerdos qui interest clãdestinis desposationibus, triennio suspen=

suspendit. de clã. desp. c. vult. ¶ Latro si vult confiteri, vel cõtri tet, in cemeterio sepelitur, et oratur pro eo: et dat ei corpus Chri. 13. q. 2. c. fi. ¶ Qui in dicendo horas canonicas et alia officia, discrepat a sua Metropolitana eccl'a ex contemptu. c. de his. 12. dist. per sex mẽses cõione priuatur. ¶ Interfector dñi, vel vxoris, nunquam equitet: nec vehiculo vehatur: nec contrahat matrimoniũ: vsque ad 10. annos carnes non comedat, et vinũ nõ bibat, et alia que hñr 33. q. 2. admonere. et c. quicunque. De diuo. c. 1. ¶ Matris interfector armis depositis. 10. annis peniteat. 32. q. 2. ca. Latorẽ. Et cũ dr, quod maior pnia imponitur interfectori vxoris, quã matris, dr quia maius pctm̃ est. 24. q. 1. Non offeram⁹. ¶ Violãs votũ simplex, 3. annis peniteat. 27. dist. c. Si vir. ¶ Dicens blasphemiã i Deũ, et beatã Virginẽ, et scõs, septẽ annis peniteat sz formã, que est extra. de maledicis. ca. fi. ¶ Eps inuitũ ordinãs in clericũ sine iusta cã, per annum suspenditur. 64. dist. c. 1. ¶ Pro quolibet mortali pctõ debet penitere septẽ annis. 33. q. 2. c. hoc ipsum. §. Hoc quoque. nisi plus et minus a canone imponatur, vt in prescripto. §. ¶ Domum vel arcam incẽdens. 3. annis peniteat. de iniu. et dam. da. c. siquis contra ver. incẽdiarius. ¶ Comburẽs eccl'am, 15. annis peniteat: et cã restituat, et pretiũ det pauperib. 17. q. 4. et palea est. ¶ Celebrans excõicatus, tribus annis peniteat. 2. 4. et 6. ferijs a vino et carnibus abstineat. 11. q. 3. De illis. ¶ Degradatus celebrãs, priuatur cõione corporis et sanguinis Chri vsque ad vltimũ diem: et in excõicatione maneat, et viaticum tñ in fine sumat. 50. dist. ca. Accedens. ¶ Eps dissimulãs corrigere venditionem ministeriorũ, duobus mẽsibus: sacerdos hoc agens, quatuor: diaconus, tribus: subdiaconus, et alij inferiores, iudicis arbitrio. 1. q. 1. ca. quicquid inuisibilis. ¶ Iniuste excommunicans, vno mẽse suspẽsus est. de sen. exc. ca. Sacro. ¶ Sacerdos accedens ad sibi confessam: vel quam fecit confirmari, 12. annis peniteat: et post retrudatur in monasterium. episcopus annis 15. mulier vero tradatur monasterio. 30. q. 1. Siquis sacerdos. et c. Non debet. ¶ Scienter rebaptizatus, si pro heresi hoc facit, 7. annis peniteat. 4. et 6. ferijs. et 3. quadragesimas in pane et aqua. Si vero propter infirmitatem, tribus annis peniteat. Si vero ignoranter, nõ peccat: sed ideo non promouetur, licet sit excellẽs. de Consecrat. distin. 4. Qui bis. extra

de

ad 2. quatuor diebus: si usque 3.9. diebus: si usque ad 4. 20. diebus. De conse. di. 2. Quibene. ¶ Si incaute dimisit, quamuis nil ne fandi acciderit, tribus mensibus ab officio suspēditur. extra de custo. eucha. c. 1. ¶ Occidens iudeū, vel paganū, quadraginta diebus. ¶ Occidens per insaniam non imputatur. 3. q. 9. Indi cas. 15. q. 1. aliquos. et c. Illa. et c. si quis. ¶ Homicida eps, 15. an nis peniteat, et deponatur: et semper peregrinetur. presbyter 12. annis, et tribus ex his in pane et aqua, et deponatur: et diaconus decem annis, et tribus in pane, et aqua. 59. dist. Siquis homici dium. Palea est. ¶ In necessitate ineuitabili: nihil quo ad pec catum. 50. dist. c. Quia te: sed quo ad munditiam eccle ostenden dam sic 34. q. 2. ca. In lectum. et ad cautelam cum eo dispensan dum est. ¶ Pro incestu, vel coitu ꝯtra naturā, vel cum brutis, plusquam 7. annis: qa clericus deponitur, laicus excōicatur. 33. q. 2. §. Hoc quicquam. et c. precedenti. De exces. prel. ca. Clerici. ¶ Pro casuali homicidio, 5. annis peniteat. 58. dist. Eos qui. et c. seq. ¶ Pro voluntario, sine spe restitutionis deponitur: et se ptem annis peniteat. 50. dist. c. maior. ¶ Occidens clericū, aut monachum, diaconum, vel subdiaconum, semper erit in mona sterio, nunꝙ ad seculum reuersurus: et septem annis pniam pu blicam agat, et arma relinquat. 17. q. 4. c. Qui occiderit. ¶ Con trahens ꝯtra interdictum eccle, peniteat vno mense, vel ad ar bitrium. extra de matrim. ꝯtra interd. eccl. contra. ca. 1. ¶ Sa cerdos se defendendo latronem interficiens, duobus annis. de homic. cap. 2. nunc per clemē. aliter ordinatur. De homicid. c. In clemen. ¶ Reuelans peccatum penitentis deponitur, et ad agendam penitentiam in monasterium retruditur. de peni. dis. 6. cap. sacerdos. De peni. et remis. cap. omnis. ¶ Uomens eu charistiam per ebrietatem, si laicus est, quadraginta diebus: si clericus, sexaginta: si episcopus, nonaginta diebus: si infirmus, septem diebus. de consecra. dist. et cap. Siquis per ebrietatem: ¶ Pro periurio, quadraginta diebus in pane et aqua per se ptē annos: et semper erit in penitentia. s. interiori. 6. q. 1. ca. Qui cunꝙ. 22. q. 1. Predicandū. ¶ Cōpulsus ꝯditionaliter deiurās si est liber, 10. dies: et 7. sequentibus annis: et si seruus, tres qua dragesimas, et legitimas ferias. 22. q. 5. c. 1. ¶ Periurans in ma nu episcopi: vel i cruce sacrata, tribus annis: in nō sacrata, vno

anno:

anno: ignoranter & coactus, tres quadragesimas. 22. q. 5. ca. 2. ¶ Scienter falsum iurans, vel alium iurare cõpellens, 40. dies in pane & aqua, & septem annos peniteat. 22. q. 5. c. Siquis conuictus. ¶ Deiurans pro persona & rebus, vel pro aliqua necessitate, tres quadragesimas, vel 3. annos: & vnum ex illis in pane & aqua. 22. q. 5. Siquis coactus. ¶ Qui contra suum iurm̃ in domini mortem machinatur, vel in eius regnum, seculum & arma relinquat, & in monasterium detrudatur, & toto tpe vite sue peniteat, & in fine tm̃ cõionem accipiat: si vero fuerit eps, presbyter, aut diaconus, degradetur. 22. q. 5. c. siquis laicus: palea est. ¶ Pro falsa mensura, 30. diebus in pane & aqua ieiunet. extra de emptiõ. & vend. c. 1. ¶ Presbyterum interficiens. 12. annis peniteat. extra de penit. & remis. ca. 2. ¶ Communicans heretico inscius, & ex negligentia recipiendo, vel dando communionem, vno anno. Si vero scienter, 5. annis: & si nesciens permittat eũ in ecclesia celebrare, 40. diebus, si vero propter reuerẽtiam, vnũ annum: si ad subuersionem fidei, 10. annos: si autem fuerit hereticus, 12. annos peniteat. 24. q. 1. Siquis dederit. ¶ Raptor seu fur, seu direptor reddet in quadruplum ecclesie ornamẽta: aliorum, duplum. & 7. annis peniteat, tres in pane & aqua. 17. q. 4. palea est. ¶ Clericus fur, vel effractor, septem annis: laicus, quinque: sed si vilis erat res, vel bis furatus est, reddat: & anno peniteat in pane & aqua. 17. q. 4. cap. Siquis clericus palea est. ¶ Manum in episcopum vel presbyterum mittens, & ecclesiam vastans, aut impugnans, vel incendens, omnibus bonis proscribitur: & semper monasterio inclusus peniteat. 24. q. 3. c. Quisquis per dolum. palea est. ¶ Hoc autem adnotatione dignum est, quod vbi ponitur penitentia 7. trium, vel pauciorũ annorum, vel quadragesimarum a iure, & nõ adiungitur qualiter illo tẽpore debeat quis penitere. hoc relinquitur arbitrio sacerdotis: cum penitentie sint arbitrarie: vt predixi in principio huius tractatus de penitentijs a iure impositis. Ipse vero sacerdos arbitrabitur eam per legitimas ferias faciendam, sm canones, 11. q. 3. De illis. 50. dis. De his clericis. 82. dis. c. Presbyter. 1. extra de homi. cap. 2. & in alijs multis. & sic intelligo. extra de accus. de his qui fil. cap. si. de sponsa. duorum. c. 2. 22. q. 5. ca. 1.

¶ Hec Dominus Gulielmus Durantis Speculator.

¶ De

¶ De forma absoluendi ab excommunicatione maiori.



Sacerdos absoluturus excommunicatum maiori excommunicatione, Primo exigat ab eo iuramentum de stando mandatis ecclesie, que scilicet fient ei pro hac causa. Quo iuramento prestito, iniungatur ei, qui est excommunicatus, quod de cetero talia non committat: & si alicui lesionem vel damnum intulit, quod ei satisfaciat: & ad hoc cautionem tribuat. Hoc facto denudatis humeris a confessore virga leuiter percutiatur, ad quemlibet versum vnius psalmi penitentialis semel. Dicto psalmo, sacerdos subiungat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobisc. ℟. Et cũ spi. Oremus. Oro.

Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram: & famulum tuum, quem excommunicationis sententia ligat, miseratio tue pietatis absoluat. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea subiungat absolutionẽ. Nec est necessaria manus impositio super caput confessi, quando fit absolutio: quia Christus de tali manus impositione non fecit mentionem, quando dixit Petro, & Apostolis, Quecunque solueritis &c. Ideo verba absolutionis operantur diuina virtute. Absolutio.

Dominus noster Iesus Christus, qui beato Petro Apostolo, collatis clauibus regni celestis, dedit potestatem ligãdi, atque soluendi: ipse per suã pijssimã misericordiam te absoluat, & authoritate ipsius, & beatorũ Petri & Pauli aplorũ eius, & sanctissimi dñi nři dñi N. diuina prouidẽtia Pape N. Si sit casus, vel censura Papalis, vel reuerẽdissimi dñi dñi N. epi N. Si sit casus, vel cẽsura Epalis tibi concessa, & mihi cõmissa: in quantum

possum, debeo, ꝛ valeo, ego absoluo te a vinculo excõicationis, suspensionis, ꝛ interdicti, qđ incurristi propter talem casum N. Et si sint plures propter tales casus N. ꝛ N. illum, vel illos nominando. Toties quoties illud, vel illa incurristi: ꝛ restituo te sanctis sacris ecclesię, ꝛ cõioni ꝛ vnitati fidelium. In nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spũs ✠ scti. Amẽ. Absolutio a peccatis.

Misereatur tui oĩpotens Deus: ꝛ donet tibi veniam, ꝛ indulgentiam, ꝛ remissionẽ omnium pcõꝝ tuoꝝ: liberet te ab omni malo, soluat, ꝛ confirmet in omni opere bono: ꝛ perducat te Christus filius Dei viui in vitam ęternam. Amen.

Per istã veraꝫ ꝛ puraꝫ confessionẽ, quaꝫ modo mihi, quamuis peccatori sacerdoti fecisti, absoluat te omnipotens Deus ab omnibus iudicijs, quę tibi pro peccatis tuis debentur, secundum magnam misericordiam suam: ꝛ parcat, ac remittat, ꝛ deleat omnia peccata tua: ꝛ perducat te in vitam ęternam. Amen.

Filius Dei per suã pijssimam misericordiaꝫ te absoluat: ꝛ auctoritate eius qua fungor, ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis mihi modo confessis: ꝛ ab oĩbus alijs, quoꝝ memoriã nõ habes: vt sis absolutus hic ꝛ ante tribunal eiusdeꝫ dei ꝛ Dñi nr̃i Iesu Christi: habeasque vitam ęternam: ꝛ viuas in secula seculoꝝ. Amẽ. In noĩe pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spũs ✠ sancti. Amẽ.

Passio eiusdẽ Dei, ꝛ Dñi nr̃i Iesu Chr̃i: ꝛ merita beatę Marię semper virginis, ꝛ btõꝝ aplõꝝ Petri, ꝛ Pauli, ꝛ omniuꝫ sctõꝝ ꝛ scãrum Dei: ꝛ quicquid boni feceris, ꝛ intendis facere: ꝛ mala q̃ pateris, ꝛ patienter sustinebis, sint tibi in remissionem pcõꝝ tuorum, in augmentum gratię, ꝛ in pręmium vitę ęternę. In nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spũs ✠ sancti. Amen. Uade ꝛ amplius noli peccare. ¶ Hęc etiam absolutioꝛ forma est.

Dñs nr̃ Iesus Chr̃s per suam pijssimam misericordiã te absoluat: ꝛ ego authoritate ipsius absoluo te ab omnibus peccatis tuis: quę mihi modo confessus es, ꝛ quoꝝ memoriam non habes: vt sis absolutus hic, ꝛ ante tribunal Dñi nostri Iesu Chr̃i, ꝛ habeas vitam ęternam, ꝛ viuas in secula seculorum. Amen.

¶ Pręscripta forma absoluendi ab excõicatione dicitur, qñ aliquis est excõicatus excõicatione maiori: ꝛ debet fieri ab eo, qui habet talẽ authoritatem absoluendi ordinariam, vel delegatã.

¶ De communi forma absoluendi ab excommunicatione minori:

S minori, saltem ad cautelam: & etiam a peccatis. Cap. 22.

Sacerdos absoluturus pctõrẽ a peccatis, prius debet ipsum absoluere ab excõicatiõe minori, saltẽ ad cautelã sub hac forma videlicet. Si teneris aliquo vinculo excõicationis, vel participationis, a quo possim te absoluere, ego absoluo te: & restituo te sanctis sacramentis ecclesię, communioni: & vnitati fidelium. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. Amen.

Misereat tui ops Deus: & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te cum sanctis suis in vitam ęternam. Amen.

Filius Dei per suam pijssimam misericordiam te absoluat, &c. Passio Dñi nr̃i Jesu Christi &c. vt supra in prȩcedẽti capitulo.

¶ Forma absolutionis plenarię in mortis articulo facienda illi, qui habet gratiam a sanctissimo dño nostro Papa. Capit. 23.

Sacerdos visa gr̃a ei⁹, q̃ habet a sanctissimo Domino Papa, vt in mortis articulo plenarię possit absolui, primo dicat.

Misereatur tui ops Deus: & dimissis omnibus &c. vt sup. Indulgentiã & absolutionẽ & remissionẽ oium pcõꝝ tuoꝝ tribuat tibi ops & misericors Dñs. Amen. Tūc subiungat, & dicat.

Dominus noster Jesus Christus per suam pijssimaȝ misericordiam te absoluat: & authoritate ipsius & beatissimorum apostolorum Petri & Pauli, & sanctissimi Patris, & Dñi nostri domini N. diuina prouidentia Papę N. & sanctę Romanę ecclesię in hac parte tibi concessa, & mihi cõmissa: in quãtum possum, valeo, & debeo, & mihi permittitur, ego absoluo te ab omni sententia excõicationis maioris, vel minoris, suspensionis, & interdicti, & a participatione cũ excommunicatis: & restituo te sacrosanctis sacramẽtis ecclesię, & cõmunioni, & vnitati fideliũ.

Item eadem authoritate ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis confessis pariter & oblitis, & a pęnis omnibus tibi in purgatorio debitis, propter culpas & offensas, quas contra Deum, teipsum, & proximum tuum commisisti, claudendo tibi portas inferni: & aperiendo portas paradisi, restituo te illi innocentię, in qua eras quando baptizatus fuisti. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen. Et hoc, si hac qua ęgrotas infirmitate moriaris: sin autem, salua tibi sit donec fueris in mortis articulo constitutus. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spũs ✠ sancti. Amen. ¶ De forma absolutionis plenissima. Cap. 24.

BEatus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in Tercia parte Summe sue ita scribit: Solet Dominus Papa aliquando quibusdam tantam gratiam facere: vt simpliciter ab omnibus censuris, et penis iuris, et hominis possint absolui in foro saltem conscientie. Et tunc confessor potest ista forma vti: quam a curia Romana habui: et vsus sum.

DE plenitudine potestatis apostolice, cuius authoritatem pro presenti gero, absoluo te ab omnibus censuris ecclesiasticis, sententijs, et vinculis excommunicationum, et suspensionum, et interdicti, tam ab homine, quam a iure latis: nec non ab omnibus negligentijs et defectibus commissis in sacramentorum administratione, officijs, et actibus tuis, vel nomine tuo factis: supplendo de solita apostolice sedis clementia omnes defectus eorundem. Aboleo etiam omnem maculam infamie et inhabilitatis vndequaque contractam: dispensoque tecum super omni irregularitate, simonia in ordine et beneficio actiue, vel passiue, quacunque occasione, vel causa etiam contracta in collatione ordinum, et aliorum sacramentorum, vel contractis, seu commissis. Restituo te, et habilito te ad statum, famam, et honorem, et executionem officiorum ecclesiasticorum quorumcunque: ac ad omnes gradus dignitatum et honorum: ad beneficia ecclesiastica habita et habenda: et tibi de his, que habes, de nouo prouideo: relaxando tibi fructus quos male percepisti, seu lesa conscientia ex eisdem, ac alia que in ludo ex successione, ac alias ad te peruenerunt, que subiacent restitutioni vage in forma plenissima. In nomine pa✠tris, et fi✠lij, et spiritus ✠ sancti, Amen.

¶ Ordo qualiter se habere debet sacerdos in suscipienda confessione infirmi. Cap. 25.



SAcerdos accedens ad infirmum: primum dicat secundum Saluatoris mandatum. Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea.

Postmodum accedens ad infirmum eum consoletur ad bonam patientiam. Deinde incipitur

Incipiat et dicat psalmos sequentes, videlicet. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine usquequo? Convertere domine et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei. Exaudivit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur et erubescant valde velociter.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira (Psalmus) tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus grave gravate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in me: dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei: adversum me appropinquaverunt, et steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speravi: tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo

pro peccato meo. I nimici autē mei viuūt, τ cōfirmati sunt sup me: τ multiplicati sunt qui oderunt me inique. Q ui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: qm̄ sequebar bonitatē. N e derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris a me. I ntende in adiutorium meū: Dn̄e Deus salutis meę. Psalmus.

B Eatus vir qui intelligit sup egenū τ pauperem: in die mala liberabit eū dn̄s. D ominus conseruet eum, τ viuificet eum, τ beatum faciat eū in terra: τ non tradat eū in animam inimicorum eius. D n̄s opē ferat illi super lectū doloris eius: vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius. E go dixi, domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. I nimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur τ peribit nomē eius? E t si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatē sibi. E grediebatur foras: τ loquebatur in idipsum. A duersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. V erbum iniquum constituerunt aduersum me: nunqd qui dormit non adijciet vt resurgat? E tenim homo pacis meę in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem. T u autem dn̄e miserere mei, τ resuscita me: τ retribuam eis. I n hoc cognoui qm̄ voluisti me: qm̄ non gaudebit inimicus meus super me. M e aūt ppter innocētiā suscepisti: τ ꝯfirmasti me in ꝯspectu tuo in eternū. B enedict⁹ dn̄s deus Israel a seculo τ in scl'a: fiat fiat. Psal.

M Iserere mei deus: fm magnā misericordiā tuam. E t fm multitudinē miserationū tuarum: dele iniquitatē meam. A mplius laua me ab iniquitate mea: τ a pctō meo munda me. Q m̄ iniqtatē meā ego cognosco: τ pctū meū ꝯtra me est semper. T ibi soli peccaui, τ malū corā te feci: vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, τ vincas cū iudicaris. E cce enim in iniqtatib⁹ ꝯceptus sum: τ in pctis cōcepit me mater mea. E cce enī veritatē dilexisti: incerta τ occulta sapiētię tuę manifestasti mihi. A sperges me dn̄e hyssopo τ mūdabor: lauabis me, τ sup niuē dealbabor. A uditui meo dabis gaudiū τ letitiā: τ exultabunt ossa humiliata. A uerte faciē tuam a pctis meis: τ oēs iniqtates meas dele. C or mūdū crea in me deus: τ spiritū rectū innoua in visceribus meis. N e proijcias me a facie tua: τ spiritū sanctū tuū ne auferas a me. R edde mihi letitiā salutaris tui: τ spū principali

palli cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te conuertent. Libera me de sanguinibus Deus, deus salutis meę: ⁊ exultabit lingua mea iustitiam tuā. Dñe labia mea aperies: ⁊ os meū annūciabit laudē tuā. Qm̄ si voluisses sacrificiū, dedissē vtiq3: holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus: cor cōtritū ⁊ humiliatū deus non despicies. Benigne fac Dñe in bona voluntate tua Sion: vt ędificentur muri Hierusalē. Tūc acceptabis sacrificium iustitię, oblationes ⁊ holocausta: tunc imponent super altare tuū vitulos. Psalmus.

Inclina Dñe aurē tuā, ⁊ exaudi me: qm̄ inops ⁊ pauper sum ego. Custodi aiā meā, qm̄ sanctus sum: saluū fac seruum tuū Deus meus sperantem in me. Miserere mei domine, qm̄ ad te clamaui tota die: lętifica aiā serui tui, qm̄ ad te Dñe aiā meam leuaui. Qm̄ tu dñe suauis ⁊ mitis: ⁊ multę misericordię oibus inuocantibus te. Auribus percipe orationē meā: intende voci deprecationis meę. In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tibi in dijs Dñe: ⁊ nō est sm̄ opera tua. Omnes gentes quascunq3 fecisti veniēt, ⁊ adorabūt corā te Dñe: ⁊ glorificabunt nomen tuū. Qm̄ magnus est tu, ⁊ faciens mirabilia: tu es Deus solus. Deduc me Dñe i via tua, ⁊ ingrediar in veritate tua: lętetur cor meum, vt timeat nomen tuū. Confitebor tibi Dñe deus meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomen tuū in ęternū. Quia misericordia tua magna est super me: ⁊ eruisti animam meā ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super me: ⁊ synagoga potentiū quęsierunt animam meam: ⁊ non proposuerunt te in conspectu suo. Et tu dñe deus miserator ⁊ misericors: patiens ⁊ multę misericordię ⁊ verax. Respice in me ⁊ miserere mei: da imperium tuum puero tuo: ⁊ saluum fac filium ancillę tuę. Fac mecum signum in bonum: vt videant qui oderunt me, ⁊ confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me, ⁊ consolatus es me. Psalmus.

Qui habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei celi cōmorabit. Dicet dño, susceptor meus es tu ⁊ refugiū meū: deus meus, sperabo in eū. Qm̄ ipse liberabit me de laqueo venantiū, ⁊ a verbo aspero. Scapulis suis obūbrabit tibi: ⁊ sub pēnis eius sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius: nō timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die: a negotio

perambulāte i tenebris: ab incursu ꝛ demonio meridiano. Cadēt a latere tuo mille ꝛ decē milia a dextris tuis: ad te aūt non appropinquabit. Uerūtū oculis tuis ↄsiderabis: ꝛ retributionē pctōꝝ videbis. Qm̄ tu es dn̄e spes mea: altissimū posuisti refugiū tuū. Nō accedet ad te malū: ꝛ flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo. Qm̄ angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidē pedē tuum. Super aspidem ꝛ basiliscum ambulabis: ꝛ conculcabis leonem ꝛ draconem. Qm̄ in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, qm̄ cognouit nomē meum. Clamauit ad me, ꝛ ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, ꝛ glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: ꝛ ostendam illi salutare meum. Psalmus.

Benedic anima mea dn̄o: ꝛ oīa q̄ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic aīa mea dn̄o: ꝛ noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur oībus iniquitatibus tuis: qui sanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia ꝛ miserationibus. Qui replet in bonis desideriū tuū: renouabit vt aqlę iuuentus tua. Faciens misericordias Dn̄s: ꝛ iudiciū oībus iniuriam patientibus. Notas fecit vias suas Moysi: filijs Israel volūtates suas. Miserator ꝛ misericors dn̄s: lōganimis ꝛ multū misericors. Non in perpetuū irascet: neq͡ꝫ in ęternuꝫ cōminabitur. Non ſm pcā nostra fecit nobis: neque ſm iniquitates nostras retribuit nobis. Qm̄ ſm altitudinem celi a terra: corroborauit misericordiam suam sup timentes se. Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomiseretur pater filiorū, misertus est dn̄s timentibus se: qm̄ ipse cognouit figmentum nostrū. Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fenum: dies eius tanquam flos agri, sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransibit in illo, ꝛ non subsistet: ꝛ non cognoscet amplius locum suum. Misericordia autē domini ab ęterno, ꝛ vsq͡ꝫ in ęternum, super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorū: his qui seruant testamentum eius. Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciēdū ea. Dominus in celo parauit sedem suam: ꝛ regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite Dn̄o oēs Angeli eius, potētes virtute: facientes verbū illius ad audien-

dam

dam vocem sermonum eius. Benedicite Dño oẽs virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatẽ eius. Benedicite Dño. oĩa opera eius: in oĩ loco dñationis eius, benedic anima mea dño. Et v..ant oẽs ex integro. Postea sequitur litania. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater nr̃. Et ne nos inducas in tenta. ℣. Saluũ fac seruuz tuũ. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei Dñe auxiliũ de scõ. ℟. Et de Syõ tuere eum. ℣. Nihil pficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei Dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñs pseruet eũ, & viuificet eũ, & beatũ faciat eum in terra. ℟. Et nõ tradat eũ in aĩam inimicoꝝ eius. ℣. Dñs opẽ ferat illi super lectũ doloris eius. ℟. Uniuersũ stratũ eius versasti in infirmitate ei9. ℣. Dñe exaudi oroñẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus. Oro.

OMnipotens sempiterne Deus, q̃s immensam pietatez tuã: vt ad introitum ĩ tuo noĩe humilitatis nostrę, hunc famulum tuum in hoc habitaculo iacentem fessum, salutifere visitare digneris: sicut visitasti Dñe Thobiã, & Sarrã, & socrum Petri, puerumque Centurionis: ita & iste pristina sanitate animę corporisque recepta, & gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

DEus, qui facturę tuę semper pio dominaris affectu: inclina aurem tuam supplicationibus nostris: & famulum tuum ex aduersa valetudine sui corporis laborantem placatus respice: & visita in salutari tuo, & celestis gratię pręsta ei medicinam. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

DOmine sancte, pater omnipotẽs, ęterne Deus, qui per Iesum Christum filium tuũ, Dominum nostruz, vulnera nostra curare dignatus es, te supplices rogamus & petimus nos humiles tui sacerdotes: vt precibus nostris aurez tuę pietatis accõmodare digneris: vt ad huius pęnitentis cõfessionẽ moneraris, remittasq; ei omnia crimina, & peccata vniuersa condones.

DA, q̃s, huic famulo tuo domine pro supplicijs veniam, pro merore lętitiam, pro morte vitam: vt qui suadente diabolo cecidit in ruinam: te reuocante retrahaẽ ad misericordiam: & ad ęternam vitam peruenire mereatur. Per Christum dominum nostrum. Tunc interrogat eũ sacerdos. Tenes siue scis

Orationem dominicam, et simbolum? Respōdet infirmus. Te=neo. Tunc sacerdos. Uis dare tuam confessionem? Rñdet in=firmus Uolo. Et sacerdos. Fuisti iam confessus? Respōdet in=firmus Ita pater Sacerdos. Credis in deum patrem omnipo=tentem, creatorem celi et terre: et in Iesum Christum filiū eius: et in spiritum sanctum paraclitum ex patre filioqȝ procedentē? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis qd iste tres persone. s. pater, filius, et spiritus sanctus, sint tres persone, et vnus deus? Respondet Credo. Sacerdos. Credis quod filius Dei pro sa=lute nostra sit incarnatus de Spiritu sancto, natus ex Maria Uirgine, passus, mortuus, et sepultus: et q ad inferos descendit, et tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad celos, et venturus est iudicare viuos et mortuos? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis vnam sanctam ecclesiā catholicā: sanctorum cōionē, remissionem pcōrum: carnis resurrectionem, et vitam eternā. Rñdet. Credo Sacerdos Credis q in ipsa carne, in qua nunc es in ipsa habes resurgere in die iudicij, et recipere, siue bonum, siue malum quod egisti? Respondet. Credo. Sacerdos. Habes plenam voluntatem emendandi quicquid contra Deū egisti? Respondet. Habeo. Sacerdos. Habes fidem q possit tibi di=mittere Deus omnia peccata tua: si confessus: et in toto corde tuo cōuersus ad eum fueris? Respodet. Habeo. Sacerdos Uis dimittere omnibus hominibus, qui in te peccauerunt, dicente Deo, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, et pater vester qui in celis est, dimittet vobis peccata vestra? Respodet. Uolo. Si non vult dimittere: nec tu debes eum auscultare. Si autem vult ea dimittere, et iudicium penitentie recipere, et peccata sua pleniter cōfiteri: eaqȝ ieiunijs atqȝ orationibus et eleemosynis redimere: tunc iuxta has promissiones offerat manus suas in manibus sacerdotis dicens: In manus tuas Dñe commendo spiritum meum. Et sacerdos sequitur. Suscepimus deus mi=sericordiam tuam in medio templi tui: s'm nomen tuum deus, ita et laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. Glo=ria patri. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater no=ster. Et ne nos. ℣. Exaudiat te dñs i die tribulationis. ℟. Pro=tegat te nomen Dei Iacob. ℣. Mittat tibi auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tueatur te. ℣. Tribuat tibi secūdum cor tuum. ℟.

Et om=

Et omne consiliũ tuũ confirmet. ℣. Impleat dñs oẽs petitiones tuas. ℟. Nunc cognoui qm̃ saluum fecit dñs Chr̃m suum. ℣. Dominus custodit te ab omni malo. ℟. Custodiat aiam tuã dñs. ℣. Bñdicat te dñs ex Sion. ℟. Qui fecit celũ ⁊ terraꝫ. ℣. Dñe exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Deus, q es iustoꝝ gloria, ⁊ misericordia pctõꝝ: pietatẽ tuam humili prece deposcimus: vt hunc famulum tuum benigne recipias, ⁊ pietatis tuę custodiam ei impendas: vt ex tota mente tibi deseruiat, ⁊ sub tua semper protectione consistat: ⁊ quando ei extrema dies venerit, societatem sanctorum percipiat: cum quibus inenarrabilem gloriam sine fine possideat. Per dñm.

Tunc sacerdos diligenter eius cõfessionẽ audiat, ⁊ si etiam ab exordio natiuitatis suę ⁊ baptismi cõfiteret, bonũ esset. Et siqd inuenerit quod obligatus sit satisfacere: si potest, satisfaciat. Et si primo ei non fecit absolutionem, tunc absoluat eum a vinculo excõmunicationis si tenetur: vel saltẽ ad cautelaꝫ: postea dicat.

Misereatur tui op̃s Deus: ⁊ donet tibi veniam ⁊ indulgentiam, ⁊ remissionem oĩum peccatorũ tuorũ: liberet te ab omni malo: conseruet ⁊ cõfirmet te in omni opere bono: ⁊ perducat te Chr̃s filius Dei viui in vitam ęternaꝫ. Amen. Per istam veram ⁊ puram confessionem, quam modo mihi, quamuis peccatori sacerdoti, fecisti: absoluat te omnipotẽs Deus ab omnibus iudicijs, quę tibi pro peccatis tuis debentur ẜm magnam misericordiaꝫ suam: ⁊ parcat, ac remittat, ⁊ deleat oĩa pctã tua: ⁊ perducat te in vitam ęternam. Amen. Dñs Jesus Christus, qui beato Petro Apostolo. fol. 57. ℣. Deus tu conuersus viuificabis nos. ℟. Et plebs tua lętabitur in te. ℣. Ostende nobis dñe misericordiam tuaꝫ. ℟. Et salutare tuũ da nobis. ℣. Non intres in iudiciũ cuꝫ seruo tuo dñe. ℟. Quia non iustificabit in conspectu tuo oĩs viuens. ℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oro.

Deum omnipotentem, ac misericordem, qui non vult mortem peccatoris, sed vt cõuertatur ⁊ viuat, deprecor, vt conuerso ad viam rectam huic famulo suo N. misericordię suę veniam propitiatus indulgeat: ⁊ omnium culparum suarum vulnera: quę post sacri lauacri veniam contraxit, ita in hac

confessione sanentur: vt nulla in eo vltra cicatricum signa remaneant: Prestante domino nostro Jesu Christo, qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti descendat super te, & maneat semper. Amen.

¶ De penitētia imponenda infirmo Ca.26. ¶ Beat⁹ Antoninus archieps Florētin⁹ in suo cōfessionali Defecerūt ita dicit.

Aduertendū est autē, q̄ aut infirmus est in periculo mortis, aut nō. Dico autē periculū mortis, nō solū, q̄ in extremis constitutus: sed q̄ frequenter contingit homines mori ex illa infirmitate: & medici dubitant. In tali casu potest quilibet absolui a quolibet sacerdote de quolibet pctō, & a qualibet sententia absq̄ alia licētia, cū periculū est in mora. Talis enim infirmus aut iā amisit loquelā, vel vsū rationis, puta q̄a phreneticus: aut nō. In primo casu, si bene viuebat, & vt bon⁹ fidelis frequentabat cōfessionē & cōmunionem & huiusmodi, quamuis nō petierit sacramenta, q̄a ex insperato talia acciderūt: Uel etiā si malus & obstinatus diu perseuerans in peccatis est, & diu non ꝯfessus, si petijt sacerdotem vt ꝯfiteret, & ostendit se velle facere oīa, q̄ debet, & interea fact⁹ est mutus vel phreneticus, & piculū est in mora, debet presupponi cōtritus, & faciente aliquo cōfessionē generalē pro eo sicut fit in populo, sacerdos faciat absolutionē ab omni sententia & peccato: & pōt iniungere circūstātibus aliquid pro eo faciendū, vel heredibus: aut cōsanguineis p̄ eius anima, si volunt acceptare. Deinde debet dari ei eucharistia a proprio sacerdote seculari: Quis nō sit confessus, q̄a nō potuit: vel ab alio sacerdote seculari, nō autē religioso, si nō habuit licentiam a proprio sacerdote vel episcopo: alias ipse religiosus incideret in excōicationem Papalē in hoc casu. Et hoc verum est, nisi timeret de expuitione, vel vomitu eius: quia tūc nō deberet sibi dari eucharistia, sed extrema vnctio tātū. Imo etiā si nō potuit cōmunicare, si propter phrenesiā non ꝑmitteret se inungi, potest ligari: & sibi violēter dari. Astātib⁹ autē infirmo debet credi, si perhibent testimoniū, q̄ petierit cōfessionem: & ostenderit signa ꝯtritionis. ¶ Si autē nō est diu confessus: vel quia notorius peccator, incurrit subito amentiā, & mutitatem, vel infirmitatem, nec prius nec post ostendit signa ꝯtritionis,

nis, nil ei dari debet, nec sacramēta, nec ecclesiastica sepultura. Si vero nec loquelam amisit, nec amentiam incurrit: debet ab eo exigi pura confessio peccatorum, plus vel minus, secundum quod patitur tempus. Nam si est in extremis, de principalibus est interrogandus: maxime inducendo eum ad contritionem cum spe venię. Sed si non est ita in extremis, & vellet facere generalē cōfessionē de tota vita sua, sicut multi infirmi sancti fecerunt: quamuis non sit necessarium de his, quę rite alias confessus est iterare confessionem, admittenda est, & tandem absolutio impendenda ab omni sententia excommunicationis, & ab omni peccato, modo supradicto in capitulo pcedēti: ita tamen, quod si ligatus esset aliqua excommunicatione, a qua confessor extra illud periculū non potuisset absoluere, debet ei iniungi, quod si euadat infirmitatem, quam citius commode potest pręsentet se ei, ad quem ordinarie spectabat absolutio illius excommunicationis: Alias si faceret reincideret in eandem excōmunicationem. extra de senten. excommu. capi. eos libr. vj. Sed si erat detentus aliquo peccato, de casibus episcopo reseruatis, non oportet quod iniungat ei quod post sanitatem ad episcopū vadat pro absolutione: quia ad illud non tenetur, sed sufficit sibi prima absolutio. ¶ Nota tamen, quod si talis esset vsurarius publicus, non potest talis admitti ad confessionem, communionem, & ad alia sacramēta, nisi facta prius cautione de restitutione vsurarum vel promissione ab hęredibus de huiusmodi, in casu quo amisisset ipse loquelam, vel vsum rationis post signa contritionis, secundum formam iuris: quę habetur in cap. quantum. de vsu. libro 6. His peractis non est pęnitentia infirmo iniungenda, quia eam facere non posset: sed innotescenda, vt dicitur. 20. q. 7. capi. Ab infirmis. declarando sic: Talem tibi darem pęnitentiam, si esses sanus: quamuis deberes facere multo maiorem, secundum regulas ecclesię: sed quia non potes modo, cum eris sanus facies hoc, vel illud, vel veniens ad me, & tibi dabo. ¶ Istud tamen vltimum non videtur securum: quia raro reuertuntur, pro pęnitentia. ¶ Si vero Deus aliter de te disponeret: dimittas pro anima tua tantum pro pęnitentia. Potest etiam iniungi amicis, vel consanguineis aliquid pro pęnitentia, si vtrique acceptant: & si credatur, quod

satisfa-

satisfaciens pro eo sit in statu gratię. Super omnia enim admonendus est, vt si debet aliquid alicui, vel ratione maleficij, vel contractus, vel depositi, vel aliter, declaret bene, vt non discedat cum alieno ab hoc seculo, ne in ęternum damnetur: Et de restitutione ꝛ legatis ad pias causas, pro anima sua ita disponat: qđ cito cogantur executores expedire, ꝛ non ꝓlongare: sicut sępe ꝛ quotidie faciunt. Qđ si nollet sufficiēter disponere de restitutione facienda, non est absoluendus. ¶ Exhortandus est autem ad contritionem simul, ꝛ confidentiā diuinę misericordię exemplo latronis, meritis passionis Christi. ¶ Si autem haberi non possit copia sacerdotis: quamuis bonum sit in huiusmodi periculis, in mari videlicet, bello, vel in infirmitate, vel morte violenta, laico confiteri: tamen non est necessarium. Qđ si fiat, ꝛ euadit: tenetur talis iterum de illis peccatis cōfiteri: qa non habebat ille claues ecclesię. ¶ Si vero infirmus non est in periculo mortis, ꝛ habet casū excōicationis, vel peccata reseruata episcopo, dēt cōfesso ire vel mittere ad episcopū, si pōt, pro authoritate huiusmodi: tū modo tali, ꝙ non prodat peccatorē: nisi prius ille sibi dederit licentiam nominandi eum. Hęc ille.

¶ Finit tractatus tertius primę partis libri Sacerdotalis.

¶ Tractatus quartus primę partis Sacerdotalis de sacramento Eucharistię. ¶ Quę cōtineantur in hoc tractatu. Ca. i.



Sacramentum Eucharistię, quę bona gratia dicitur. i. q̄st. i. cap. Multi. In quo veraciter cōtinentur corpus, sanguis, aīa, ꝛ diuinitas Dn̄i nr̄i Jesu Chri sub speciebus panis ꝛ vini, quod ab eo institutū est, ob memoriā suę sacratissimę passionis, a solis sacerdotibus summa cū diligētia est consecrandum, pari reuerētia Christicolis dispensandū, ꝛ fideli custodia seruandū. Et q2 primū ꝛ maximum sacerdotis officiū est, corpus ꝛ sanguinē Christi in hoc sacramēto ꝯsecrare: qđ fit i missę celebratione: iđ primū de ipsa dicemus: postmodum de alijs ſm hunc ordinem, videlicet, q2 videbimus primo,

Materiam

Materiam huius sacramenti.
Formam huius sacramenti.
Ministrum huius sacramenti.
Effectus huius sacramenti.
Locum idoneum ad celebrandum.
Quoties in die quis possit celebrare.
Ordinem & ritum celebrandi.
Tempus conueniens celebrationi.
Quibus hoc sacramentum sit dandum: & quibus non.
Ordinem communicandi populum in ecclesia.
Ordinem communicandi infirmum.
Quod diligenter sit custodiendum hoc sacramentum.
Penitentiam malę custodientis. &
Casus concessos & prohibitos tempore interdicti ecclesiastici.

¶ Quę sit materia huius sacramenti. Cap. 2.

Materia huius sacramenti est panis triticeus ex farina frumenti, cum aqua elementari & naturali confectus. De cõsecr. dist. 2. cap. In sacramẽto. Et debet esse azymus: quia Christus in azymo sacramentum confecit & consecrauit. Et etiam vsus sanctę Romanę ecclesię, quę initium & institutionem a beato Petro Apostolo habuit, sic obseruat: & sic mandat obseruari. Siquis in fermentato pane consecraret in ecclesia Latina, debet deponi. De celebra. mis. c. Literas. Rationabiliter autem sacramẽtum ex pane triticeo. i. frumenti, conficitur: quia Christus, qui in eo sacramentaliter continetur, appellat se granum frumenti. Joã. 12. Nisi granum frumenti. &c. De celebra. mis. ca. vltim. & supradicto capitu. In sacramento. ¶ Materia calicis est vinum de vite: quia sanguis Christi confici non potest nisi de vino vitis. eo. cap. In sacramento. De consec. dist. 2. capi. In sacramentorum, ibidem. De summa trinitat. capit. 1. de celebra. mis. c. cum Marthę. & cap. vlti. Et conuenienter conficitur sanguis Christi ex vino vitis: quia Christus se veram vitam appellauit. Joan. 15. ¶ Ex concilio Carthaginensi. Cap. 27. In sacrificijs corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse dominus dixit: hoc est panis, & vinum cum aqua mistum. Nec amplius in primitijs offeratur Deo vino, & frumẽto. De consecr. dist. 2. In sacramento. & capitu. in summa. de celebr.

celebr.mis.c.vlt.& c.cum Marthę.de sum.trin.cap.1.Dicitur ergo, quod materia panis debet esse ex tritico.i.ex frumento: nō autem in pane de spelta, siligine, millio, hordeo, vel alio quocunque grano, nec etiā ex pasta, sed pane cocto. Similiter materia vini nō pōt esse ex aceto, vel agresta, aut vino corrupto, vel nimis acetoso, aut ex vino granatorum, seu quorumcunque pomorum: sed solum de vino vitis. In musto potest confici si est depuratum.

¶ Ex concilio Florentino sub dn̄o Eugenio Papa 4. Tertium est eucharistię sacramentum: cuius materia est panis triticeus & vinum de vite. Cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet &c. Aqua vero, q̄ in calice vino miscetur, debet esse in modica quantitate: quia eam in vinum cōuerti oportet. Et hęc aqua vino miscetur ꝓpter significationem: quia, vinū Chr̄m significat: & aqua populum. Apponitur autem aqua vino, tum quia Chr̄s sacramentū suum in vino aqua misto consecrauit: vt dicit Damascenus lib.4. & quia ex latere eius exiuit sanguis & aqua: & etiā quia ecclesia id statuit & p̄cepit. De cōsec.dist.2.cū c.oē.& ca.1. Et licet nouerit sacerdos aquā fuisse in doliū positā, tn̄ propter significationem debet aquā in calicem mittere. Et quamuis aqua nō sit de necessitate sacramenti: quia si consecraretur vinū sine aqua, esset sacramētū: tn̄ omittens peccat grauiter, si scienter omittit. De consecr.dist.2.calix. De celebr.mis.c.cum Marthę.& c. scriptura. De consec.dist.2. Potest autem sacerdos omnem quantitatē panis & vini ante se positam in altari consecrare. Hęc omnia ex sancto Tho.& cęteris theologis excerpta sunt. ex.4.sent.

Tertia parte, Et 4. sentēt.

¶ Forma sacramenti eucharistię quę sit. Cap.3.

Forma huius sacramenti sunt verba Christi a sacerdote cum intentione ꝯsecrandi rite prolata, q̄ sunt. Hoc est enim corpus meū, in consecratione panis, & Hic est enim calix sanguinis mei noui & ęterni testamenti, mysteriū fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū, in ꝯsecratione vini. Matth.26. Mar.13. Lucę 22.& de cōsec.dist.2.ca. Quia corpus. & cap.vtrū.& cap.accipite. ¶ Ex concilio Florentino prędicto. Forma huius sacramenti sunt verba saluatoris, quibus hoc cōfecit sacramentū. Nam ipsorum verborū virtute substātia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur, ita tn̄ quod totus Christus continetur sub specie panis: & totus sub

specie

specie vini &c. Et licet ista dictio, enim, non sit de necessitate formę sacramenti: tamen scienter eam omittens peccat mortaliter. Unde tota forma prędicta tam panis, quam vini, integre proferenda est, non obstante opinione aliquorum doctorum: q dicunt, quod forma consecrationis sanguinis est ista sola: Hic est enim calix sanguinis mei. Sed securius est secundum sanctum Thomam & Scotum totum dicere. Habuit enim ecclesia Romana, quę vtitur tota hac forma, eã a beato Petro apostolo: qui creditur eam docuisse, sicut Christus eam protulit. Et licet Euangelistę non ponant eam sic formaliter, sicut dicitur in Missa, nõ est multum contrarium: quoniam ipsi non intendebant tradere formam consecrationis, sed solum narrare rẽ gestam. Quia vero Christus multa dixit & fecit, quę nullus Euangelista scripsit: ecclesia declarauit hanc formam a Christo fuisse traditam, quam nullus Euangelista integrã tradidit. Non solum verba formę non sunt pretermittenda, sed nec etiam alia verba canonis Missę: quia ecclesia ea cõcepit in toto canone: alias omittens ea grauiter peccaret. Dicit sanctus Thomas, quod forma prędicta vtens pronomine demõstratiuo, ostendit quod materia consecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos, qui est in domo, non potest consecrare panem vel vinum, qui est in altari, aut in foro, aut totum vinum, quod est in cellario. Si prędictę formę in aliquo mutarẽtur, aut si sub alijs verbis proferrentur, quę idem significarent: aut aliquid de eis diminueretur, nihil fieret. Similiter si quid adderetur bona intentione, sicut. Hoc est enim corpus meum sanctissimum: grauiter peccaret in singulis prędictis.

¶ De ministro huius sacramenti. Cap. 4.

MInister huius sacramenti est solus sacerdos rite ordinatus, habens intentionem consecrandi, sicut Christus consecrauit, indutus omnibus sacris vestibus sacerdotalibus: & cui non est prohibitum celebrare, potest & debet celebrare, & hoc sacramentum cõficere & consecrare. ¶ Et notanter ponitur, potest & debet, quia hereticus, schismaticus, excommunicatus, interdictus, & degradatus, non debent celebrare missã: tamen si celebrant conficiunt veraciter corpus Christi. ¶ Et dicitur rite ordinatus ille, qui in ordinatione sua habuit omnia substan-

tialia ad suam ordinationem statuta: puta unctionem manuum, acceptionem calicis cum patena, cum hostia et vino: et alia quę sunt de substantia ordinis. 25. dist. capitu. perlectis. et de Summa trini. cap. firmiter §. Una. ¶ Habens intentionem consecrandi, sicut Christus consecrauit. Ubi notandũ, quod ad perfectionem sacramenti requiritur intentio ministri, quã intendat facere in consecratione, quod Christus fecit. Et non est necessaria itentio actualis, sed sufficit virtualis: puta, si accedens ad altare habet intentionem celebrandi et consecrandi, sed postea suspenditur eius intentio per aliam superuenientem cogitationem, tũc et virtute primę intentionis vere conficit. Hęc S. Thomas et Scotus. ¶ Sine peccato mortali, Ille dicit sine peccato mortali, qui non est notorius peccator: puta hereticus, schismatic9, concubinarius, et excommunicatus: quia talis implicitus est in peccato mortali: ideo non debet celebrare: et nõ solum ipse, sed etiam omnes, qui audiunt scienter missam eius, si est conuictus vel condemnatus, peccant secundum Theo. 32. dist. cap. nullus. de cohabita. cle. et mul. c. vestra. secundum gl. et ca. quęsitum. Si autem commisit aliquod peccatum mortale, de quo non recordatur, aut non habet copiam confessoris, imminet sibi necessitas celebrandi: puta q2 est Curatus, vel est dies festus, vel necessitas infirmi communicandi, quia non habebat hostiam consecratam et habet propositum, si recordaretur illius peccati, quod ipsum confiteretur, si haberet copiam cõfessoris, et interim cõteritur et pęnitet, et est in proposito cõfitẽdi, absoluitur per summum Pontificez Christũ: et potest celebrare, et postea debet confiteri sacerdoti: qñ habebit copiam eius. Qui quidem sacerdos ante celebrationem semper debet esse ieiunus. 7. q. 1. capi. Nihil. De conse. dist. 2. ca. Siquidem. Hęc omnia ex sacris Theologis sunt excerpta. Uide de hoc Constitutionem concilij Florentini sub Eugenio Papa 4. quę icipit. Exultate Deo. De ministro vide alia inferiũs in ca. de dispensatione sacramenti facienda per Curatum. ¶ Sacerdos mutilatus, vel notabiliter mõstruosus, aut horribili infirmitate detentus, puta lepra, vel morbo gallico deformabiliter corrosus propter scandalum pusillorum non debet celebrare: leprosus tamen inter leprosos in loco priuato potest celebrare, secundum S. Thomam. ¶ Epilepticus etiam

durante

durante infirmitate ꝛ per annum post non potest celebrare. 35. dist. c. cōiter. ꝛ Gl. ¶ Demoniacus etiam ante plenam liberationem celebrare non potest: eodem c. cōiter. Sacerdotes etiaꝫ ordinati, tam curati, quam non curati, si tpibus debitis, ꝛ habita opportunitate non celebrant, peccāt: qꝛ ipsis indistincte pręceptum est: Hoc facite in meam commemorationē. ¶ Nullus etiam pręsumat celebrare: nisi duobus p̄sentibus ꝛ rn̄dentibus. Alij aūt dicunt ꝙ vnus sufficit. 7. q. 1. Illud. extra. de fil. pręsbyt. proposuit. De vi. ꝛ hone. cle. c. Unusquisqꝫ. ꝛ ita cōiter in ecclesia seruatur. ¶ Inclusus vbi nō est copia clericorū, solus celebrare potest: ꝛ non alias. De verbo. signifi. cap. quęsiuit. Nullā mulier ad altare pręsumat accedere, aut presbytero ministrare. De coha. cler. ꝛ mulie. ca. 1. §. vlti. ¶ Nō debet etiam sacerdos celebrare sine luminarijs cereis. De cele. missarū. c. vlti. vt impleatur figura Leuitici. 6. Ignis in altari meo semp ardebit.

¶ De effectu huius sacramenti. Cap. 5.

Effectus huius sacri est multiplex ipsum digne sumentibus. Nā fortificat mentē cōtra vitia: virtutes auget: delet venialia: confert gratiam: ꝛ fortius vnit membra capiti, idest bonos Chrianos Chro: ꝛ futurę glorię nobis pignus dat. Uñ versus.

Inflammat, memorat, sustentat, roborat, auget.
Hostia spem, purgat, reficit, vitam dat, ꝛ vnit.
Confirmatqꝫ fidem, minuit fomitem, atqꝫ remittit.
Roborat, augmentat hoc sacrum: delet ꝛ vnit.

¶ Ex concilio Florentino prędicto. Huius sacramēti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, ꝛ membris eius vnitur, consequens est, ꝙ per hoc sacramentum insumentibus digne gratia augeatur: omnemque effectum, quem materialis cibus ꝛ potus quo ad vitam agunt corporalem sustentandam, augendo, reparando, ꝛ delectando, sacramentum hoc quo ad vitam operatur spiritualem. In quo (vt inquit Urbanus Papa) gratiam Saluatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, cōfortamur in bono, ꝛ ad virtutum ꝛ gratiarum proficimus incrementum. Hęc ibi. Et pręclarissimus Doctor S. Thom. Corpus Christi est medicina ęgrotis, dięta, peregrinātibus, debiles cōfortat, valentes dele-

ctat, languorem sanat, sanitatē seruat, fit homo mansuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ad amorem ardentior, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionē deuotior. Et dicitur hoc sacrm viaticum: quia sicut viator sine cibo ambulare non pōt, ita sine hoc sacro homo adultus non potest rite ambulare ad paradisum. De pęnit. & remiss. cap. quod ante. 26. q. 5. c. Siquis de corpore. & cap. qui recedunt.

¶ Quis locus idoneus sit ad missę celebrationem. Cap. 6.

Locus, in quo Missa est celebranda, debet esse sanctificatus, vt est ecclesia regulariter: nisi occurrerit casus necessitatis. De consecr. distinc. 1. nullus. ¶ Ex cōcilio Tiburiensi. Cap. 4. Missarum solennia non vbique, sed in locis ab episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus. Concedimus etiam, & sicubi (quod nostris peccatis exigentibus per plurimum est factū a Normanis, & a Sclauis, & ab Ungaris, & a malis Christianis, seu alio qualicūque modo) ecclesię fuerint incensę, & combustę, in cappellis cum tabula cōsecrata missas interim celebrare permittimus, donec ipsę ecclesię restaurari q̄ant. In itinere vero positis, si ecclesia defuerit, vt sub dio, siue in tentoriis (si tabula altaris consecrata, ceteraque sacra mysteria ad id officium pertinentia affuerint) missarum solennia celebrare possint concedimus. Aliter omnino interdicimus. Hęc ibi. Et his casibus exceptis, non licet nisi ex speciali priuilegio celebrare in loco nō sacro, sine licentia episcopi loci illius. De consecr. dist. 1. cap. missarum. Qui tamen hoc concedere non debet, nisi adsit rationabilis & legitima causa. Potest etiam Missa celebrari extra ecclesiam: vbi aliquibus temporibus magna populi confluit multitudo: vel propter aliquod festum, vel missam nouam, vel prędicatorem insignem, quem magnus populus sequitur: & ecclesia est parua: in platea munda & honesta super altari portatili: prouiso q̄ puluis, aut flatus ad altare non possint peruenire. Idem dicendum est de camera, vel aula, aut alio loco honesto & apto, in quo ex priuilegio domini Papę, vel de licentia episcopi potest celebrari. de consec. dist. 1. c. missarum. Et debet esse sacerdos paratus cum omnibus paramentis requisitis ab episcopo vel ab alio hanc potestatem habente benedictis, nec debet celebrari nisi in altari consecrato saltem portati-

li tribus

li tribus mappis cooperto, cũ calice cõsecrato: & patena competenti, cuius cuppa debet esse aurea, argentea, vel stannea, nõ autem vitrea, aut ęrea, cum purificatorio, parua palla: & corporali de puro lino, omnia candida & munda nullumque sericum ornamentum habere debent corporale, & palla, cum velo etiã lineo aut serico, quę omnia debent esse ab episcopo, aut ab alio hãc p̃tãtem habente benedicta, Sine Missali sacerdos nullo modo celebret, de consec. dist. 1. consulo. & cap. vestimenta. Nec in mari, vel in ecclesia polluta sanguine, vel semine, donec fuerit recõciliata: nec etiã in cęmeterio ecclesię violatę coniuncto, annexo, & ꝯtiguo: nec tpe iterdicti ecclesiastici: nisi ianuis clausis, excõicatis & interdictis exclusis. Et q ꝯtrariũ fecerit, efficit irregularis & ineligibilis, nec ipse põt eligere, vel eligi sine papę dispensatione. De sent. excõ. c. Alma. lib. 6. & c. Is qui, vt supra.

¶ Quoties in die quis possit celebrare. Cap. 7.

Excepto die Natiuitatis Domini, nisi causa necessitatis suadeat, non debet sacerdos nisi semel in die Missas celebrare. de celebra. Missa. cap. Cõsuluisti. Et in die prędicto Natiuitatis licet cuilibet sacerdoti tres Missas celebrare, De consecr. distin. 1. cap. nocte. In alijs vero diebus potest sacerdos in casu necessitatis duas Missas & non plures celebrare. ¶ Primo, quando celebrauit Missam de sancto propter solennitatẽ, & oportet aliam Missã celebrare de tempore: vel pro defunctis, siue sit pręsens defunctus, siue sit anniuersarium: aut pro deuotione: quia canon non distinguit. De consecrat. dist. 2. capitu. Sufficit. dummodo non sit corrupta intentione: nec hoc fiat contra consuetudinem in loco approbatam, secundum glo. ¶ Secundo, propter necessitatem peregrinorũ, vel personę insignis aduenientis. ¶ Tertio propter necessitatem nuptiarum, vbi tempus laberetur. ¶ Quarto, propter communionem infirmi in periculo mortis existentis, si non habet hostiam consecratam. ¶ Quinto, quando idem sacerdos habet duas ecclesias, vel propter paupertatem ecclesiarum, quę duobus sacerdotibus alendis non sufficerent: vel propter raritatem sacerdotum: & oportet ipsum vtriq; seruire: potest successiue primo vni & postmodum alteri celebrando satisfacere. Item in die resurrectionis Domini: vbi vnicus est sacerdos in ecclesia, & tanta populi

multitudo, quod omnes non possint interesse vni Misse, potest iterum celebrare. Item si sacerdos vnius ecclesie infirmaretur, potest sacerdos vicine ecclesie diebus festis pro eo Missam celebrare: et etiam ecclesie sue non deficere. Et videntur isti duo vltimi casus necessitatis: ideo a pluribus conceduntur: sed quia nihil de his authenticum inuenitur maiorum iudicio est relinquendum. Quocunque autem casu sacerdos pluries in die celebrauerit, in qualibet Missa debet corpus et sanguinem domini sumere: et omnes perfusiones calicis vsque in finem vltime Misse in aliquo calice, seu vase mūdo et honesto ponere, et in fine vltime Misse recipere. De celebra. Missa. c. consuluisti. in glos. et capit. Ex parte. Item sacerdos debet omni tempore postquam sanguinem domini susceperit, calicem vino perfundere et sumere. in eo. capit. Ex parte. ¶ Omni die, excepta parasceue, Missa celebratur: et tunc non, quia eo die Christus seipsum immolauit. Et cum Missa sit figura passionis Christi, adueniēte veritate figura debet cessare. Quod autē dicitur. De cōse. dis. 2. cap. Sabbato. bidno. s. parasceue et sabbato sancto, non debent penitus sacra celebrari, sm Archidiaconum dicitur, eo q Missa, que i sabbato sancto dicitur, est Missa noctis dñice sequētis, et nō sabbati: et ideo antiquitus ante horam vesperarū nō solebat celebrari.

¶ Que considerationes Sacerdoti celebraturo, si digne celebrare intendit, sint habende. Cap. 8.

Intētionis discussio. Ne { Propter vanam gl'iam / Propter auaritiam / Propter verecundiam / Propter timorem / Propter cōsuetudinē } Celebr.

Generalis ꝯtritio Sup. { Omissis, q̄ fieri oportuit / Cōmissis, q̄ fieri nō licuit / Cōsuetis et sepe confessis } Corde, ore, et opere.

Pura et vera confessio. s. { Notabilium / Communium / Ignoratorum } Criminum.

Quid

Quid intendat confes= qui principaliter. An	Augmentum dilectionis Inseparabilitatē unionis Accelerationem visionis	Dei.
Quid intendat facere in Mis= sa. An	Deum per lachrymas placare Mortē Chriꝛ z charitatē memorare Totam Ecclesiam adunare	Velit.
In canone, hec tria ser uanda sunt, scilicet	Diligentia ad cōficiēdum Reuerentia ad tangendū Deuotio ad sumendum	Corpus Christi.
Quia sunt ibi.	Magna signis Maiora verbis Maxima intentione	Misse.
Propter continen= tiam Tam	Excellentis corporis Excellentioris anime Excellentissime diuinitatis	Christi.

R. ¶ Si quis ad altare digne cupias celebrare,
Cor prius absterge: sic mundior ad sacra perge.
In Domini mensa quid tractes, sedulo pensa,
Viuere siue mori confert, quod porrigis ori.
Aegris z sanis bona est refectio panis:
Sed Christi panis non est sanus, nisi sanis:
Indigne sumis, si non sumis reuerenter,
Vel non catholice, aut habens mortale scienter.

¶ Alij versus pulcherrimi ad idem.

Iram, odium, rixas, rancorem pelle sacerdos:
Pelle inimicitias, pelleque desidiam.
Casta placent superis. tu casto corpore, casta
Mente Deum tractes: sit procul atra lues.
Sit procul z luxus, sanctorum sancta sacerdos
Dum petis: horrendum sit procul omne malum.

RVBRICAE GENERALES
DE HIS, QVÆ OBSERVANDA SVNT IN CELEBRATIONE MISSARVM,
IVXTA MISSALE ROMANVM EX DECRETO CONCILII TRIDENTINI RESTITVTVM.

¶ Quæ Missa dicenda. Cap. 9.



Missa quotidie dr̃ s̃m ordinẽ Officij. De festo duplici, vel semiduplici, vel simplici: de Dñica, vel feria: de vigilia, vel de octaua, & extra ordinem Officij, Votiua, vel pro Defunctis.

¶ De duplici. Cap. 10.

Missa dicitur de Duplici illis diebus q̃bus in Calendario ponitur hęc nota, Duplex & in festis mobilib⁹, qñcũq; Officiũ fit duplex. In duplicibus dr̃ vna tm̃ oratio, nisi aliqua cõmemoratio fieri debeat. Alia oĩa dñr, vt in pp̃rijs Missis assignatũ est. Qñ dici debet Gloria in excelsis, & Credo inferius dicitur in pp̃rijs rubricis.

¶ De Semiduplici, & Simplici. Cap. 11.

Missa de Semiduplici dr̃, qñ in Calẽdario ponitur hęc vox, Semiduplex. Preterea i Dñicis, & diebus infra Octauas. In semiduplicibus tã festis, quã Dñicis, & infra octauas dicunt plures Orões, & dicitur in rubrica. De oratione. Infra Octauaz dicitur Missaz sicut in die festi, nisi propriaz Missaz habuerit: in Dominicis vero fient in proprijs locis assignatur. De simplici dicitur Missa sicut de semiduplici, vt suis in locis ponit.

¶ De Feria, & Vigilia. Cap. 12.

Missa de Feria dr̃, qñ nõ occurrit festũ, vel octaua, vel Sabbatum i quo fit officiũ beatę Marię. In ferijs tñ Quadragesimę, Quatuor Tempor, Rogationũ, & Vigiliarũ, etiã si duplex vel semiduplex festũ, vel octaua occurrat, i Ecclesijs collegiatis dicunt duę Missę, vna de Festo, alia de Feria. In Vigilijs autẽ q̃ veniunt infra Octauã Missa dicitur de Vigilia cum

Comme-

Cõmemoratione Octauę. Si festũ habens vigiliam celebretur feria secũda, Missa vigilię dicit in Sabbato, sicut et fit officiũ. Missa Vigilię in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione Aduentus, licet de ea non fit factum officium. Si in Quadragesima, & Quatuor temporibus occurrat vigilia, dicatur Missa de feria cum commemoratione vigilię. Toto tempore Paschali non dicit Missa de vigilia, nisi in vigilia Ascensionis, quę tamen non ieiunatur, sicut nec Vigilia Epiphanię.

¶ De Missis votiuis Sanctę Marię, & alijs. Cap. 13.

IN Sabbatis nõ impeditis festo duplici, & semiduplici, dicitur Missa de Sancta Maria sm varietatẽ temporũ, vt in fine Missalis ponitur. Si sabbatum fuerit impeditum festo duplici, semiduplici, octaua Vigilia, Feria Quatuor Tẽporum: & Quadragesimę, Missa principalis dr̃ sm officium dici. In aduentu autem licet officiũ non fiat de Sancta Maria in sabbato, dicit tñ Missa principalis de ea cũ cõmemoratione Aduẽtus, nisi fuerint Quatuor Tpa, vt supra alijs diebus infra Hebdomadam qñ officiũ fit de feria (exceptis Ferijs Aduentus, Quadragesimę, Quatuor tẽporũ, Rogationũ, & Vigiliarũ) dici põt aliqua Missa Votiua, etiam in principali Missa, quę dicitur Conuentualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum. Quę tamen Missę, & alię quęcunque votiuę, in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die officiũ non est duplex. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa. Et quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat.

¶ De Missis Defunctorum. Cap. 14.

PRima die cuiuscũq; mẽsis (extra tẽpus Paschale) nõ impedita officio duplici & semiduplici, dr̃ Missa principalis gñaliter ꝑ defunctis sacerdotibꝰ, bñfactoribus, & alijs. In ecclesijs aũt collegiatis dicãt duę Missę, vna pro defunctis, alia de festo simplici si occurrit, vel de feria, si ꝓpriã habeat Missã, vel resumenda sit Missa de Dñica ꝑcedenti, q̃ fuit impedita, cũ infra Hebdomadã nõ occurrit alius dies, in quo resumi possit Missa de Dñica. Sed in ecclesijs nõ collegiatis dicat Missa de die cũ cõmemoratione gñaliter ꝑ defunctis. Preterea Feria secunda cuiusq; Hebdomadę in qua officiũ fit de Feria: Missa pricipalis dici põt pro defunctis. Si autẽ fuerit propria Missa de Feria vel de

vel de festo simplici in collegiatis Ecclesijs dicantur duę Missę, alioquin in Missa de die fiat cõmemoratio, (vt dictum est) pro defunctis. Excipitur tamen totum tẽpus Paschale, et quando per annum officium est duplex, vel semiduplex, quibus temporibus non dicitur Missa principalis pro defunctis, nisi in die Depositionis defuncti, et in Anniuersario pro defunctis. Et similiter, nisi fuerit duplex quocunque die dici possunt priuatę Missę pro defunctis, prẹterquã in Dominicis. ¶ In die Cõmemorationis omnium Defunctorum, et in die Depositionis, et in Anniuersario defuncti, dicitur vna tantum Oratio, in alijs Missis, plures, vt in Rubrica de Commemorationibus, et Orationibus dicetur.

¶ Sequentia pro defunctis dicitur in die Omnium Fidelium Defunctorum, et depositionis defuncti. In Anniuersario autem et Missa cõmuni pro defunctis dicatur pro arbitrio sacerdotis.

¶ De Translatione Festorum. Cap. 15.

In dicendis missis seruetur ordo Breuiarij de Translatione festorum dupliciũ et semiduplicium, quando maiori aliquo Festo, seu Dñica impediuntur. In ecclesijs autem, vbi titulus est Ecclesię, vel concursus populi ad celebrandum Festũ, quod transferri debet, possunt cantari duę Missę, vna de die, alia de festo aut saltem commemoratio fieri de festo, si eo die de festo in illa ecclesia officium fieri non debeat.

¶ De Commemorationibus. Cap. 16.

Commemorationes in Missis fiũt sicut in Officio. De festo simplici fit commemoratio in Missa, quãdo de eo in officio facta est cõmemoratio in vesperis. Quando autem de eo fit commemoratio tantum ad Laudes, in Missa solẽni nulla fit cõmemoratio de eo, sed in Missis tantum priuatis. De Dñica fit cõmemoratio, quando in ea fit de festo duplici. De octaua fit cõmemoratio, quando infra octauam fit de aliquo festo, nisi illud festum fuerit de exceptuatis in rubrica officij de Commemorationibus. Item quãdo infra octauam fit de Dominica. De Feria fit commemoratio in Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, Rogationibus, et Vigilijs, quando Missa dicẽda est de festo duplici vel semiduplici illis temporibus occurrente. Sed in ecclesijs Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Ferijs, Rogationibus et vigilijs prẹdictis: quę habent Missas proprias, dicũtur

duę

due Misse vna de Festo, alia de Feria, et Vigilia predictis, absq3 vlla vtrorumque commemoratione. Quādo infra hebdomadā dicūtur Misse Votiue post primam Orationes semper dicatur Oratio eius de quo fit officium. Qn̄ fit cōmemoratio de Feria Quatuor temporu3, pro ferie commemoratione dicatur prima oratio que concordat cum officio. In faciendis Cōmemoratiō-nibus seruetur ordo vt in Breuiario, de Dominica ante festum semiduplex, quod infra octauam celebratur, de festo semidupli-ci ante Octauā, de Octaua ante Ferias predictas, de ferijs pre-dictis ante festū simplex, de festo simplici ante orationes votiuas. Si facienda sit commemoratio pro Defunctis, semper ponatur penultimo loco. In alijs Commemorationibus a predictis ser-uetur dignitas orationu3, vt de Spiritu sancto ante beatā Ma-riam. de Angelis ante Apostolos, et similiter in alijs. In Missis defunctorū, nulla fit commemoratio pro Viuis, etiā si oratio es-set communis pro Viuis, et Defunctis. Quando dicuntur plu-res orationes, prima tantum, et vltima cū sua cōclusione termi-nentur, et ante primam et secundam orationem tantum dicitur, Oremus ante primam dicatur etia3 Dn̄s vobiscum. Cu3 vero dicuntur plures orationes, et vna oratio eadem sit cum alia ibi-dem dicenda, oratio huiusmodi, illa scilicet que eadem est non alie, commutetur cum alia de Cōi vel Proprio, que sit diuersa.

De introitu, Kyrie eleison, et Gloria in excelsis. Cap. 17.

Introitus semper eodem modo dicitur cum Gloria patri, vt in Ordinario, preterquam tempore Passionis, et in remis-sis defunctorum, vt etiam ibi annotatum est. Kyrie eleison, di-citur nouies post Introitum, alternatim cu3 ministro, idest, ter Kyrie eleison, ter Christe eleisō, ter Kyrie eleison. Gloria i ex-celsis, dicitur quandocūque in Matutino dictus est Hymnus, Te Deū preterquā in Missa Ferie quinte in Cena Dn̄i et Sab-bati sancti, in quibus Gloria i excelsis dicitur. In Missis voti-uis non dicitur nisi in Missa beate Marie, et Angelorum: et nisi Missa votiua dicenda sit pro re graui, vel pro publica Ecclesie causa. Neque etiam dicitur in Missis Defunctorum.

De Orationibus. Cap. 18.

In festis duplicibus dicitur vna tantum Oratio nisi facienda sit aliqua cōmemoratio, vt dictum est supra. In festis semi-duplicibus

duplicibus occurrentibus ab octaua Pētecostes vsque ad Aduētū, et a Purificatione vsq; ad Quadragesimā dr̄ secūda or̄o, A cūctis tertia ad libitū. In festis semiduplicibus occurrētibus ab octaua Epiphanie vsq; ad Purificationē, dr̄ secūda oratio, Deus q salutis tertia Ecclesie, vel pro Papa. In festis semiduplicibus a feria quarta Cinerū vsq; ad Dñicā passionis: secunda, de Feria tertia, A cunctis. In semiduplicibus, a Dñica Passionis vsq; ad Dñicā Palmarū, secunda oratio, de Feria tertia, Ecclesie, vel p Papa. In festis semiduplicib9 ab Octaua Pasche vsq; ad Ascensionē, secunda oratio, de Sācta Maria, Concede, tertia, Ecclesie vel pro Papa. In festis semiduplicibus infra Octauas occurrētibus, secūda or̄o dicit̄ de octaua, tertia, q̄ secundo loco infra octauā dr̄, vel pro Papa. Infra octauas, Pasche, et Pētecostes qn̄ Missa dr̄ de octaua, dicunt̄ due tm̄ orationes, vna de die, alia Ecclesie vel p Papa. Infra alias octauas, et in vigilijs q̄ ieiunant̄ (excepta Vigilia Natiuitatis Dñi, et Pentecostes) dicuntur tres, vna de die, secunda de Sācta Maria, tertia Ecclesie, vel p Papa. Sed infra octauas sancte Marie, et in vigilia et infra octauā Omniū Sāctorū, secunda oratio dr̄ de Spū Sancto, alia Ecclesie, vel pro Papa. In Dominicis infra octauas occurrentibus dicūtur due orationes, vna de Dominica, secūda de Octaua. In die octaua dicitur vna tantum oratio, nisi aliqua cōmemoratio facienda sit. In Dominicis dicuntur tres, vt in ordinario assignantur. In festis simplicibus, et ferijs per annum, dicunt̄ tres, vt in semiduplicibus: possunt etiā dici quinq;, vel septem ad libitum. In ferijs quatuor Temporū, et vbi plures leguntur lectiones, huiusmodi plures orationes dicuntur post vltimā orationē ante epistolā: et alie orationes cū lectionibus, vt suis locis in Proprio Missarum de tēpore. In Missis Votiuis qn̄ dicūtur pro re graui, vel pro publica ecclesie causa, dicitur tm̄ vna oratio: sin aliter dicūtur plures, vt in festis simplicibus. Sed in votiuis beate Marie secunda oratio dicitur de Spiritu Sancto, et in votiuis de Apostolis qn̄ dicitur oratio A cunctis, eius loco dicit̄ oratio de Sancta Maria, Cōcede. Si qn̄ plures dicuntur orationes occurrat fieri commemoratio alicuius Sancti, ea ponit̄ secundo loco, et tertia oratio dicitur q̄ alias secūdo loco dicenda erat.

¶ In

¶ In conclusione orationu3 hic modus seruatur. Si oratio dirigatur ad Patrem, concluditur. Per dominum nrm &c. si ad filium Qui viuis & regnas cum deo patre, si in principio orationis fiat mentio Filij, cóncluditur, Per eundem si in fine orationis eius fiat mentio, Qui tecum viuit si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur. In vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus &c. Alia quoque in dicendis orationibus seruentur, quę superius in rubrica de commemorationibus dicta sunt.

¶ De epistola, Graduali, All'a, & Tractu, ac de Euãgelio. c.19.

POst vltimam orationem dicitur Epistola qua finita, a ministro dicitur. Deo gratias: Post epistolam dicitur Graduale quod semper dicitur prętérquã Tempore paschali, cuius loco tunc dicuntur duo versus, vt dicitur in rubrica Sabbati in Albis. Post Graduale dicuntur duo Alleluia deinde. Versus; & post versum, vnu3 Alleluia. Tempore Paschali quãdo nõ dicitur, Graduale dicitur aliud Alleluia post secundum Versum: & quando dicitur Sequentia: non dicitur post vltimũ Versum, sed post Sequentiam: A Septuagesima vsq3 ad Sabbatu3 sanctum, non dicitur Alleluia: neque dicitur in missis de Feria in Aduentu, Quatuor Temporibus, & Vigilijs quę ieiunantur, exceptis Vigilia Natiuitatis Domini si venerit in Dominica, & Vigilia Paschę, & Pentecostes, ac quatuor Temporibus Pẽtecostes. Nec dicit̃ in festo Innocẽtium, nisi venerit in Dñica, A Septuagesima vsque ad Pascha eius loco dicitur Tractus; qui Tractus prędicto tempore in aliquibus Ferijs non dicitur, neq3 etiam in Ferijs a Septuagesima vsq3 ad Quadragesima3 quãdo repetitur Missa Dominicę. Dicto, Graduali seu, All'a, seu; Tractu, dicitur, Euangeliũ, Et in principio Euangelij dicitur, Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo, deinde, Sequentia Sci Euangelij sm N. ℟. Gloria tibi dñe. in fine Euangelij a ministris dr, Laus tibi Chre. Postea, si dicendũ est, dr, Credo.

¶ De Symbolo. Cap. 20.

SYmbolum dicitur post Euangelium in omnibus Dominicis per annum, etiam si in illis fiat de festo; in quo alias non diceretur. In tribus missis de Natiuitate Dñi, & deinceps vsque ad octauam beati Joannis Apostoli inclusiue. In Epiphania, & per octauã Feria quinta in Cęna Dñi. In Paschate Resurrectionis,

rectionis, & per octauam. In Ascensione Domini, & per octauam. In Pentecoste, & per octauam. In festo Corporis Christi, & per octauam. In omnibus festis beatę Marię, & per octauas. In omnibus festis Apostolorum, & Euangelistarũ, & per octauas. In festis Quatuor Doctorũ, videlicet, Gregorij, Ambrosij, Augustini, & Hieronymi, addito festo sancti Thomę de Aquino. Item in festis Doctorum Basilij, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi. In vtraque Cathedra sancti Petri: & in festo sancti Petri ad Vincula. In festis Conuersionis, & Cõmemorationis sancti Pauli Apostoli. In festo sancti Ioannis ante portam Latinam. In festis Inuentionis, & Exaltationis sanctę Crucis. In festis Angelorum. In festo sancti Barnabę Apostoli. In festo sanctę Marię Magdalenę. In transfiguratione Domini. In die octauarum sancti Ioannis Baptistę, & sancti Laurentij. In festo omnium Sanctorũ, & per octauam. In Dedicationibus sancti Saluatoris, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. In Anniuersario Dedicationis proprię Ecclesię, & per octauã. In die consecrationis Ecclesię, vel altaris. In festis sanctorũ quibus dedicata est Ecclesia, & vbi habetur corpus vel insignis reliquia sancti de quo agitur. In die Creationis, & Coronationis summi Pontificis, & in Anniuersario eiusdem diei. Item in omnibus festis, quę in Dñicis, & per octauas celebrantur: in quibus ratione Dñicę, & Octauę dici debet. Item in festo patroni alicuius loci: vel tituli Ecclesię, & in festis principalibus ordinũ & per eorũ octauas, in Ecclesijs tñ illius ordinis. Itẽ dĩ Credo, In Missis votiuis; q̃ solẽniter p re graui, vel p publica Ecclesię causa celebrantur.

¶ De Offertorio, Secretis, Prefationibus, & Canone. Ca. 21.

POst Symbolum, vel si non sit dicendum; post Euangelium dĩ, Dñs vobiscũ, deinde Offertoriũ postea fit oblatio cum orationibus, vt in ordinario. Qua oblatione facta dicuntur orationes secretę, secundum numerum orationum, quę palam dictę sunt: sed ante primam orationem non dicitur, Dominus vobiscum nec aliquid aliud, sed dicto, Suscipiat Dominus sacrificium. absolute dicuntur: neque etiam ante secundam orationem dicitur, Oremus: Terminatur autem prima; & vltima oratio, vt dictum est supra in rubrica de orationibus: &

secreto

secreto dicuntur vsq3 ad illa verba in conclusione, Per omnia secula seculorum. que clara voce proferuntur, et incipitur Prefatio. Prefationes autem dicuntur, vt in ordinario adnotatum est: et que i Quadragesima, Tempore Paschali, et infra octauas proprie assignantur, dicuntur etiam in Dominicis, et festis que illis temporibus celebrantur: nisi illa festa propriam prefationem habeant. In Missis votiuis dicitur etiã Prefatio propria, si propriam habeant. Et quãdo aliqua Missa votiua pro publica causa solenniter celebratur, dicitur in cantu solenni, vt in duplicibus. Post prefationẽ incipitur Canõ Misse secreto, in quo seruentur oia, vt in ordinario. vbi vero Cõicantes Infra actionẽ, vel alia variari ptingit, suo loco i proprijs Missis adnotatur.

¶ De cõione, Post cõionẽ, Ite missa est, vel Benedicamus dño, de Benedictione, et Euangelio Sancti Joannis. Cap. 22.

Facto Canone, et alijs omnibus vsque ad communionem, ea peracta dicitur communio, et orationes post communiones, codẽ modo, et ordine vt in principio Misse, et repetito, Dominus vobiscum dicitur, Ite missa est, vel Benedicamus domino, pro temporis ratione. Ite missa est. dicitur, quandocunque dicitur, Gloria in excelsis: Cum non dicitur, eius loco dicitur. Benedicam⁹ Domino. ℞. Deo gratias. In Missis Defunctorum, dicitur, Requiescant in pace. ℞. Amen.

¶ Dicto Placeat, datur Benedictio, que a celebrante semper datur in missa, preterquam in missis Defunctorum. Deinde dicitur Euangelium sancti Joannis, In principio, quod nũquã pretermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel Feria que habet Euangelium proprium, tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia missa de die Natiuitatis Dñi, dicitur Euangeliu3 de Epiphania. Cu3 natus esset Jesus

¶ De ordinanda Missa ex supradictis rubricis. Cap. 23.

Supradictis rubricis cognitis, si quis velit ordinare Missa3 dici, recurrat ad ordinarium Missaru3 de Tempore. vel de Sanctis secundum qualitatem Officij. Si propriã non habeat, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agendum sit, et propria missa nõ fuerit de Feria, Dicatur missa precedẽtis Dominice, omissis Gloria in excelsis, et Symbolo, preterquã tpe Paschali, in quo semper dicitur, Gloria in excelsis, vt supra

excepta

excepta Missa Rogationũ. Si dicenda sit Missa Votiua, req-ratur post Commune Sanctorum suo loco. Si plures Orationes dicendę sint, requirãtur post Missas Votiuas, suo loco de singulis rebus singulę. Si pro Defunctis dicenda sit Missa, habetur post Missas Votiuas, cũ collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordinariũ toti⁹ Missę, cũ Pręfationibus, Canone, et alijs dicendis, habet suo loco, cũ proprio Missarum de Tpe.



ORdo seruandus per sacerdotes in celebratione Missę tam solennis et cum ministris, quam priuate secundum ritum sanctę Romanę Ecclesię: et dici dbet ex libro aperte: non tamen nimis festinanter: et fieri omnia: vt iacent: nihil omisso, addito, aut in eis mutato, vel de ipsis minuto. Et Ordinẽ huiusmodi obseruant etiam summus Põtifex, dñi Cardinales, Patriarche, Archiepi, et Episcopi, quãdo nõ celebrant pontificaliter, sed in priuato. Cum autem in pontificalibus celebrant, obseruant cerimonias in Pontificali, et Ceremoniali positas. ¶ De confessione sacramentali ante Missam pręmittẽda, et orationibus pręparatorijs. Cap. 24.

SAcerdos missaz celebraturus, si in peccato mortali constitutũ se cognouerit, ante ↄfessionem sacralem, dicat orationem.

SVscipe confessionem meam pijssime, ac clementissime Domine Iesu Christe, vnica spes salutis animę meę: et da mihi obsecro contritionem cordis, et lachrymas oculis meis: vt defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas, cum humilitate et puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine. Si iratus fueris contra me, quem adiutorem quęram? Quis miserebitur iniquitatibus meis? Memento domine, qui Chananęam et publicanum vocasti ad penitentiam, et Petrum lachrymantem suscepisti: domine deus meus suscipe preces meas, saluator mundi Iesu bone, qui te crucis morti dedisti, vt peccatores saluares, respice me miserum inuocantem

bonum

bonū nomen tuum: ⁊ noli sic attendere malū meū, vt obliuiscaris bonum tuum. Et si cōmisi vnde me dānare potes: tu non amisisti vnde saluare me soles. Parce ergo mihi, qui es saluator meus: ⁊ miserere peccatrici animę meę. Solue vincula eius: sana vulnera eius. Dn̄e Jesu te desidero: te quero: te volo: ostēde mihi faciē tuam, ⁊ saluus ero. Mitte igitur pijssime dn̄e, meritis purissimę ⁊ immaculatę semper virginis Marię, lucē tuā ⁊ veritatem tuam in animam meam, quę oēs defectus meos in veritate mihi ostendat, quos ɔfiteri me oportet: atq3 iuuet ⁊ doceat ipsos plene ⁊ cum debita ɔtritione explicare. Qui viuis ⁊c.

Qua dicta, corā3 aliquo sacerdote absoluendi eū iurisdictionem seu potestatē habēte genuflex⁹, capite discooꝑto, ɔfitea͏̄t eidē cooꝑto capite in cōueniēti loco sedenti, oīa pc̄a sua, ⁊ ab eodē absolutionē, ⁊ penitentias salutares pro cōmissis criminibus recipiat.

¶ Peracta pn̄ia per ɔfessorē imposita, dicat sequentē orōnem.

Sit tibi domine obsecro meritis sanctissimę mr̄is tuę semper virginis Marię grata ⁊ accepta ista confessio mea: ⁊ quicquid mihi defuit nunc, ⁊ alias de sufficientia contritionis, ⁊ de puritate ⁊ integritate confessionis, suppleat pietas ⁊ misericordia tua: quę dignetur me habere plenius ⁊ perfectius absolutu3 in celo: Qui viuis ⁊ regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Deinde si voluerit, poterit pro deuotione orationem sequentem ante altare, vel alio conuenienti loco genuflexus dicere.

¶ Oratio sancti Ambrosij episcopi.

Summe sacerdos ⁊ vere pontifex, qui te obtulisti Deo patri hostia3 viuā, ⁊ purā, ⁊ immaculatā in ara crucis ꝓ nobis miseris peccatoribus: quiq3 dedisti nobis carnem tuam ad manducandu3, ⁊ sanguinē tuū ad bibendū: ⁊ posuisti mysterium illud in virtute Sp̄us sancti, dicēs. Hęc quotiescūq3 feceritis, i mei memoriā facietis, rogo te per sanguinē tuū p̄ciosum, magnu3 salutis nostrę preciū: rogo te per hanc mirā ⁊ inenarrabilē charitatem, qua nos miseros ⁊ indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos a pc̄is nr̄is in sanguine tuo: doce me indignū seruum tuū: que3 inter cetera dona tua etiā ad officiū sacerdotale vocare dignat⁹ es nullis meis meritis, sed sola misericordię tuę dignatione: doce me queso per Sp̄um sctm̄ tuū, tm̄ tractare mysterium ea reuerentia ⁊ honore, ea deuotione ⁊ timore, quibus

oportet et decet. Fac me (quaeso) per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere et intelligere, sentire, et firmiter tenere, dicere et cogitare quod tibi placet, et expedit animae meae. Intret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono: et sine strepitu verborum loquatur veritatem tantorum mysteriorum: Profunda sunt quippe nimis: et sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Missarum solennia puro corde et munda mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nefandis, vanis et noxijs cogitationibus. Muni me (quaeso) beatorum Angelorum pia et fida tutela, atque fortissima custodia: vt hostes omnium bonorum confusi discedant per virtutem tanti mysterij: et per manum sancti Angeli tui repelle a me, et a cunctis seruis tuis spurcissimum et nefandissimum spiritum inanis gloriae, iracundiae, fornicationis, superbiae, inuidiae, auaritiae, blasphemiae, et immunditiae, dubietatis, et diffidentiae: vt tibi sacrificium cum omni puritate valeam tibi offerre. Confundantur qui me persequuntur. Pereant illi, qui perdere cuncta bona festinant. Rex virtutum, deus amator castitatis et integritatis, caelesti rore benedictionis tuae extingue in corpore meo totum fomitem ardentis libidinis: vt maneat in me tenor totius castitatis et integritatis animae et corporis. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinosas commotiones: et da mihi veram et perpetuam castitatis sanctimoniam cum ceteris donis tuis, quae tibi placent in veritate: vt sacrificium laudis tuae casto corpore, et mundo corde tibi valeam offerre. Quanta enim cordis contritione et lachrymarum fonte? quanta reuerentia, timore et tremore? quanta cordis castitate, et animae puritate, illud diuinum et caeleste sacrificium est celebrandum domine? vbi caro tua in veritate sumitur, et sanguis tuus in veritate bibitur? vbi ima summis iunguntur: vbi adest sanctorum Angelorum praesentia: vbi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter. Quis digne hoc celebrare potest, nisi tu omnipotens deus offerentem feceris dignum? Scio vere domine, et scio, ac idipsum bonitati tuae confiteor: quod non sum dignus accedere ad tantum mysterium, propter nimia peccata mea, et infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, credo ex toto corde: et ore confiteor: quia tu me potes dignum facere: qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine: et de peccatoribus iustos facis et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo: concede mihi peccatori hoc caeleste sacrificium celebrare cum timore

more et tremore, cum cordis puritate et lachrymarum fonte, cum spirituali letitia et gaudio celesti. Sentiat mens mea domine dulcedinem beatissime presentie tue, et excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim memor venerande passionis tue accedo ad altare tuum, licet peccator: vt offeram tibi de donis tuis sacrificium, quod tu instituisti, et offerri tue maiestati precepisti in commemorationem tuam pro nostra salute. Suscipe ergo illud quaeso summe pastor pro ecclesia tua sancta, pro populo tuo, quem acquisiuisti sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te et eundem populum tuum medium esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis mihi credite non recuses: nec per me indignum famulum tuum eorum salutis pereat precium, pro quibus victima factus, dignatus es esse redemptio salutaris. Profero ergo domine, si digneris propitius intueri, tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitus, miserias orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium: desperationes languentium, defectus senum, suspiria iuuenum, vota virginum et lamenta viduarum, tu enim misereris omnium domine: et nihil odisti eorum, que fecisti. Memorare domine que sit nostra substantia: quia tu pater noster es: tu deus noster es: nec irascaris: neque multitudinem viscerum tuorum misericordie tue super nos contineas. Non in iustificationibus prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nostras, et ignem sancti spiritus in nobis clementer accende. Aufer a nobis cor lapideum de carne nostra: et da nobis cor carneum: quod te timeat, te amet, te diligat, in te delectetur, te perfruatur, te sequatur. Oramus domine clementiam tuam: vt sereno vultu familiam tuam sacri tui nominis officia prestolantem aspicere digneris: et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse audire propitius, et exaudire delecteris. Rogamus te etiam pater sancte pro animabus omnium fidelium defunctorum: vt sit illis salus eterna, perpetua sanitas, gaudium et refrigerium sempiternum. Hoc magnum puritatis sacramentum Deus meus sit illius hodie magnum et plenum conuiuium de te pane viuo: qui de celo descendisti: et das vitam mundo: de carne tua sancta et benedicta: agni vere qui tollis peccata mundi: que de sancto et glorioso vtero beate Virginis Marie est assumpta, et de Spiritu sancto concepta: de illo precioso sanguine tuo, qui pietatis fonte per lanceam militis ex tuo sanctissimo latere feliciter emanauit: vt inde sanati, refrigerati, refecti, et consolati, exultemus

in laude et gloria tua. Peto clementiã tuã piissime redẽptor, vt descendat sup hũc panẽ et calicez istũ plenitudo diuinitatis tue. Descendat etiã dñe illa sancti Spũs tui inuisibilis forma, et incõprehensibilis maiestas: sicut quondã in hostijs patrũ descendebat: q̃ et oblationes nr̃as corpus, et sanguinez tuum efficiat, et me, indignũ sacerdotez tuũ doceat tm̃ tractare mysteriũ cũz cordis puritate, et lachrymarũ fonte: cũ reuerẽtia et tremore, ita vt placide et benigne suscipias sacrificiũ laudis de manibus meis: ad salutẽ oĩuz tã viuorũ, q̃ fideliũ defunctorũ. Rogo te dñe p ipsum sacrosanctũz mysteriũ corporis et sanguinis tui p̃ciosissimi: quo quotidie in eccl'ia tua sctã pascimur et potamur, abluimur et sanctificamur, atqz vnius tue summe diuinitatis participes efficimur: vt mihi ɔcedas virtutes tuas sctãs, qbus repletus, bona cõsciẽtia ad altare tuũ accedã ita, vt hec sacr̃a celestia efficiant mihi salus et vita. Tu eniz dixisti ore tuo scõ et benedicto: Panis, quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi vita: q mãducat me, viuet ppter me: ipse manet in me, et ego in eo: Ego sum panis viuus, q de celo descendi: siquis mãducauerit ex hoc pane, viuet i eternũ. Panis dulcissime sana palatũ cordis mei, vt sentiã suauitatez amoris tui. Sana me dñe ab oĩ languore, vt nullã p̃ter te sentiã dulcedinẽ: nullũ p̃ter te q̃rã amorẽ: nullaz p̃ter te amem pulchritudinẽ. Panis candidissime, hñs oẽ delectamentũ, et oẽz saporẽ suauitatis, q nos de te semp reficis: et in te nunquaz deficis: comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui repleant viscera aĩe mee. Mãducat te Angelus pleno ore: mãducet te pegrinus hõ pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis viue, panis pulcherrime: panis munde, q̃ descendisti de celo, et das vitã mũdo, veni in cor meũ et munda me ab oĩ inquinamento carnis et spũs. Intra in aĩaz meaz: sana et sanctifica me interius et exterius. Esto tutamẽ et ppetua salus et protectio corporis et aĩe mee. Repelle a me insidiãtes mihi hostes: recedãt pcul a potẽtia p̃ntie tue, vt tua protectione foris et intus munitus, recto tramite ad regnũ tuũ pueniã: vbi non mysterijs, sicut in hoc tpe agitur, sed facie ad faciẽ te videam. Amẽ.

De preparatione Sacerdotis celebraturi, Cap. 25.

Sacerdos celebraturus, seruatis ijs, que superius dicta sunt, quo ad premiam Confessionem, et horas canonicas, Ma-

tutino saltem absoluto, orationi aliquantulũ vacet, & orationes inferius positas pro tẽporis opportunitate dicat. Deinde accedat ad locum in Sacristia vel alibi pręparatum, vbi paramenta aliaque ad celebrationem necessaria habentur: accipiat Missale, perquirat Missam, perlegat & signacula ordinet ad ea quę dicturus est. Postea lauet manus dicens orationem inferius positã. Deinde pręparet calicẽ, ponens super eius os purificatoriũ, & super illud patenã cum hostia, quã tegat parua palla, & velo serico: super velo ponat bursam coloris paramentorũ intus habens corporale plicatũ. Quibus ita dispositis accedat ad paramenta, vbi calciatus pedibus, & indutus vestibus sibi conuenientibus, quarũ exterior saltẽ talum pedis attingat: induat se, si sit Prelatus secularis, supra rochetũ: si sit Pręlatus regularis, vel alius Sacerdos secularis, supra superpelliceũ, si cõmode haberi possit, alioquin sine eo supra vestes cões, dicens ad singula singulas orationes inferius positas. Ac primum accipiens Amictum circa extremitates, & cordulas, osculetur in medio, & ponat sup caput, & mox declinet ad collum, & eo circa vestium collaria tegens, ducat cordulam sub brachijs, & circunducens per dorsum ad ventrem reducat, & liget. Tum Alba induatur caput submittens deinde manicam dextram brachio dextro, & sinistram sinistro imponens: albam ipsam corpori adaptet, eleuet ante, & a lateribus hinc inde, & Cingulo per ministrum a tergo sibi porrecto, se cingat. Minister eleuat Albam supra cingulum circũcirca, vt honeste dependeat, & tegat vestes ac eius fimbrias diligẽter aptet, vt ad latitudinem digiti vel circa supra terram ęqualiter fluat. Sacerdos accipiat Manipulũ, osculet Crucẽ ĩ medio, & imponit brachio sinistro. Deinde ambab⁹ manibus accipiens stolam, simili modo deosculetur, & imponat mediũ eius collo, ac transuersando eam ante pectus in modo Crucis, ducat partẽ a sinistro humero pendentẽ ad dextram, & partem a dextro humero pẽdentẽ ad sinistrã. Sicque vtranque partem stolę extremitatibus cinguli hinc inde ipsi cingulo cõiungat. Si celebrãs sit Eps, non ducat stolã añ pectus ĩ modũ Crucis, sed sinet hinc inde vtrasque extremitates pẽdere: & accipiat cruciculam a collo añ pectus cordulis pẽdẽtẽ. Postremo Sacerdos accipiat planetã. Si sit Eps, & solenniter celebrat, accipiat paramenta, & alia vt in Pontificali.

¶ Sacerdos postq̃ est parat⁹, potest dicere seq̃ntes orationes.
¶ Oratio sancti Thome de Aquino ad Deum patrem, dum sacerdos est accessurus ad altare.

Omnipotens sempiterne Deus: ecce accedo ad sacr̃m vnigeniti filij tui Dñi nr̃i Jesu Chr̃i. Accedo (inquã) infirmus ad medicũ vite: inmundus ad fontẽ misericordie: cecus ad lumen claritatis eterne: paup̃ ⁊ egenus ad dñm celi ⁊ terre. Rogo ergo immẽse largitatis tue abundãtiã, quatenus meã curare digneris infirmitatẽ: lauare feditatẽ: illuminare cecitatẽ: ditare paupertatẽ: vestire nuditatẽ: vt panẽ angeloꝝ, regem regũ, ⁊ dñz dñantiũ tãta suscipiã reuerẽtia ⁊ humilitate, tãta ꝯtritione ⁊ deuotione, tãta puritate ⁊ fide, tali ꝓposito ⁊ itẽtione: sicut expedit saluti aĩe mee. Da (q̃so) mihi dñici corporis ⁊ sanguinis nõ solum suscipere sacr̃m, sed etiaz rem, ⁊ virtutem sacr̃i. O mitissime Deus da mihi corpus vnigeniti filij tui Dñi nostri Jesu Christi, qd̃ traxit d̃ virgine Maria, sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, ⁊ inter eius mẽbra connumerari. O amantissime p̃r concede mihi dilectum filium tuum, quẽ nũc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum. ¶ Ante communionez apologia.

Impellit inuustrandi offĩcium hostia salutaris pro populi delicto: terret ꝯscientia indebiti sacerdotij pro reatu. Si a me oĩnz sacerdotũ peripsema sacrificiũ offerat, pollute ꝯscie crimẽ augeł. Si tñ tue maiestati vniuerse carnis iudici non offerł, negligẽtie reatus cõscribitur. Inter hec tue opẽs libramen pietatis imploro, cuius vltionis diẽ accusante cõscia ꝑtimesco. Me indignũ (q̃so) misericordia tua iudices, quẽ a tpe pnie non excludis. Suspende securim: donec cultor vinee admoneat cophinũ stercoris infructuose arboris ad radicẽ. Parce mihi Dñe clementissime penitẽti, qui Dauid post lapsum clementer ad veniã reuocasti: qui Petri misericors amare flẽtis lachrymas respexisti: q Latronẽ in crucis patibulo tãti facinoris reũ diuina grã illustrasti. Cui mox obtinuit cõfessio ꝑspicua Dei filiũ: fides premiũ: pena veniã: lamẽta gaudia sempiterna: duz cõfessor in Cruce possessor extitit paradisi post Crucez. Sed q̃ verba venia tue pietatis indigent, q̃ indigni sacerdotis opera nõ cõmendãt: saltẽ astantiũ vota suscipe: vt ⁊ mihi eorũ apud te p̃cibus veniaz, ⁊

suis

suis meritis sacrificia nostrorum vulnerum salubriter nobis cōferāt medicinā. Et quia opus pro omnibus factus es hostia pro peccatis: adsis nobis sanctificatio in sacrificio pro delictis, Christe Saluator mundi. Qui cū eterno patre, et cum spiritu sancto viuis et regnas Deus, per omnia secula seculorū. Amen. ¶ Oratio ad beatissimā Virginē Mariā.

O Mater pietatis et misericordie beatissima virgo Maria: ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu: et precor dulcissimā pietatē tuā: vt sicut dulcissimo filio tuo in cruce pendenti astitisti, ita et mihi misero peccatori et sacerdotibus omnibus hic et in tota sctā ecclesia ipsum hodie offerentibus clemēter assistere digneris: vt tua grā adiuti dignā et acceptabilem hostiā in conspectu summe, et indiuidue trinitatis offerre valeam⁹. Amē.

¶ Ad sanctum vel sanctā cuius eo die festum celebratur. Oratio.

O Sancte N. vel sctā N. ecce ego miser peccator de tuis meritis confisus offero nunc sacratissimū sacrm corporis et sanguinis Dñi nostri Jesu Christi pro tuo honore et gloria: precor te humiliter et deuote, vt pro me hodie itercedere digneris: vt tm̄ sacrificiū digne et acceptabiliter offerre valeā: et cum tecum et cum omnibus electis eius eternaliter laudare, et cum eo regnare valeam. Amen.

¶ Oratio deuota Sci Gregorij Pape dicēda a sacerdote anteq̄ missā īcipiat.

F Acturus memoriā salutaris hostie toti⁹ mūdi, (missā īcipiat. cū illius dignitatē, et meā itueor feditatē, conscia torqueor peccatorū. Verū quia tu deus multū misericors es, imploro, vt digneris mihi dare spūm contribulatū: quod tibi gratū sacrificiū reuelasti: vt eo purificat⁹ vitali hostie pias manus admoueā: que omnia mea peccata abluat: et ea deinceps in perpetuum mihi vitādi cautelā ifundat, omnibusque per qb⁹ tibi offert, p̄ntis et future salutis cōmercia largiaris. Per.

Suprascripte orones nō ex pcepto, sed ex deuotione dicuntur. Poterit et sacerdos, his oronib⁹ omissis, dū se parat dicere ps. Miserere mei de⁹. vsque in finē, cū Gloria patri. aut aliū psalmū cōuenietē.

¶ De ingressu Sacerdotis ad altare. Cap. 27.

S Acerdos omnibus paramentis indutus, accipiat in manu sinistra calicem vt supra preparatum, et bursam manu dextra super calicē tenēs, capite cooperto accedat ad altare, ministro cum Missale, et alijs ad celebrandum necessarijs precedente. Procedit autem oculis demissis incessu graui, erecto corpore. Si vero contigerit eum transire ante altare mai⁹, capite cooperto

faciat ad illud reuerentiam: si ante locum sacramenti, genuflectat. Si ante altare, vbi celebratur Missa in qua eleuatur sacramentum, similiter genuflectat, et detecto capite illud adoret. Cũ peruenirct ad altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegat: burctum ministro porrigens, et altari, seu imagini crucifixi desuper positę, profunde inclinet. Si autem in eo sit tabernaculũ Sanctissimi Sacramẽti, genuflectens dubitã faciat reuerẽtiam. Tunc ascendat ad medium altaris, ibi ad cornu Euangelij sistat Calicẽ: extrahat corporale de bursa, quod extendit ĩ medio altaris, et super illud calicẽ velo coopertũ collocet. Si in altari paramenta accepit, hoc idem faciat antequã descendat ab altari Missam inchoaturus. Si est cõsecraturus plures hostias pro Communione facienda, quę ob quantitatem super patena manere non possint: locet eas super Corporale ante Calicẽ, aut in aliquo Calice vel vase mundo cõsecrato eas ponat retro post Calicem, et alia patena cooperiat. Collocato Calice in altari, accedat ad cornu epistolę. Missale super cussino aperiat, reperiat Missam, et signacula suis locis accõmodat. Deinde rediens ad medũ altaris, facta primũ Cruci reuerẽtia, descẽdat ad gradũ infimũ altaris pro Missa inchoãda. In Missa solẽni calix, missale, et alia necessaria pparẽtur, antequã sacerdos veniat ad altare. Ipse aũt procedat cũ ministris: et cum peruenerint ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, et Subdiaconũ a sinistris, antequam ascendat ad altare, faciat cũ ipsis (vt infra) Confessionem. In Missa pontificali omnia seruentur vt in Pontificali et Ceremoniali Romano ordinatur, cuius Pontificalis ordinem Episcopus nunquam pretermittat, quãcunque cum Diacono et Subdiacono paratis celebrat.

¶ De principio Missę, et Confessione facienda. Cap. 28.

SAcerdos quamprimum descenderit ad infimum gradum altaris, conuertat se ad ipsum altare, vbi stans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel altari reuerentia, erectus incipiat Missam. Si autem celebraturus sit coram summo Pontifice, sistat se in infimo gradu altaris a cornu Euangelij ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectet: accepta benedictione erigat se, et stãs versus altare incipiat Missam. Si autẽ sit coraʒ Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo,

piscopo, vel Episcopo in eorũ residẽtijs, vel loco iurisdictionis, stans in infimo gradu a cornu Euangelij vt supra expectet, dato signo faciat profundam reuerentiam prælato, & versus ad altare incipiat Missam. Si autem solemniter celebrat coram summo Pontifice, aut alio ex prælatis prædictis, stãs a sinistris prælati, faciat cum eo Confessionem, & alia seruet vt in Cærimoniali Romano, & in Pontificali ordinatur. Stans igitur celebrãs in infimo gradu altaris, vt supra, producens manu dextera a fronte ad pectus signum crucis, dicat intelligibili voce. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amẽ. Et postquam id dixerit, non debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentum eleuet, sed continuate prosequi Missam suã vsque ad finem. Cum seipsum signat, sinistram ponat infra pectus, in alijs benedictionibus cum est ad altare & seipsum non benedicit, ponat eam super altari. Seipsum benedicens, vertat ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis iunctis & extensis, a fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum, signum crucis formet. Si vero alijs, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertat ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendat, omnibus illius digitis pariter iunctis & extẽsis: quod in omni benedictione obseruatur. Postquam dixerit. In nomine patris &c. vt supra, iungat manus ante pectus pronuncians clara voce Antiphonam. Introibo ad altare dei. Minister retro post eũ ad sinistrã genuflexus, & in Missa solenni ministri hinc inde stantes rñdeant. Ad deũ qui lętificat iuuentutem meam. Deinde Sacerdos eodem modo stans incipiat, & prosequatur cũ ministro vel ministris alternatim Psalmũ, Iudica me deus, vsque ad finẽ, cum Gloria patri. Quo finito repetat Antiphonã, Introibo, cũ ministris vt supra. Qui Psalmus nunquam prætermittitur, nisi in missis defunctorum, & in missis de tpe a Dñica Passionis inclusiue vsque ad sabbatum sanctum exclusiue, in quibus semel tantũ dicta Añia Introibo, cum ministris vt supra, sacerdos statim subiungat ℣. Adiutoriũ nostrum. &c. vt infra. Cum in fine Psalmi dicit Gloria patri &c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona Introibo dextra manu producens signum crucis a fronte ad pectus, dicat ℣. Adiutorium nostrum in noĩe domini. ℟. Qui fecit cęlum & terram.

Deinde

Deinde caput, seque profunde altari inclinans, dicat Confiteor deo vt in ordinario. Et prosequitur eodem modo stans capite inclinato, donec a ministro vel ministris dictum sit Misereatur. Cum incipitur a ministris Confiteor caput erigat. Cum dicit, mea culpa ter pectus dextra manu percutiat. Si est coram Pontifice, et Cardinali in loco sui Tituli, seu Cardinalatus, et coram Legato sedis Apostolice, Patriarcha, Archiepiscopo, et Episcopo in eorum Prouincia, Ciuitate, vel diecesi constitutis, vbi dicit, Vobis fratres dicat tibi pater similiter in fine, vbi dicit Vos fratres dicat Te pater, quod dicens summo Pontifici genuflectit, alijs Prelatis profunde inclinat. Cum ministri, et qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent Confiteor dicunt tibi pater et te pater Facta a circunstantibus Confessione, celebrans stans respondet. Misereatur vestri. etc. Deinde producens manu dextra a fronte ad pectus signum Crucis, dicat: Indulgentiam etc. Et stans capite inclinato prosequatur, Deus tu conuersus et que sequuntur in Ordinario, clara voce vsque ad orationem Aufer a nobis etc. quam dicat secreto. Et tunc si coram summo Pontifice, aut alijs Prelatis vt supra, celebret, facta summo Pontifici genuflexione, alijs Prelatis profunda reuerentia, accedat ad infimum grdum ante medium altaris, et ibi dicit, Aufer a nobis etc. vt supra.

¶ De introitu, Kyrie eleison, et Gloria in excelsis. Cap. 29.

Dicto, Aufer a nobis etc. Celebrans iunctis manibus accedat ad medium altaris, vbi stans capite inclinato, et iunctis manibus super altare positis, ita vt digiti parui duntaxat frontem seu medium anterioris partis tabule, seu mense altaris tangant residuo manuum inter altare et se retento pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito (quod semper obseruatur cum manus iuncte super altare ponuntur) secreto dicat Oramus te domine etc. Quo dicto osculetur altare in medio, manibus extensis hinc inde super altare positis: quod in omni deosculatione altaris seruatur: sed post consecrationem pollices ab indicibus non disiungantur. Osculato altari accedat ad cornu sinistrum altaris, idest, Epistole vbi stans versus altare, et producens a fronte ad pectus signum crucis, incipat intelligibili voce, Introitus Misse et prosequatur iunctis manibus. Cum repetit In=

tit Introitum non signat se vt prius, et eo repetito iunctis manibus ante pectus accedat ad medium altaris, vbi stans versus illud similiter manibus iunctis, dicat simili voce ter. Kyrie eleison ter, Christe eleison, et iterū ter, Kyrie eleison, alternatiȝ cū ministris. Si minister vel qui intersunt celebranti non respondeāt, ipse solus nonies dicat. Dicto vltimo Kyrie eleison, sacerdos ibidē vt prius stans et manus extendens, eleuansque, et iungens, voce prędicta incipiat, si dicendum sit, Gloria in excelsis, cū dicit, Deo caput Cruci inclinet, quo erecto stans iunctis manibus vt prius, prosequatur vsqȝ ad finē. Cuȝ dicit: Adoramus te. Gratias agimus tibi: Iesu Christe: Suscipe deprecationem nostram, et iterum Iesu Christe, caput Cruci inclinet. Cuȝ dicit in fine, Cum sancto spiritu seipsum a frōte ad pectus signet, interim perficiens, In gloria Dei patris. Amē. In Missa solēni sacerdos facta Confessione ascendat cū ministris ad altare, quo per cū osculato, ponat incēsum in thuribulo, ministrante Diacono nauiculā, et thuriferario thuribulum. Antequaȝ ponat incensum, illud benedicat, dicens. Ab illo benedicaris &c. Postea Diaconus reddita nauicula thuriferario, accipiat ab eo thuribulū, et det celebranti osculata prius eius manu, qui facta Cruci reuerentia, eaȝ ter incenset, deinde imagines et reliquias si adsint, postea candelabra semel singulis thuribulū dicens, primū a cornu epistolę candelabra, et illius postremā partē inferiorē, deinde superiorē, et procedens ante Crucem, facta ei reuerentia incenset alia candelabra in cornu Euangelij, et illius postremaȝ partem altaris inferiorē et superiorē, deinde totam anteriorem vsqȝ ad extremum altaris in cornu epistolę, facta Cruci reuerētia cuȝ ante eaȝ transit, et redito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incensetur, Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconi stantibus, prosequat Introitū et Kyrie eleison. Cuȝ vero intonat hymnuȝ, Gloria i excelsis, Diaconus et Subdiaconus, vnus post aliū, sīēt a tergo celebrantis, postea ascendant ad altare, et hinc inde cum celebrante hymnum submissa voce prosequantur vsque ad finem.

¶ De Oratione. Cap. 30.

Dicto hymno Gloria in excelsis, vel si non sit dicendus, eo omisso, celebrans osculetur altare in medio, manibus

hinc inde

hinc inde super illo vt supra extensis, tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis vertat se ad manum sinistram, hoc est, ad latus dextrũ versus populum, ⁊ extendens ac iungens manus ante pectus, vt prius, dicat voce prędicta, Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo iunctis vt prius manibus reuertatur per eandem viam ad librum, vbi extendens ⁊ iungens ante pectus manus, caputque Cruci inclinans, dicat Oremus. tũ extendat manus ante pectus, ita vt palma vnius manus respiciat alteram, ⁊ digitis simul iunctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiãq; non excedat, quod in omni extẽsione manuum ante pectus seruatur. Stans autem vt supra extensis manibus, dicat Orationem. Cum dicit, Per dñm nr̃m, iungat manus. Si aliter concluditur Oratio, Qui tecum, vel qui viuit cum dicit, in vnitate, iungat manus. cum nominatur nomen Jesus caput versus Crucem inclinat. Cum in Oratione nominatur nomen beatę Marię, vel Sanctorꝝ, de quib⁹ dicitur Missa, vel fit commemoratio, itẽ in Oratione pro Papa quando nominatur, caput inclinet. Si plures orationes sunt dicendę idem in eis in voce, extensione manuum, ⁊ capitis inclinatione, quod supra dictũ est, obseruatur. Si altare sit ad orientem versus populum, celebrans versa facie ad populum, nõ vertat humeros ad altare, cum dicturus est, Dñs vobiscum, Orate fratres, Jte Missa est, vel daturus benedictionẽ, sed osculato altari in medio, ibi expansis ⁊ iunctis manibus vt supra, salutet populum. ¶ Jn quatuor temporibus, vel alias qñ dicendę sunt plures Orationes cum prophetiis, dicto Kyrie eleison in medio Altaris, reuertatur ad cornu Epistolę, vbi stãs ante librũ extensis ⁊ iunctis ante pectus manibus, ⁊ caput Cruci inclinãs, dicat Oremus, Flectamus genua ⁊ illico manibus super altare extensis, vt se ipsũ ad altare sustineat, genuflectat: ⁊ sine mora surgens, eadem voce dicatur a ministro Leuate ⁊ manibus extensis dicat orationem vt supra, ⁊ in conclusione iungat. Dum autem legit Prophetiam manus teneat super librum, vel altare positas. Jn Missa solenni cum dr̃ Dominus vobiscum Orati Diaconus ⁊ Subdiaconus stent retro post celebrantẽ, Flectamus genua dicatur a diacono, Subdiacono vero, Leuate illum primum genuflectente, hoc primum surgente.

¶ De

¶ De Epistola, Graduali, et alijs vsque ad Offertorium. Cap. vi.

Dictis Orationibus celebrans positis super librum, vel super altare manibus, ita vt palmę librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens, legat Epistolam intelligibili voce. Si celebret solenniter, legat de Missa voce cum ministris, similiter Graduale et Euangelium. Lecta Epistola respondetur a ministris, Deo gratias, et similiter stans vt prius, prosequatur Graduale, Alleluia, et Tractum et Sequentiam, si dicenda sint. Quibus dictis celebrans si priuatim celebret, ipsemet seu minister portet librum Missalis ad alteram partem altaris in cornu Euangelij, et dum transit ante medium altaris caput cruci inclinet, et Missale sic locet, vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu altaris, et non ad parietem, siue ad partem eius contra se directam. Locato Missali in altari, celebrans redat ad medium altaris, et ibi stans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus leuatisque ad Deum oculis, secrete dicat, Munda cor meum et Dominus sit in corde meo et Iube domine vt in ordinario. Quibus dictis vadat ad librum Missalis, vbi stans versus illum iunctis manibus ante pectus, dicat intelligibili voce, Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Deinde pollice dextrę manus signo crucis signet, primo librum super principio Euangelij, quod est dicturus, postea seipsum in fronte, ore, et pectore, dicens, Sequentia vel Initium Sancti Euangelij etc. ℟. Gloria tibi Domine. Tum iunctis iterum vt prius manibus stans vt supra prosequatur Euangelium vsque ad finem. Quo finito ministri respondeant Laus tibi Christe, et celebrans eleuans parumper librum, osculetur Euangelium, pręterquam in Missis Defunctorum, in quibus non osculatur, et nisi celebret coram summo Pontifice, aut Cardinali, vel coram Patriarcha, Archiepiscopo vel Episcopo in eorum residentijs, quo casu defertur cuilibet prędictorum osculandus liber, et ipse celebrans tunc non osculatur. Dicto Euangelio stans in medio Altaris versus Crucem eleuans et iungens manus, caputque cruci inclinans incipiat (si dicendum sit) Credo, cum dicit in vnum Deum. caput cruci inclinet, quo erecto stans ibidem iunctis ante pectus manibus, vt prius, prosequatur vsque ad finem, Cum dicit, Jesum Christum, caput cruci inclinet. Cum dicit,

Et incar

Et incarnatus est, vsque ad Homo factus est inclusiue, genuflectit. Cum dicit Et vitam venturi seculi, Amen, producit sibi manu dextra signum crucis a fronte ad pect⁹. In Missa solēni Subdiaconus circa finem vltimę Orationis accipit ambabus manibus librum epistolarum deferens illum supra pectus, ⁊ facta Altari genuflexione in medio, vadit a parte epistolę cōtra altare, ⁊ legit epistolam, qua lecta redit ad celebrantē, osculatur eius manum, ⁊ ab eo benedicitur, preterquam in Missis Defunctorum. Deinde idem subdiaconus accipit Missale celebrantis, defert ad cornu Euangelij in Altare, ibi ministrans celebranti, qui lecto Euangelio, ⁊ per Diaconum delato libro euangeliorum ad altare, imponit incensum in thuribulū. Deinde Diaconus dicit, Munda cor meum; genuflexus ante altare accepto libro euāgeliorū de altari, ⁊ benedictione a celebrāte, osculataque illius manu vadit cū subdiacono a sinistris ad locum euangelij contra altare versus populum, vbi Subdiacono librum tenente, medio inter duos Acolithos tenentes candelabra accensa, dicit Dominus vobiscum, iunctis manibus. Cum dicit, Sequentia ⁊c. signat frontem, os, pectus, ⁊ librum. Postea ter librum incensat, hoc est in medio a dextris, ⁊ a sinistris, ⁊ prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans stat iunctis manibus a cornu epistolę versus Euangelium. Quo finito osculatur sacerdos librum a Subdiacono sibi delatum, ⁊ a diacono ter incensatur. Postea stās in medio altaris versus crucem, incipit (si dicendum sit) Symbolum; stantibus post eum Diacono ⁊ Subdiacono, deinde ad altare accedentibus, ⁊ cum eo prosequentibus, vt dictū est ad Gloria in excelsis. Si quandoque celebrās cantat Missā sine Diacono ⁊ Subdiacono, Epistolam cantat aliquis lector superpelliceo indutus, qui in fine nō osculatur manū celebrantis. Euangeliū aūt cantat ipse celebrās ad cornu Euangelii, qui ⁊ in fine Missę cātat. Ite missa est vel Bñdicamus dño Pro tp̄is diuersitate.

De Offertorio, ⁊ alijs vsque ad Canonem. Cap. 32.

Dicto Simbolo, vel si non sit dicendum, dicto Euangelio celebrans osculatur Altare in medio, ⁊ iunctis manibus ante pectus, ibidem a manu sinistra ad dextram vertit se ad populum, ⁊ extendens ac iungens manus dicit, Dñs vobiscum,

⁊ iun-

⁊ iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium Al-
taris, vbi extendens ⁊ iungens manus, caputqȝ cruci inclinãs,
dicit Oremus tum iunctis vt prius manibus dicit Offertoriũ,
⁊ omnia que vsque ad finem missę in medio altaris dicẽda sunt,
dicit ibidẽ stans versus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur. Di-
cto Offertorio siqui sint volentes offerre, celebrans accedit ad
cornu Epistolę: vbi stans detecto capite latere suo sinistro alta-
ri verso, deponit manipulum de brachio sinistro, ⁊ accipiens il-
lud in manum dextram porrigit summitatem eius singulis offe-
rentibus osculandam, dicens singulis. Acceptabile sit sacrifi-
cium tuum omnipotenti Deo vel sic Centuplum accipias ⁊ vi-
tam eternam possideas. Accepta omnium oblatione, cele-
brans reponit manipulum in brachium sinistrum: ⁊ reuertitur
ad medium altaris: ⁊ si vult prędicare, aut populum suũ de ma-
lis operibus ⁊ negligentijs, aut de obligatione quam habet er-
ga ecclesiam vel pauperes arguere, conuersus ad populum fa-
ciat. Postmodũ facit generalẽ confessionem populo omnibus
genuflexis in hęc verba. Signate vos signo sanctę crucis cum
contritione peccatorum vestrorum, ⁊ dicatis sicut ego dixero.

Confiteor Deo omnipotenti, ⁊ Sãctę Marię semper virgi-
ni: sancto Michaeli Archangelo, sancto Joanni Bapti-
stę, sancto Joanni Apostolo ⁊ Euangelistę, Sanctis Apostolis
Petro ⁊ Paulo, ⁊ omnibus Sãctis dei, ⁊ tibi pater, me graui-
ter peccasse loquendo, male operando, mentiẽdo, periurando,
cogitando, delectatione peccati, videndo, audiendo, odorando,
gustando, ⁊ tangendo: multa mala feci, q̃ facere non debuissem:
⁊ multa bona omisi, q̃ facere debuissem, propter negligentiam
meã: multos etiã meis malis exemplis scãdalizaui: ⁊ occasionẽ
peccandi tribui: ⁊ ad peccandum induxi. De istis oĩbus ⁊ quali-
buscunqȝ pctis ⁊ transgressionibus meis q̃ feci, cõmisi, vel omisi
a die ⁊ hora quibus baptizatus fui vsqȝ ad hanc p̃sentẽ horam
doleo ⁊ pęnitet me fecisse mala q̃ feci, vel omisisse bona q̃ facere
potuissem: ⁊ dico meã culpam, ⁊ meam grauissimam culpam: ⁊
precor oĩpotẽtẽ Deũ, q̃ per suã copiosissimã misericordiã indul-
geat mihi oĩa peccata mea: ⁊ tu pater digneris me ab ipsis au-
thoritate dei ⁊ ecclesię qua fungeris, absoluere: ⁊ salutarem pę-
nitentiam iniungere: ⁊ rogare Deum pro me misero peccatore.

Que-

¶ Questa e una breue confessione volgare cauata da questa latina.

Fatevi il segno della santa Croce con dolore e pentimento de' vostri peccati: e dite come diro io: mi confesso all'onnipotente Dio, e alla gloriosa sempre Vergine Maria, e a san Michele Archangelo, a san Giouã Battista, a san Giouanni Apostolo e Euangelista, a' santi Apostoli Pietro, e Paolo, e a tutti i Santi, e Sante di Dio, e a voi Padre spirituale dell'anima mia, ch'io ho peccato grauamente, e spesse volte in mal dire, in mal operare, in mal pẽsare: ho fatto di molti mali ch'io nõ doueua fare, e dati di molti mali essempi, e scãdalizato il pssimo mio: di tutti questi e molti altri peccati, dalli quali mi saria potuto guardare e non mi son guardato, ne son dolente e pentito: e ne dico a Dio mia colpa e mia graue colpa: e prego Dio, che per sua infinita pieta e misericordia mi perdoni: e voi Padre per l'auttorita, che vi e cõcessa, mi absoluiate e preghiate la diuina bonta, che habbia misericordia di me misero pcõre. Tunc sacerdos eleuata manu dextra super populũ dicat. Parcat vobis omnipotens Deus. Quilibet vestrum in remissionem peccatorum suorũ dicat vn Pater noster, e vna Aue Maria: pro vnione, pace, e concordia sanctę mr̃is Ecclesię, e pro salute totius populi Christiani quilibet dicat vn Pater noster, e vna Aue Maria. Et pro omnibus fidelibus defunctis, quorum aię sunt in purgatorio, vn Pater noster, e vna Aue Maria. Misereatur vestri oṗs Deus: e dimissis omnibus peccatis vestris, pducat vos in vitã ęternã. Amẽ. Indulgentiã, absolutionem, e remissionem oĩum pcõrum vestrorũ, emendationem vitę e obseruantiam suoꝝ pceptorum, vitam sanctam e exitum beatũ tribuat vobis oṗs e misericors Deus. Amen. Et benedictio Dei omnipotentis pa ✠ tris, e fi ✠ lij, e spirit⁹ ✠ sancti descendat super vos: e maneat semper. Amen. ¶ La indulgentia e pdonãza, che voi hauete acquistata p venire alla Chiesa, e deuotamẽte vdire la Messa e il diuino vfficio, e ogni altra buona opatione, cosi come io ve l'annuncio in terra, Dio ve le rapresenti in cielo ne' beni di vita eterna. Pax e benedictio Dei omnipotentis, pa ✠ tris, e fi ✠ lij, e spiritus ✠ sancti descendat sup vos, e maneat semper. Amen. Et cõuersus ad altare faciat oblationẽ. Et si non sint qui offerant, vel si nõ sit facienda dicta confessio, dicto offert,

dicto offert. discooperiat calicē, & ad cornu Eplę sistat, & amota parua palla desuper hostiam, accipiat patenā cū hostia, & ambabus manibus vsque ad pectus eam eleuatam tenens, oculis eleuatis ad Deū dicat. Suscipe sancte pater &c. Si fuerint alię hostię non super patenā, sed super corporale, vel in alio vase pro Communione populi consecrandę, calicem illū seu vas dextra discooperiat, & intētionem suam etiam ad illas offerendas & cōsecrandas dirigens, dicat vt supra. Suscipe &c. vt in ordinario. Quo dicto, faciens signum crucis cum dicta patena ponit hostiam super corporale circa medium anterioris partis corporalis ante se, & patenam ad manum dextram aliquantulum subtus corporale. Si autē adsit vas seu calix cū alijs hostijs cooperiat patena ipsa. Deinde accipiat calicē, purificatorio extergat, & accipiens ampullā vini de manu ministri, ponat vinū in calicem, Deinde producat signum crucis super ampullam aquę, & dicat, Deus qui humanę substantię; imponens parum aquę in calice prosequatur, Da nobis per huius aquę, & vini mysteriū. Si vero celebrat pro defunctis, nō faciat signum crucis sup aquā sed imponat absque benedictione, dicens Orationem vt supra. Imposita aqua in calice, & finita Oratione pdicta, accipiat calicem discoopertum, & stans ante mediū altaris ipsum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum sinistra pedem, cum dextra autem modum infra cuppam, intentis ad Deum oculis offerat, dicēs. Offerimus tibi domine &c. qua oratione dicta faciat signū crucis cum calice super corporale, & ipsum in medio post hostiam collocet, & palla cooperiat. Deinde iūctis manib' sup altare positis, capite inclinato dicit secreto. In spiritu humilitatis &c. Postea eleuans oculos, manusq; expandēs & statim iungens ante pectus (quod semper faciat quādo aliquid est benedicturus) dicat. Veni sanctificator &c. cum dicit, & benedic, signet manu dextra Communiter super hostiam & calicem. Tūc iunctis ante pectus manibus accedat ad cornu Epistolę, vbi stās ministro aquam fundente lauet manus, idest, extremitates digitorum pollicis & indicis, dicens Psalmum Lauabo inter innocentes cum Gloria patri &c. qui versus, Gloria pa. prętermittitur in missis defunctorum, & in missis a Dominica de Passione vsque ad sabbatū sanctū exclusiue. In Missa solenni dicto

L

ni dicto Oremus. Diaconus & Subdiaconus accedant ad Altare a cornu epistole, Diacon⁹ amoueat calicē, detegat, det patenam cum hostia celebranti, Subdiaconus extergat calicē pu rificatorio, Diaconus imponat vinum, Subdiaconus interim ampullam aque ostendens celebranti dicat Benedicite pater reuerende, qui facto versus eam signo crucis dicat orationē, Deus qui humane &c. interim Subdiaconus infundat paulum aque in calicem, Diaconus illum celebranti det & pedem calicis tangens, seu brachium dextrum celebrantis sustentans, cum eo dicat Offerimus tibi domine &c. postea positū in altari vt supra palla cooperiat. Subdiacono deinde ponat in dextra manu patenā, quam cooperiat, extremitate veli ab eius humero pēdētis qui vadit post celebrantem ante medium Altaris, & ibi stet in loco conuenienti Dicto Veni sanctificator vt supra, celebrans ponat incensum in thuribulum, ministrante Diacono nauiculam, dicens Per intercessionē &c. vt in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manu Diaconi incenset oblata, ter ducens thuribulum super calicem & hostiam in moduꝫ crucis, & ter circum calicem & hostiam scilicet bis a dextra ad sinistram, & semel a sinistra ad dextram, dispensans verba in qualibet incensatione hoc modo. In prima incensatione, Incensuꝫ istud. In secunda a te benedictum. In tertia, ascendat ad te domine. In quarta, & descendat super nos. In quinta & sexta misericordia tua. Deinde incenset Altare dicens Dirigatur domine oratio mea &c. vt in ordinario. Et incēsatur ipse, vt supra. Postea Diaconus incenset Chorum, & postremo Subdiaconū tenentem patenā, & ipse Diaconus incensatur a thuriferario, & thuriferarius postea incenset populum. Celebrans lotis manibus eas tergat, & illis ante pectus iunctis reuertatur ad medium altaris, vbi stans oculosque ad Deum eleuans & statim demittens manibus iūctis super Altare, capiteque inclinato dicat secreto, Suscipe sancta Trinitas &c. Quo dicto manibus hinc inde extensis, & super altare positis, osculetur altare in medio: tuꝫ iunctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram, a sinistra manu ad dextram vertat se ad populum, & versus eum extendens & iungens manus, dicat voce aliquantulum eleuata, Orate fratres, & secreto ꝓsequēs, vt meū ac vestrū sacrificiū &c.

perficiat

perficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextra ad medium altaris. Et responso a ministris vel circumstantibus, Suscipiat dñs sacrificiũ de manibus tuis &c. alioquin per se ipsum, dicens Sacrificium de manibus meis ipse celebrans manibus ante pectus extensis vt fit ad Orationem stans in medio altaris versus librum dicat absolute sine alia interpositione Orationem vel Orationes secretas: cum dicit Per dñm. iungat manus: cũ dicit Jesum Chrm, caput iclinet, quod faciat in prima oratione, & in vltima, si plures sint dicende. Peruento aũt in cõclusione vltime secrete ad verba illa, Per omnia secula seculorum, exclusiue: celebrans stans in medio altaris depositis super eo manibus hinc inde extensis, dicat conuenienti & intelligibili voce Prefationẽ. Cũ dicit Sursum corda eleuet manus hinc inde extensas vsque ad pectus. Cum dicit Gratias agamus dño, iungat manus: cum dicit. Deo nostro Cruci caput iclinet. ℟. Dignũ & iustum est eleuatis & extẽsis vt prius manibus, prosequatur Prefationẽ propriam, vel communem, vt tẽpus requirit. Cũ dicit. Sanctus iunctis ante pectus manibus, & inclinatus voce mediocri prosequit. Cum dicit Benedictus qui venit in nomine Dñi &c. signũ Crucis sibi producat a fronte ad pectus. In Missa solẽni cum dicit. Prefatio Diaconus & Subdiaconus stans retro post celebrãtẽ, & paulo antequam dicatur Sanctus, accedãt ad altare, vbi cũ celebrante hinc inde dicãt Sanctus & q̃ sequunt vsque ad Canonem. Deinde Diaconus accedat ad sinistram celebrantis, ei assistens dũ dicit Canon, nisi alius sacerdos assistet: Subdiaconus vero tũc stet post celebrãtẽ.

¶ De Canone Misse, vsque ad Consecrationem. Cap. 33.

Finita prefatione vt supra celebrans manibus iunctis super altare positis, ante medium altaris versus ad illud eleuatis oculis ad Deum, & sine mora demissis, & profunde inclinatus incipiat Canonem, secreto dicẽs Te igitur. &c. vt in ordinario. Cum dicit vti accepta habeas & benedicas prius osculetur ante se altare: erigat se, & stet iunctis manibus ante pectus. Cum dicit Hec dona, hec munera, hec sancta sacrificia, dextera manu ter signet communiter super hostiam & calicem, Deinde extensis manibus ante pectus prosequatur. In Primis, que tibi offerimus. &c. Vbi dicit vna cum famulo tuo Papa nostro N.

stro N. exprimat nomen Pape, sede autem vacante verba predicta omittātur: vbi dicitur, ⁊ Antistite nostro N. specificetur nomē Patriarche, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarij ī propria Diecesi, qui si est vita functus, predicta verba omittantur. Si celebrans est Eps, Archiepiscopus, vel Patriarca omissis predictis verbis, eorū loco dicat. Et me indigno seruo tuo. Si vero celebrans est Papa, omissis verbis, vna cum famulo tuo Papa nostro N. ⁊ Antistite nostro N. dicat, vna cum me indigno famulo tuo quem gregi tuo preesse voluisti. Et continuant omnes vt sequitur. Et omnibus ortodoxis. ⁊c. Cū dicit. Memento domine. eleuans ⁊ iungens manus vsque ad faciē vel pectus, sic iunctis manibus stet paulisper in quiete, demisso aliquantulum capite, faciens commemorationem viuorū Christi fidelium ad suam voluntatē, quorum nomina si vult secrete cōmemoret, non tamen necesse est ea exprimere, sed mente tantū eorum memoriam habeat. Potest etiam celebrans si pro pluribus orare intendit, ne circunstantibus sit morosus, ante Missā in animo proponere sibi omnes illos tā viuos, quā defunctos, pro quibus in ipsa Missa orare intendit: ⁊ hoc loco generaliter vnico contextu ipsorum viuorum commemorationē agere, pro quibus ante Missā orare proposuit in Missa. Cōmemoratione viuorum facta, demissis ⁊ extensis vt prius manibus, continuet. Et omnium circunstantiū. ⁊c. Similiter stās prosequatur, Communicantes. Cum dicit Iesu Christi, caput cruci inclinet, in conclusione quando dicit Per eundē iungat manus, cum dicit Hanc igitur oblationē extēdit manus super oblata, ita vt palme sint aperte versus ac supra calicem ⁊ hostiam, quas sic teneat vsq; ad illa verba. Per Christum dominum nostrum tunc enim iūgat manus ⁊ sic prosequatur. Q[illegible] ōlationem tu Deus in omnibus quesumus. ⁊ cū dicit, benedictā, adscriptam, ratam communiter signet ter super hostiam ⁊ calicem simul. Deinde cum dicit, vt nobis corpus separatim signet semel super hostiam tantū, ⁊ cum dicit, ⁊ sanguis, semel super calicem tantum, deinde eleuans ⁊ iungens manus ante pectus, psequatur, fiat dilectissimi Filij tui Domini nostri Iesu Christi: inclinās caput cruci si opus fuerit extergit pollices, ⁊ indices super corporali ⁊ dicit secrete vt prius. Qui pridie quā pateretur,

pateretur, et accipiens pollice et indice sinistrę manus hostiam, et eam cum illis, ac indice et pollice sinistrę manus tenens stans erectus ante medium altaris, dicat Accepit panem in sanctas, ac venerabiles manus suas: elevansque ad cęlum oculos, et statim demittens dicat, et elevatis oculis in cęlum ad te Deum patrem suum omnipotentem. caputque aliquantulum inclinans dicat tibi gratias agens, et tenens hostiam inter pollicem, et indicem sinistrę manus dextra producat signum crucis super eam dicens benedixit, fregit, deditque Discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. Si adsit vas cum alijs hostijs consecrandis, discooperat manu dextra calicem, seu vas aliarū hostiarum, et cubitis super Altare positis, stans capite inclinato, distincte, reverenter, et secrete proferat verba consecrationis sup hostiā, et simul super oēs, si plures sint consecrandę, et hostiā suam pollicibus et indicibus tantum tenens, attente, devote, et continuate proferat verba consecrationis, Hoc est enim corpus meum: Quibus prolatis celebrans tenens hostiam inter pollices et indices prędictos super altare, reliquis manuum digitis extensis et simul iunctis (et hostijs si plures sint consecratę, in loco in quo a pricipio Missę sunt positę sup corporali vel alio vase vel calice dimissis) genuflexus eam adoret. Tunc se erigens, quantum commode potest elevet in altum hostiam, et intentis in eam oculis (quod et in elevatione calicis faciat) populo reverenter ostendat adorandam, et mox ipsam reverenter super corporale reponat in eodem loco vnde eam levavit, et deinceps pollices et indices non disiungat, nisi quando hostiam consecratam tangere vel tractare debet, vsque ad ablutionem digitorum post communionem. Reposita hostia cōsecrata super corporali genuflexus vsque ad terram hostiam ipsam veneretur: si adsit vas aliarum hostiarum patena cooperat. Interim dum celebrans elevat hostiam, minister manu sinistra elevet fimbrias posteriores planetę, ne ipsum celebrantem impediat in elevatione brachiorum, quod et faciat in elevatione calicis. Celebrans adorato sacramento surgat, et discooperat calicem in quem, si opus sit extergat digitos, quod semper faciat cum aliquod fragmentum digitis adhęreat, et stans erectus dicat Simili modo postquam cenatum est et ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodum

infra cuppam, aliquantulumque eleuans, et statim deponens osculat accipiens et hunc preclarum calicem etc. cum dicit benedixit sinistra calicem infra cuppam tenens, dextra signet super eum, et prosequens deditque discipulis suis etc. ambabus manibus tenens calicem, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super altare positis, et capite inclinato, proferat secreto, et deuote vt supra verba consecrationis sanguinis. Hic est enim calix etc. Quibus dictis reponat calicem super corporale et genuflexus sanguinem reuerenter adoret. Tunc se erigat, et accipiens calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eum, et erectum, quantum commode potest ostendat populo adorandum, dicens Hec quotiescunque feceritis etc. mox ipsum reuerenter reponat super corporale in locum pristinum, et manu dextra palla cooperiat, ac genuflexus sacramentum veneretur. In Missa solenni cum celebrans dicit. Quam oblationem etc. Diaconus accedat ad dexteram celebrantis, et ibi superiori gradu altaris genuflexus, cum sacramentum eleuatur fimbrias planete eleuet, et quando opus est se erigens, calicem cooperiat, et discooperiat, et cum celebrante genuflectat, Reposito calice Diaconus redeat ad librum, nisi alius assistat.

¶ De Canone post Consecrationem vsque ad Orationem Dominicam. C. 34.

Reposito calice, et adorato, celebrans stans ante altare, extensis manibus ante pectus dicat secreto, Vnde et memores etc. iungat manus ante pectus et cum dicit Hostiam puram etc. manu dextra signet communiter super hostiam et calicem et semel super hostiam tantum, et semel super calicem tantum dicens panem sanctum vite eterne, et calicem salutis perpetue. deinde stans vt prius, extensis manibus prosequatur, supra que propitio etc. Cum dicit Supplices te rogamus etc. inclinet se ante medium altaris, manibus iunctis super illo positis, cum dicit ex hac altaris participatione osculatur altare, cum dicit sacro sanctum filii tui iungat manus et dextra signat semel super hostiam tantum, et semel super calicem dicens Corpus et sanguinem sumpserimus. et cum dicit omni benedictione celesti, seipsum signet a fronte ad pectus signo Crucis cum dicit. Per eundem, Iungat manus. Cum dicit Memento Domine famulorum famularumque tuarum, qui nos precesserunt, etc. statim ex-

tim extenſis ⁊ iunctis manibus ante pectus, vel vſque ad facieꝫ
eleuatis, ⁊ intentis oculis ad ſacramentum ſuper altare, faciat
commemorationem fidelium Defunctoꝝ, de quibus ſibi vide=
tur eodem modo, vt dictum eſt de commemoratione viuoꝛum.
Qua commemoratione facta ſtans vt pꝛius extenſis manibus
pꝛoſequatur Ipſis domine, ⁊ omnibus in Chꝛiſto ⁊c. ⁊ in fine
ad Per eundem, caput inclinet. Cum dicit Nobis quoqꝫ pec=
catoꝛibus vocem aliquantulum eleuet, ⁊ dextra manu pectus
ſibi percutiat, ⁊ pꝛoſequatur, famulis tuis ⁊c. ſtans vt pꝛius: cuꝫ
dicit Per Chꝛiſtū Dominum noſtrum, per quem hec omnia
Domine ſemper bona creas iungat manus ante pectus, dein=
de manu dextra ter ſignans communiter ſuper hoſtiam ⁊ cali=
cem dicat Sanctificas, viuificas, benedicis, ⁊ pꝛeſtas nobis.
Poſtea diſcooperiat manu dextra calicē, ⁊ genuflexus reuerē=
tiā faciat ſacramento, tum ſe erigat ⁊ reuerēter accipiat hoſtiā
inter pollicem ⁊ indicem dextrę manus, ⁊ cum ea ſuper caliceꝫ,
quem manu ſiniſtra tenet circa nodum infra cuppam, ſignet
ter a labio ad labium, dicens Per ipſum, ⁊ cum ipſo ⁊ in ipſo.
Et cum hoſtia bis inter ſe ⁊ calicem a labio calicis incipiens
ſignat dicens Tibi Deo patri omnipotenti, in vnitate Spi=
ritus ſancti omnis honoꝛ ⁊ gloꝛia. Deinde tenens manu de=
xtra hoſtiam ſuper calicem, ſiniſtra calicem, eleuet eam aliqua=
tulum ſimul cum calice dicens Omnis honoꝛ ⁊ gloꝛia, ⁊ ſta=
tim vtrunque deponens hoſtiam collocet ſuper coꝛpoꝛali, ⁊
digitos ſi fragmentum aliquod illis adhęreat, extergat in cali=
ce (quod ſemper ſi opus ſit faciat cum hoſtiam ſacram tetigit,)
ac pollices ⁊ indices vt pꝛius iungens, calicem palla cooperiat,
⁊ genuflexus vſque ad terram ſacramentū veneretur. In Miſſa
ſolenni cum celebꝛans dicit Per quem hec omnia ⁊c. Diaco=
nus facta ſacramento genuflexione accedat ad dextram cele=
bꝛantis, ⁊ quādo opus eſt diſcooperiat calicem; ⁊ cum celebꝛan
te adoꝛet: ſimiliter cooperiat: ⁊ iterū genuflectat. Poſtea vadat
retro poſt celebꝛantem, vbi ſtet dum dicitur oꝛatio. Dominica.

De Oꝛone Dñica, ⁊ alijs vſque ad ſanctā Cōionē. Cap. 35.

Celebꝛans cooperto adoꝛatoqꝫ calice erigat ſe, ⁊ moꝛe ſolito
manibus extēſis hinc inde ſup altare poſitis, dicat intelligi=
bili voce Per oīa ſcl̄a ſcloꝝ. ⁊c. Cū dicit Oꝛem⁹ iūgat man⁹ ca

pus sacramento inclinens. Cum incipit, Pater noster extendat manus & stās oculis ad sacramentum intentis prosequatur vsque ad finem. Responso a ministro, Sed libera nos a malo, celebrante, Amen manu dextra, pollice & indice non disiūctis, patenam accipiat inter indicem & medium digitos, quam tenēs super altare erectam dicat secrete; Libera nos quęsumus &c. In Missa solenni cū in oratione Dominica dicitur, & dimitte nobis debita nostra Diaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione vadat ad dextram celebrantis, & subdiaconus circa finē orationis Dominicę, reuertatur ad altare & offerat patenam Diacono, qui eam discooperat, & det celebrāti osculās eius manum discooperatque & cooperat calicem quando opus est simul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicat Da propitius pacem in diebus nostris, eleuat manu dextra patenam de altari, & seipsum cum ea signet a fronte ad pectus, & dicens Da propitius pacem in diebus nostris, patenam ipsam osculetur, & prosequens, vt ope misericordię tuę &c. submittat patenam hostię, quā indice sinistro accommodet super patenā, discooperat calicem, & genuflexus in terrā sacramentum adoret, tum se erigens accipiat hostiā inter pollicem & indicem dextrę manus, & cum illis, ac pollice & indice sinistrę manus eam super calicem tenens reuerenter frangat per medium dicens, Per eundem dominum nostrum Iesum Christū filiū tuum; mediam partem quam inter pollicem, & indicem dextrę manus tenet, ponat super patenam: de alia media quam sinistra manu tenet frangat cum pollice & indice dextrę manus particulam prosequens, Qui tecum viuit &c. quam inter ipsos dextrę manus pollicem & indicem retinens, partem maiorem quā sinistra tenet adiungat medię super patenam positę interim dicens, in vnitate Spiritus sancti Deus. Et particulam hostię quam in dextra manu retinuit, tenens super calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam retinet, & intelligibili voce dicat. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen & cum ipsa particula signanter a labio ad labium calicis dicat Pax Domini sit semper vobiscum. Responso per ministros Et cum spiritu tuo particulam quam dextra manu tenet, ponat in sanguinem dicens secrete, Hęc commistio & consecratio corporis &c. Deinde pol-

de pollices ⁊ indices super calicem aliquantulum tergat ⁊ iungat, calicem palla cooperat ⁊ genuflexus sacramentum adoret, surgat, ⁊ stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato versus sacramentũ, dicat intelligibili voce, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, ⁊ dextra percutiens sibi pectus dicat miserere nobis, qđ ⁊ tertio faciat, cũ dicit dona nobis pacem. Tũc manibus iunctis super altare positis, capite inclinato oculisque ad sacramentũ intentis dicat secreto Domine Jesu Christe ⁊c. Qua oratione finita, si est daturus pacẽ, osculetur altare in medio, ⁊ ei statim instrumentum pacis porrigatur a ministro iuxta ipsum ad dextram, hoc est in cornu Epistolę genuflexo ⁊ dicat. Pax tecum. Si non adsit qui pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiam si illius ratio missę cõueniat: nec osculetur altare, sed dicta premissa oratione statim subiungat alias orationes vt in Ordinario. Si vero celebret pro defunctis, nõ percutiat pectus ad Agnus Dei, qr dicit dona eis requiẽ, nec dicat primam orationem Domine Jesu Christe qui dixisti Apostolis tuis ⁊c. non det pacem, sed dicat alias sequentes Orationes. Domine Jesu Christe fili Dei vivi ⁊ Perceptio corporis tui. Quibus Orationibus dictis, genuflectens sacramentum adoret, ⁊ se erigens dicat secrete, Panem cęlestem accipiam. Quo dicto dextra manu accipiat de patena reuerenter ambas partes hostię ⁊ collocet inter pollicem ⁊ indicem sinistrę manus, quibus patenam inter eundem indicem ⁊ medium digitos supponat, ⁊ eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenam dextera tribus vicibus percutiat pectus suum, interim etiã tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata. Domine nõ sum dignus, ⁊ secrete prosequatur, vt intres ⁊c. Quibus tertio dictis ex sinistra accipiat ambas partes prędictas hostię inter pollicem ⁊ indicem dextrę manus, ⁊ cum illa supra patenam signet seipsum signo crucis, dicens. Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam ęternam. Amen. Deinde reuerenter easdem ambas partes sumat, quibus sumptis deponat patenam super corporale, ⁊ erigens se iunctis indicibus ⁊ pollicibus ambas quoque manus ante faciem iungat, ⁊ aliquantulum quiescat in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde depositis manibus dicat secreto, Quid retribuam

buam domino pro omnibus quę retribuit mihi. ꝛ discooperto calice accipiat patenã, ꝛ eam diligenter cuꝫ pollice ꝛ indice dextrę manus super calicem extergat, ꝛ ipsos digitos ne quid fragmentorũ in eis remaneat. Si vero adsint hostię consecratę super corporale positę pro alio tempore conseruandę, facta prius genuflexione reponat eas in vas ad hoc ordinatum, ꝛ diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum, quantuncunque minimum, remaneat super corporale, quod si fuerit, accurate reponat in calicem, post extersionem patenę iunctis pollicibus, ꝛ indicibꝰ iterum genuflectat sacramento, surgat, ꝛ calicem dextra manu infra nodum cuppę accipiat dicens Calicem salutaris, ꝛc. ꝛ signans se signo Crucis cum calice dicat Sanguis Domini nostri ꝛc. ꝛ manu sinistra supponens patenam calici, stans reuerenter sumat totum sanguinem cum particula in calice posita. Quibus sumptis dicat secreto Quod ore sumpsimus ꝛc. postea super altare porrigat calicem ministro, ad cornu Epistolę, quo vinum fundente, se purificet, deinde abluat pollices ꝛ indices super calicem, quos abstergit purificatorio interim dicens Corpus tuum domine quod sumpsi ꝛc. ablutionem sumat ꝛ extergat deinde os ꝛ calicem purificatorio, quo facto purificatorium extendat super calicem, ꝛ desuper patenam, ac super patena paruam pallam, ꝛ cooperit velo, plicat corporale ꝛ reponit in bursam, quam ponit super calicem, ꝛ collocat super altare vt prius.

¶ Si qui sunt communicandi in Missa, eos communicet antequam sumat purificationem, ꝛ antequam digitos abluat. Quibus communicatis dicat Quod ore sumpsimus domine ꝛc. ꝛ deinde se ꝛ eos qui communicarunt purificans dicat Corpus tuum domine quod sumpsi, ꝛ alia faciat vt sup. In Missa solẽni diaconus stans retro post celebrãtem, cum in oratione Dominica dicitur Et dimitte nobis debita nostra facta ibidem genuflexione altari vadat ad dextram celebrantis, ꝛ patenam purificatorio abstergens det celebrãti illius manum osculando, ꝛ quando opus est, discooperiat, ꝛ cooperiat, ꝛ cũ celebrãte adoret calicem. Cum dicitur Pax domini ꝛc. subdiaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione, vadat ad sinistram celebrantis, ꝛ simul dicant Agnus Dei Deinde facta ibidẽ sacramẽto genuflexione redeat post celebrantem. Diaconus vero a dextris

ro a dextris genuflexus expectat pacem, & cum celebrans osculatur altare, ipse se erigens simul osculetur altare, & a celebrante complexus accipiat pacem, respondens ei, Et cũ spiritu tuo. Postea iterum sacramento in altari adorato, vertat se ad subdiaconum retro post celebrantem, qui similiter a Diacono accepta pace, facta pri⁹ altari genuflexione, comitat⁹ ab acolytho vadat ad Chorum, & det similiter pacem primo cuiusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, & reuersus ad Altare det pacem, acolytho qui ipsum comitauerat, qui & alijs acolythis circa Altare det pacem, deinde vadat ad dextram celebrãtis, & quando opus est discooperiat calicem, accipiat ampullam vini, & infundat quando celebrans vult purificare.

¶ De Cõione, & Orationibus post cõionem dicendis. Cap. 38.

Celebrante purificato, dum calicẽ collocat in altari, liber Missalis deferatur per ministrũ ad cornu Epistolę, & collocetur vt in Introitu. In Missa solẽni Diaconus deferat librũ Missalis ad cornu Epistolę, postea vadat retro post celebrantẽ. Subdiaconus vero vadat ad cornu Euangelij, vbi calicem mũdet, aptet cum purificatorio, plicet corporalia, reponat in bursam, & illam ponat super calicem coopertum velo, quem collocet in altari vel super credentia vt prius, postea redeat ad locũ suum in retro post Diaconum. His expeditis celebrans stans legat Antiphonã quę dicitur, Communio, qua lecta iunctis manibus ante pectus vadat ad medium altaris, & eo osculato, vertat se ad populũ, & dicat Dominus vobiscum, redeat ad librũ & dicat orationẽs Post communionem eisdem modo numero, & ordine vt supra dictę sunt Collectę. Quibus dictis iungens manus ante pectus reuertatur ad medium altaris, & eo osculato vertat se ad populũ, & dicat vt supra, Dominus vobiscũ. Quo dicto stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicat, si dicendum est, Ite Missa est. Quo dicto per eandem viam reuertatur ad altare. Si vero non sit dicendum, dicto Dominus vobiscum reuertatur eodem modo per eandem viam ad medium altaris, vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus dicat Benedicamus domino. In Missis autẽ defunctorum eodem modo stãs dicat Requiescãt in pace. In Missa solenni hęc omnia eodem modo stans dicat diaconus, & cum di-

cit,

cit, Ite Missa est celebrans quoque stet versus populum. In Quadragesima autem a feria Quarta Cinerum, vsque ad feriaz Quartam maioris ꝛ Hebdomadę, in feriali officio postquā celebrans dixit orationes post cōmunionem cum suis solitis conclusionibus antequam dicat Dominus vobiscum stans in eodem loco ante librum dicat. Oremus., Humiliate capita vestra Deo, extensis manibus subiungat eadez voce orationem super populum ibidem positam: qua finita osculetur altare ꝛ vertens se ad populū dicat Dn̄s vobiscū ꝛ alia vt sup. In Missa solēni dictos per celebrātē Oremus, Diaconus vertēs se ad populuz iunctis manibus dicat vt supra, Humiliate ꝛc. quo dicto vertit se versus altare a tergo celebrātis, ꝛ celebrās dicat orationez.

¶ De Bn̄dictione i fine Missę, ꝛ Euāgelio Sci Ioānis c. 37.

Dicto Ite Missa est vel Benedicam⁹ Domino vt supra, Celebrans ante medium altaris stans iunctis manibus super altare, ꝛ capite inclinato, dicat secrete, Placeat tibi sancta Trinitas ꝛc. quo dicto, extensis manibus hinc inde super altare positis, ipsum in medio osculetur, tum erigens se adhuc stans versus illud, extendc, elenet, ꝛ iungat manus caputqꝫ Cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos oīpotēs deus ꝛ iunctis manibus, ac demissis ad terrā oculis, vertēs se ad populum extensa manu dextra, iunctisque digitis semel benedicat populo, dicēs, Pater, ꝛ Filius, ꝛ Sp̄us sanctus, circulū perficiēs reuertatur ad cornu Euangelij, vbi dicto Dn̄s vobiscuz ℟. Et cum spiritu tuo pollice dextro signans primū signo Crucis altare seu librū, deinde frontez, os, pectus, dicat, Initiū sci euangelij secundū Ioānem, vel Sequentia sci Euāgelij, est in rubricis generalibus, ꝛ ℟. Gloria tibi domine iunctis manibus legat Euangelium In principio vel aliud vt conuenit.

In principio erat verbum: ꝛ verbum erat apud Deum: ꝛ Deus erat verbū. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: ꝛ sine ipso factum est nihil, quod factuz est. In ipso vita erat: ꝛ vita erat lux hominum: ꝛ lux in tenebris lucet: ꝛ tenebrę eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo: cui nomen erat Ioānes. Hic venit in testimoniuz: vt testimoniū perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Nō erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat

lux ve=

lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Genuflexus dicit voce predicta. Et verbũ caro factum est. Surgit: et stans, vt prius perficit Euangelium eadem voce. Et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum gratie et veritatis. Si celebrans in Altari vertit faciem versus populum, non vertat se, sed stans vt erat, benedicat populum vt supra, in medio altaris: deinde accedat ad cornu Euãgelij, et dicat Euãgeliũ sãcti Joãnis. Si celebrauit coram summo Pontifice, Cardinalẽ, Legato Sedis Apostolice, Patriarca, Archiepiscopo, et Episcopo in prouincia, ciuitate, vel diecesi sua existente, celebrãs dicto Placeat tibi sancta Trinitas et c. dicat: Benedicat vos omnipotẽs deus, et conuertens se ad summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero, Legatum, vel Prelatum suum capite inclinato quasi licentiã benedicendi petens prosequatur, Pater, et Filius et Spiritus sanctus. benedicens astantes a parte vbi non adest Põtifex, Cardinalis, Legatus, aut Prelatus predicti. Si autem celebrauit corã Patriarca, Archiepiscopo, vel Episcopo extra eorum titulum, ecclesiam, prouinciam, ciuitatẽ vel diecesim constitutis, eis absque alio respectu vt ceteris qui intersunt more consueto benedicit. Si autem celebrauit pro defunctis, dicto Placeat tibi sancta Trinitas. vt supra, accedit ad cornu Euãgelij, et dicit euangelium sancti Joannis, pretermissa benedictione, que in Missis defunctorum, non datur. Finito euangelio ĩ fine Misse, si celebrauit corã summo Põtifice, Cardinale, Patriarca, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residẽtijs, Ecclia, vel loco Jurisdictionis eorum, conuertat se ad illum, coram quo ex predictis celebrauit, et faciat reuerentiam cõuenientem. Si non celebrauit coram aliquo predictorum, huiusmodi reuerentiam pretermittat. Quibus omnibus absolutis, extinguãtur per ministrum candele: interim sacerdos cooperto capite accipiat sinistra calicem, dextram ponens super bursam ne cadat, descendat

ad infe-

ad infimum gradum altaris, et ibi in medio vertens se ad illud caput inclinet: et facta reuerentia, precedente ministro, eo modo quo venerat redeat ad sacristiã, iterum dicens Antiphonã, Trium puerorum, et canticum, Benedicite. Si vero sit dimissurus huiusmodi vestes ante altare vbi celebrauit finito Euangelio predicto, ibidẽ deponat vestes, et dicat Antiphonã predictam. Trium puerorum cum cantico, et alijs orationibus vt suo loco ponuntur. In Missa solenni oĩa faciat vt supra, hoc excepto, quod ter populo benedicat, primo a cornu Epistole dicẽs Pater secũdo ante mediũ altaris dicens et Filius. tertio a cornu Euangelij dicẽs et Spiritus sanctus et dicto Euangelio secundũ Joannẽ, vel alio vt supra, celebrans discedat cum ministris ordine quo venerat.

¶ De his que omittuntur in Missa pro Defunctis Cap. 38.

In Missa pro defunctis ante confessionem nõ dicitur Psalmus, Judica me Deus. Sed pronũciata Antiphona, Introibo ad altare Dei, respõso a ministris, sed ad Deum qui letificat etc. dicitur ℣. Adiutorium nostrum et confessio cum reliquis vt supra. In Missa solenni post confessionem non incẽsetur altare. Cum celebrans ad altare incipit. Introitum, nõ signet se, sed manu dextera extẽsa faciat signum Crucis super librum, quasi aliquem benedicens, Non dicitur Gloria patri sed post Psalmum repetitur Requiem eternam nec Gloria in excelsis, nec Alleluia, nec Jube dõne benedicere, nec Dominus sit in corde meo, nec osculatur librum, in fine ĩ Missa solenni subdiaconus finita Epistola non osculetur manum celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionem, nec osculatur celebrantis manum, non tenentur luminaria ad Euangelium, sed duo tantum acolythi sine candelabris teneãt medium subdiaconum, tenentem librum euangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine celebrans, nec defertur liber euangeliorum osculandus. Item in Missa defunctorũ non dicitur Credo nõ benedicitur aqua in calicem fundenda, sed dicitur Deus qui humane substantie etc. In Missa solenni oblata et altare incensantur vt supra, incensatur solus celebrans, et non incensantur alij. Cum lauat manus, non dicitur Gloria patri in psalmo Lauabo inter innocentes. Subdiaconus non tenet patenam post celebrantem, sed tempore eleuationis sacramẽti incẽsat sacramentum.

mentum. Ad Agnus Dei non dicitur miserere nobis, cuius loco dicitur dona eis requiem nec tertio dona nobis pacem. cuius loco dicitur dona eis requiem sempiternam, non dicit prima oratio ante communionem, scilicet, Domine Jesu Christe qui dixisti Apostolis tuis. &c. nec datur pax. In fine nō dicitur Ite missa est, nec benedicamus domino. Sed Requiescant in pace. Et non datur benedictio sed dicto Placeat, dicitur ut supra, In principio erat verbū &c. Alia omnia ut in alijs Missis.

¶ Feria Missa si facienda est absolutio, celebrās retrahat se ad cornu epistole, exuatur casula, accipiat pluuiale nigrum: subdiaconus medius inter duos acolythos deferentes cādelabra accēsa, deferat crucem, precedētibus duobus alijs acolythis uno cum thuribulo & nauicula, alio cum aqua benedicta & aspersorio, sequatur celebrās & Diaconus a sinistris. Subdiaconus cū cruce sistat se in loco parato ad caput contra altare medius inter dictos acolythos deferentes luminaria: celebrans vero ex alia parte versus altare: a sinistris Diaconus, & alij duo acolythi deferentes vas aque benedicte, & thuribulum. Interim cantatur. ℟. Cum dicitur, Kyrie eleison, celebrans ponat incensū in thuribulū ministrāte Diacono nauiculā, dicto Pater noster, accipiat aspersorium de manu Diaconi, & facta altari reuerentia, comitante diacono a dextris & tenente fimbriam anteriorem pluuialis, aspergat circuens locum paratum, cum transit ante crucem profunde inclinet, diaconus vero genuflectat, & rediens ad pristinum locum, de manu eiusdem diaconi accipiat thuribulum, & eodem modo quo asperserat, incenset. Postremo Diacono tenente librum oret iunctis manibus dicens Et ne nos. & versus A porta inferi. cum alijs, & Orationē, Absolue quesumus domine &c. ut in Ordinario, & post eam dicens. Requiem eternam &c. faciat crucē manu dextra super locū paratum, & dicto per Cantores Requiescant in pace, precedente Cruce redeat cum alijs ad sacristiam.

¶ De his q̄ clara voce aut secreto dicenda sunt in Missa. c. 39.

In Missa priuata clara voce dicitur Antiphona ac Psalm. ad Introitum Confessio, & que sequuntur, excepta oratione, Aufer a nobis & Oramus te domine per merita sanctorum tuorum &c. Itē Introitus, Kyrie eleison, Gloria ī excelsis, Epi-

sis, Epistola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorium, Prefatio, Nobis quoqz peccatoribus solum hec tria verba. Item Per omnia secula ⁊c. cum Pater noster, Pax domini, Agnus dei, Domine non sum dignus, Communio, Post cõmunionez, Ite Missa est, vel benedicamus domino vel Requiescāt Euāgelium In principio Alia omnia dicuntur secrete. In Missa solenni clara voce a celebrante dicūtur qñ intonatur. Gloria in excelsis, ⁊ Credo. Dñs vobiscū, Oremus, Orõ, Dñs vobiscū, Oremus ante offertorium. Prefatio, Pater nr̄, Orõ post cõionem, Alia omnia celebrante dicuntur secreto in Missa solenni.

¶ De Hora celebrandi Missam. Cap. 40.

Missa priuata saltem post Matutinū quacunqz hora ab aurora vsque ad meridiem dici potest. Missa autem Conuentualis ⁊ solennis, sequenti ordine dici debet. In festis duplicibus, ⁊ semiduplicibus, in Dominicis, ⁊ infra octauas, dicta in choro Hora tertia. In festis simplicibus ⁊ ferijs per annum dicta Sexta. In Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus ⁊ vigilijs que ieiunantur, dicta Nona. Missa autem defunctorum dici debet post Matutinum ⁊ primam dici, ⁊ vbi dicuntur eorum vigilie, mane post Matutinum dici, dictis huiusmodi vigilijs cum Laudibus, immediate dici potest Missa pro defunctis. Excipiunt ab hoc ordine dicendi Missam Conuentualem, Misse in nocte Natiuitatis Domini, que suo loco dicuntur, vel vbi alias ex dispensatione Apostolica disponatur.

¶ De ordine sedēdi, stādi, ⁊ genuflectēdi in Missa solēni. C. 41.

In Missa solēni celebrans medius inter diaconū, ⁊ subdiaconum sedere potest a cornu Epistole, iuxta altare, cum cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis ⁊ Credo alio tēpore stat ad altare, genuflectit quando oportet vt supra. Item genuflectit quando legitur euangelium In principio, ad illa verba, ⁊ homo factus est. ⁊ euangelium Cum natus esset Jesus ad illa verba, ⁊ procidentes adorauerunt eum. Item Euangeliū ferie, iiij. post Dominicam quartam Quadragesime, ad illa verba in fine, ⁊ procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, celebrans ⁊ circunstantes versus altare genflectant: subdiaconus vero tenens librum, ⁊ acolythi candelabra non genuflectant. Item genuflectat celebrans

priuate

priuate, cum dicit, flectamus genua, non autem cum solenniter celebrat, sed diaconus, et subdiaconus, et circunstantes. Itez celebrans et ministri genuflectant, cum dicitur in Quadragesima, Adiuua nos Deus. Item cum dr in Missa Spirit⁹ sancti. Veni sancte Spus reple, etc. Item qn legitur Passio, ad illa verba, expirauit, et quandocunque fiut genuflexiones vt supra. Circunstantes autem in Missis priuatis semper genuflectant, preterquam ad Euangelium. In solennibus autem genuflectit ab ijs, qui non sunt prelati ad Confessionem cum suo psalmo, et ab omnibus quando eleuatur sacramentum, sed dum cantatur Introitus, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Credo, Offertorium, et facta Cõione, dum cantatur sedetur, i alijs statur. In Missis feriarum Aduẽtus, Quadragesime, Vigiliarum que ieiunantur, et quatuor Temporum, ac in Missis defunctorum circunstantes genuflectant ad Confessionem cuz suo psalmo, ad Orationes dicto per celebrantem Sanctus, vsque ad Pax domini. et ad post communionem, excepta vigilia Pasche, et Pentecostes, ac Natiuitatis Domini.

¶ De Coloribus, et qualitate Paramentorum. Cap. 42.

PAramenta Altaris: celebrantis, et ministrorum sint coloris conuenientis officio et Misse dici secundum vsum Romane Ecclesie, que quinque coloribus vti consueuit, albo, rubeo, viridi, violaceo, et nigro.

¶ Albo colore vtitur a vesperis vigilie Natiuitatis Domini vsque ad octauam Epiphanie inclusiue exceptis festis Martyrum, que infra eam veniunt. Feria quinta in cena Domini, et Sabbato sancto in officio Misse, et ab alio die vsqz ad Sabbatum Pentecostes exclusiue, in officio de tempore, preterquam in Missa Litaniarum, et Rogationum. In festis beate Marie, et per eius octauas, preterquam in benedictione candelarum, et processione, que fit in festo Purificationis eiusdem. Item in eius Missis votiuis. In Missa sãcte Trinitatis. In festo Corporis Christi. In festis Angelorũ. In Festo sancti Joannis Baptiste. In festo Omnium Sãctorum. In principali festo sancti Joannis Euangeliste, quod celebratur infra octauam Natiuitatis. In vtraque Cathedra sancti Petri. In Conuersione S. Pauli. In festo S. Petri ad Vincula. In festo Trãsfiguratio-

nis Domini. In festis Cōfessorū Pont. ⁊ nō Pont. ⁊ Doctorum. In festis sanctarum virginum ⁊ non virginū, dummodo non sint martyres. In Consecratione ⁊ Dedicatione ecclesię, ⁊ per octauas prędictorum festorum, quę octauas habeant, quando fit officium de octaua, ⁊ in Dominicis infra eas per annum occurrentibus.

¶ Rubeo colore vtatur a vigilia Pentecostes in Missa vsque ad sabbatum sequentem inclusiue. In festis sanctę Crucis. In festo sancti Joannis ante portam Latinam. In Natali Apostolorum Petri ⁊ Pauli, ⁊ in festis aliorum Apostolorum, exceptis festo principali sancti Joannis Euangelistę post Natiuitatem, ⁊ festo Conuersionis S. Pauli, ⁊ Cathedrę sancti Petri, ⁊ eius Vinculorum. In festis sanctorum ⁊ sanctarum martyrum, excepto festo sanctorum Innocentum, quādo nō venerit in Dominica: si autem in dominica venerit vtatur rubeo: similiter in eius die octaua, ⁊ per octauas prędictorum festorum, quę octauas habent, quando fit de octaua, ⁊ in Dominicis per annum infra eas octauas occurrentibus.

¶ Viridi colore vtatur ab octaua Epiphanię vsq; ad Septuagesimā, ⁊ ab octauā Pentecostes vsque ad Aduentum exclusiue, in officio de tempore, excepta dominica Trinitatis vt supra: ac exceptis dominicis infra octauas occurrentibus, in quibus color octauarum seruatur, exceptis etiam vigilijs, ⁊ quatuor Temporibus vt infra.

¶ Violaceo colore vtatur a prima dominica Aduētus vsque ad Missam vigilię Natiuitatis Dñi inclusiue, ⁊ a Septuagesima vsq; ad officiū ante Missam in vigilia Paschę inclusiue in officio de tempore, excepta Feria v. in Cena Dñi, in qua vtitur albo, ⁊ Feria vj. in Parasceue, i qua vtitur nigro, vt infra, ⁊ benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Pręfationē dicens solus vtitur albo, ea autē finita violaceo vt prius. Item in officio vigilię Pētecostes ante Missam facta benedictione fontiū inclusiue. In quatuor Tpibus. In vigilijs, quę ieiunantur, exceptis vigilia, ⁊ quatuor Tpibus Pētecostes. In Missa Litaniarum ⁊ Rogationum. In festo scōrum Innocentiū, qñ non venerit in die dñica, In benedictione candelarum in die Purificationis Beatę Marię, ⁊ in benedictione palmarum, ⁊ ipsa

Dominica in palmis ꝛ in eorundem, ac generaliter in omnibus processionibus, exceptis processionibus sancti Sacramenti, ꝛ que fiunt in solennibus diebus.

¶ Nigro colore vtitur Feria sexta in parasceue, ꝛ in Missis Defunctorum.

¶ In officio Misse celebrans semper vtitur planeta super Albam. Si autem sit Eps, ꝛ solenniter celebrat, super Dalmaticã ꝛ Tunicella. Pluuiale vtitur in processionibus, ꝛ benedictionibus, que fiunt in altari. Item in officio Laudum, ꝛ Vesperarũ, quando solenniter dicantur. Eodem vtitur assistens celebranti, in Missa Pontificali. Item quando celebrans post Missam Defunctorum facit in fine absolutionem. Cum celebrans vtitur pluuiali, semper deponit manipulum, ꝛ vbi pluuiale haberi non potest, in benedictionibus que fiunt in altari, celebrans stat sine planeta cum Alba ꝛ Stola. Dalmatica ꝛ Tunicella vtuntur Diaconus ꝛ Subdiaconus in Missa solenni, ꝛ processionibus, ꝛ benedictionibus quandocunque Sacerdoti ministrant. In diebus vero ieiuniorum, ꝛ in Dominicis Aduentus, Quadragesime (Dominica Gaudete, ꝛ Letare exceptis) in Cathedralibus ꝛ precipuis Ecclesijs vtuntur planctis plicatis ante pectus, quam planctam diaconus dimittit cum lecturus est Euangelium, ꝛ tunc super sinistrum humerum super stolam complicatur, aut ponitur aliud genus stole latioris in modum planete plicate, ꝛ facta communione resumit planctam vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus est Epistolam, quam legit in albis, ꝛ postea eam resumit vt prius. In minoribus autem Ecclesijs predictis diebus ieiuniorum alba tantum amicti ministrent, Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum stola ab humero dextro sub sinistrum pendente.

¶ Orationes dicende cum sacerdos induitur Sacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus, dicat.

Da Domine virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam, vt sine pollutione mentis ꝛ corporis valeam tibi seruire. Amen.

Ad Amictum, dum illud ponit super caput, dicat.

I Mpone domine capiti meo galeam salutis, ad expurgandos diabolicos incursus. Amen.

¶ Ad Albam, cum ea induitur, dicat.

D Ealba me Domine, et munda cor meum, vt in sanguine agni dealbatus, gaudijs perfruar sempiternis. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Ad Cingulum, dum se cingit, dicat.

P Recinge me domine cingulo puritatis, et extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentie, et castitatis. Amen.

¶ Ad manipulum, dum imponit ad brachium sinistrum, dicat.

M Erear Domine portare manipulum fletus, et doloris: vt cum exultatione recipiam mercedem laboris. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Ad stolam, dum imponit collo, dicat.

R Edde mihi Domine, obsecro, stolam immortalitatis, quam perdidi in preuaricatione primi parentis, et quamuis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum. Amen.

¶ Ad Casulam, cum eam assumit, dicat.

D Omine, qui dixisti, Jugum meum suaue est, et onus meum leue, fac vt istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

¶ Gratiarum actio post Missam. Cap. 44.

Antiphona.


Rium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes Dominum. Que Antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium puerorum.

B Enedicite omnia opera dñi domino: laudate et superexaltate eum in secula.

Benedicite

Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.
Benedicite aque omnes, que super celos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.
Benedicite sol et luna domino: benedicite stelle celi domino.
Benedicite imber et ros dño: benedicite ois spiritus dei dño.
Benedicite ignis et estus dño: benedicite frigus, et estas dño.
Benedicite rores et pruina dño: benedicite gelu et frigus dño.
Benedicite glacies et ni..es dño: benedicite noctes et dies dño.
Benedicite lux et tenebre dño: benedicite fulgura et nubes dño.
Benedicat terra dominum: laudet et superexaltet eu3 in secula.
Benedicite montes et colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra domino.
Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina dño.
Benedicite cete et omnia que mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.
Benedicite omnes bestie et pecora domino; benedicite filij hominum domino.
Benedicat Israel dñm: laudet et superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui dñi domino.
Benedicite spiritus et anime iustorum domino: benedicite sancti et humiles corde domino.
Benedicite Anania Azaria Misael domino: laudate et superexaltate eum in secula.
Benedicamus patrem et filium cu3 sancto spiritu: laudemus et superexaltemus eum in secula.
Benedictus es domine in firmamento celi: et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Psalmus.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara.
Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.
Laudate eum in cimbalis bene sonantibus: laudate eu3 in cimbalis iubilationis, omnis spiritus laudet dominum.
Gloria patri, et filio, et spiritui et c. Deinde repetitur Antipho.

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes dñm. Deinde sacerdos dicat. Kyrieeleison. Christeeleison. Kyrieeleison. Pater noster. ℣. Et ne nos induc. ℟. Sed libe. ℣. Confiteantur tibi dñe oia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Letabũtur in cubilibus suis. ℣. Non nobis dñe non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Dñe exaudi orat. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ, concede propitius, vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vitioꝝ.

Actiones nostras, q̃s dñe, aspirando preueni, et adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, et operatio a te semper incipiat, et per te cepta finiatur. Alia oratio.

Da nobis, q̃s dñe vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio martyri tuo, tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum. ℟. Amen.

¶ Potest ẽt dicere sacerdos, si vult, post Missam oẽs sequẽtes orationes pro sui deuotione, vel partem earum ad libitum.

Anima Chri sanctissima scifica me, corpus Christi sacratissimum salua me, Sanguis Christi preciosissime inebria me, Aqua lateris Christi purissima munda me, Sudor vultus Christi virtuosissime sana me, Passio Christi piissima conforta me, O bone Iesu custodi me, Infra vulnera tua absconde me, Non permittas me separari a te, Ab hoste maligno defende me, In hora mortis voca me, Iube me venire ad te: et pone me iuxta te: vt cum Angelis et Archangelis tuis laudem te, per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Post Missam potest dicere sacerdos sequentes orationes.

Oratio sancti Thomę ad Deum Patrem.

Gratias tibi ago, dñe sancte pater oṗs, ęterne deus, qui me peccatorẽ indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordię tuę, satiare dignatus es pretioso corpore et sanguine filij tui dñi nostri Iesu Christi. Et precor, vt hęc sancta cõio non sit mihi reatus ad pęnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, et scutum bonę voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiscentię et libidinis exterminatio, charitatis et patiẽtię, humilitatis,

& obedientię augmentatio: contra insidias inimicorum omniū tam visibilium, q̄ inuisibilium firma defensio. Motuum meorum tam carnalium, q̄ spiritualium perfecta quietatio: i te vno ac vero deo firma adhesio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem pducere digneris, vbi tu cum filio tuo & Spiritu sancto, sanctis tuis es lux vera, sanctitas plena, gaudium sempiternum, & iucunditas consumata, & felicitas perfecta. Per eundem.

¶ Oratio ad beatissimam virginem Mariam.

O Serenissima & inclyta mater domini nostri Jesu Chri, virgo Maria regina mundi: quę eundem creatorem omnium creaturarum tuo sanctissimo vtero fuisti digna portare: cuius idem sacratissimum corpus & sanguinem sumpsi: ad ipsum pro me misero peccatore intercede digneris: vt quicqnid in hoc ineffabili sacramento ignoranter, negligenter, irreuerenter, & accidentaliter omisi, tuis precibus sanctissimis mihi indulgere dignetur. Qui viuit & regnat &c. Alia oratio.

A Ue sanctissimū corpus dñi ... in hoc sacramento contentu: te pfiteor labijs: te toto corde diligo, & totis visceribus pcupisco: dignare (quęso) hodie infirmam animam meā, te salutarem victimam & fontem omnium gratiarum recipere cupiētē tam clemēter & gratiose inuisere, vt medelā in corpore & anima, tua ex pñtia gaudeam inuenisse. Ne respicias dñe ad iniquitates, & negligentias meas, sed ad miserationes tuas infinitas. Tu nanque es, per quem orbis terrę creatus est, & sanatus: per quem oēs herbę, & cunctę res virtuosę suas sortiuntur virtutes. Tu es agnus ille immaculatus, qui hodie pro totius mundi redemptione patri ęterno victimaris. O manna dulcissimum. O nectar suauissimum: confer ori meo tuę salutaris pñtię mellifluum gustum. Accende in me charitatem tuam: & extingue vitia: virtutes infunde: gratiam adauge: salutem mentis & corporis tribue. Inclina quęso cęlos tuos, & descende ad me: vt tibi coniūctus, & vnitus tecum pariter vnus efficiar Spiritus. O venerabile sacramentum, per te (quęso) omnes inimici mei repellantur: peccata dimittantur: & omnia mala per tuam pręsentiā excludantur. Bonum propositum tribue, mores corrige, & omnes actus meos in tua voluntate dispone. Intellectus per te Je-

su dulcissime hoc nouo lumine illustretur, affectus inflammetur, spes roboretur: et vita mea emendata semper proficiat in melius: et tandem conferatur exitus bonus. Amen.

¶ Alia Oratio deuota.

Veni dñe Jesu Christe amor meus, et beatitudo mea, iucunditas mea, desiderium meum, ac vnica spes anime mee: veni in cor meum: intra in animam meam: et munda eam a vitiorū sordibus, orna eam monilibus tuis: vt gratanter et delitiose in ea habites: et mihi misero securam et felicem in tuo amore quietem tribuas: qui dignaris quiescere super humilem et quietum et trementem sermones tuos: et delicie tue sunt habitare cum filijs hominum. Ueni (inquam) dulcissime dñe Jesu Christe in animam meam: et esto cum ipsa, atque munda eam. Ueni dñe dilectissime, et in precordijs meis immorari et habitare digneris: vt per huius immortalitatis donum non damnandorū iudicium, aut vindictam reorum incurram, sed tuo fultus auxilio atria virtutum, et pacis epulas, et Angelorum conuiuia leta adire merear. Qui viuis et regnas in secula seculorum.

¶ Oratio Sancti Thome de Aquino.

Adoro te deuote latens deitas, que sub his figuris vere latitas. Tibi se cor meum totum subijcit: quia te contemplās totum deficit. Uisus, gustus, tactus in te fallitur, sed solo auditu tute creditur. Credo quicquid dixit dei filius: nihil veritatis hoc verbo verius. In cruce latebat sola deitas, sed hic latet simul et humanitas. Ambo tamen credens atq; cōfitens, peto qd petiuit latro penitens. Plagas sicut Thomas non intueor: Deū tamen meum te confiteor. Fac me tibi semper magis credere: in te spem habere: te diligere. O memoriale mortis dñi, panis verus, vitam prestans homini, presta mee menti de te viuere: et te illi semper dulce sapere. Pie pellicane Jesu dñe me immundum munda tuo sanguine. Cuius vna stilla saluū facere totum mundum posset omni scelere. Jesu quem velatum nunc aspicio: quando fiet illud, quod tam sitio: Ut te reuelata cernens facie visu sim beatus tue glorie. Amen. ¶ Alia oro ad deum filium.

Transfige dulcissime Jesu medullas anime mee suauissimo vulnere amoris tui: vulnera viscera aīe mee, vera fraterna et apostolica charitate: vt vere ardeat, lāgueat, et liquefiat aīa mea

solo

solo semper amore & desiderio tui: cupiat dissolui & esse tecum. Da vt anima mea te solum semper esuriat panem angelorũ, panem vitę cęlestis, qui de cęlo descẽdisti, & das vitam mundo, panem nostrum quotidianum supersubstantialem, habentẽ oẽ delectamentum, & oẽm suauitatis saporem. Te in quem desiderant Angeli prospicere, te semper sitiat cor meum fontem vitę, fontem sapientię, fontem ęterni luminis, hubertatem domus Dei: te cupiat, te cogitet, te somniet, te suspiret, te ambiat, te quęrat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur. Oĩa operetur in laudem, & honorem noĩs tui cum humilitate & discretione, cũ dilectione profectu & perseuerantia vsque ad finem. Vt tu sis mihi totus omnia in omnibus. Vt tu sis mihi semper tota spes mea, salus mea, fiducia mea, diuitię meę, dignitas mea, delicię meę, dilectio mea, oculus meus, amor meus, honor meus, thesaurus meus: in quo solo fixa & firma & radicata sit semper mens mea & cor meum. Amen. ¶ Alia oratio ad Deum filium.

D Omĩnẽ Iesu Christe fili Dei viui, esto mihi propitius indigno peccatori. Et quia tu es vera via, digṅare p hoc sacramentum corporis, & sanguinis tui, qđ accepi, omnem impietatẽ ac prauitatem prioris vitę meę in laudem & gloriã nominis tui transmutare. Et cum tibi ad iudiciũ fuero pręsentatus, noli me domine clementissime propter innumerabilia peccata mea dãnare: sed per hanc perceptionem redemptionis nostrę ab ira & a perpetratis facinoribus me digneris liberare. Qui viuis, & c.

¶ De celebratione duarum, vel triũ missarũ eadẽ die. Cap. 45.

S Vnt nonnulli sacerdotes, ob raritatẽ clericorum, aut ecclesiarũ paupertatem, duas parochiales ecclesias obtinentes, quibus a iure conceditur celebrare duas missas in die. Hi vel quicunque alii sacerdotes in casibus a iure permissis bis in die celebrare volentes, nõ debẽt in prima missa post sumptũ sanguinẽ se purificare, vel ablutionẽ digitorũ sumere, sed post sanguinis sumptionẽ digitos super calicẽ abluere, & ablutionẽ huiõi in aliqđ vas mundũ reponere, & alia die, qua vnã missam tñ celebrabunt, post sanguinis sumptionẽ, vel eadẽ die post dictam secũdã missam, de ea se purificare, seu post purificationẽ & ablutionẽ eiusdẽ secũdę missę eam sumere: Plures aũt ꝙ duas missas vna die celebrare non licet, sola die Natiuitatis Saluatoris nostri

stri Iesu Christi excepta: in qua quilibet sacerdos alias ad celebrandum dispositus pōt tres Missas celebrare: quod facturus ēt non debet in prima & secūda Missa se purificare, aut ablutionem digitorum sumere: sed eam in aliquod vas mundum reponere, & eam post purificationē tertię Missę sumere. Qui aūt eadem die plures Missas celebraturus, in prima vel secūda Missa se purificauerit, aut ablutionem sumpserit, non debet illa die alterius celebrare. Preterea sacerdos in die Natiuitatis prędictę duas vel tres Missas & sine aliqua intermissione celebraturus debet ante quamlibet Missarum huiusmodi dicere confessionem, & in fine cuiuslibet populo benedicere: & post primam & secundam Missas hmōi dicere Euāgelium sancti Ioannis. **In principio erat verbum, &c.** Ac omnia alia facere & dicere, purificatione omissa, vt prefertur, quę in alijs Missis dicū, in quib⁹ vna tantum Missa celebrantur, dicuntur & fiūt. Post tertiā vero Missam loco dicti Euangelij sancti Ioannis, dēt dici euangelium secundum Matthęum. **Cum natus esset Iesus &c.** quod habetur in Missa diei Epiphanię Domini.

De Missa sicca nuncupata. **Cap. 46.**

Sunt & alij sacerdotes, qui in quadragesima, vel alijs diebus, in quibus duę Missę speciales habentur, vt3 vna de festo, & aliā de Dñica, vel feria, celebrata altera earum, aliā pro deuotione sua legunt, absq3 ꝯsecratione: quod fieri licet hoc ordine. Data benedictione post Missam celebrata3, & euangelio sancti Ioannis lecto, celebrans deponat casulā: & oībus alijs paramētis retentis, stās in cornu epistolę, versus ad altare detecto capite, legat absolute ex Missali introitum alterius Missę **Gloria in excelsis deo.** Si illud in prima Missa non dixit, & secūdę Missę conueniat: aliquin ipsum pretermittit. Idem obseruat de **Credo in vnum deum.** Subiungit absolute pretermissis. ℣. **Dñs vobiscum, & Oremus,** Orationē epistolā, Graduale, Alleluia, vel Tractum, Euangelium quod incipit **Sequentia vel Initium sancti Euangelij,** pretermisso ℣. **Dñs vobiscum.** Offertorium. Communionem. Et similiter omissis. ℣. **Dñs vobiscū, & Oremus,** Absolute subiungat post orōnes, omnia intelligibili voce legens: & sic ibi absque alia ceremonia officium ipsum terminet. Tum dicat secrete, seu competenti voce Antiphonā,

Trium

Trium puerorum ꝛc. Deponat omnia paramenta, prout superius post Missam ordinariam dictum est.

¶ De eadẽ Missa sicca i mari ꝛ fluminib. celebrari solita. C.27.

In loco fluctuanti, vt in mari ꝛ fluminibus celebrare nõ licet alicui. Cõsueuit tamen in mari, pro populorum deuotione absq; ꝯsecratione Missa (quã siccã vocant) dici per sacerdotē hoc ordine. In loco nauis ecclesiola nuncupato, parata est mẽsa, supra quam ponat̃ mappa munda, ēt non benedicta: ꝛ in medio partis posterioris eiusdē mensę crux, ac hinc ꝛ inde in cornibus posterioribus ipsius mensę duo candelabra cum duabus candelis ardentibus collocētur: vbi sacerdos Missã hmõi dicturus añ dictam mensã stans, accipiat superpelliceũ, ꝛ desup stolã ab humeris dependẽtē: quã transuersat ante pectus per modũ crucis: ꝛ cingulo eam firmet. Uel fm alios, oĩbus paramentis sacerdotalibus induatur ordine superius dato, omissa sola planeta, siue casula, qua non vtit̃. Sicque paratus stans ante mensã pdictam faciat cõfessionem cũ his, qui intersunt dicens. In nomine patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti. Introibo ꝛc. Prout hẽ supra in principio Missę, vsq; ad orationem Oramus te domine, vt per merita ꝛc. exclusiue: ascendat ad mensam pdictã: ꝛ omisso illᵒ osculo, stãs in cornu epistolę legat introitũ, Missę Kyrieleis. Gloria in excelsis Deo si est dicendum. Dñs vobiscũ non vertendo se ad populum. Oremus, ꝛ orationem ordinariam. Deinde si placet, ꝛ dici ꝯueniat, faciat vnam vel duas cõmemorationes: legat Epistolã, Graduale, Alleluia, si est dicẽdum, vel tractũ: portet librum ad Cornu Euãgelij: dicat in medio mensę Mũda ꝛc. Dñs sit in corde ꝛc. deinde ante librum, Dñs vobiscũ, Sequentia ꝛc. signando librũ ꝛ se in fronte, ore ꝛ pectore. finito Euangelio osculetur textũ: dicat Credo, si dies ꝛ officium requirat. Dominus vobiscũ non vertẽdo se ad populum, Oremus Offertorium, Prefationem, Sanctus ꝛc. Oremus pceptis salutaribus moniti ꝛc. Pater nr̃. Agnus dei. ꝛ det osculum pacis, si alias officio illius diei quod legit conueniat: reuertatur cum libro ad cornu Epistolę, dicat cõionem in eodē loco Dñs vobiscum non vertendo se ad populum, Post cõionē, ꝛ cõmemorationes, si prius fecit ibidē, Dñs vobiscũ, vt prius: ꝛ Ite Missa est, vel Bñdicamus, prout conuenit, aut

Requie-

Requiescant in pace: si legit pro defunctis: quo dicto ibidem se vertat ad populum, & illi more solito benedicat, si non legit pro defunctis: pro quibus si legit benedictionẽ hmõi pretermittat. Tum dicat Dñs vobiscum. & signans seipsum in fronte, ore, & pectore, continuet, Initium sancti Euangelij s̃m Joannem. In principio &c. vt supra. Quo finito, vestes sacras, quas recepit, ibidem deponat. Omnia premissa in hmõi Missa dicuntur voce intelligibili: ita q ab oĩbus illis, qui intersunt, audiantur.

¶ De eadẽ missa corã infirmo, vel alia psona celebrãda. C.48.

ET si aliqñ accidat, q quis infirmus, vel alius velit missam audire, vbi non est sacerdos ad missam celebrandam dispositus, quia ipse eadem die celebrauit, vel ex alia legitima causa, poterit sacerdos in ecclesia vel alio loco conuenienti, vt premittitur, missam hmõi siccam legere in oĩbus & per oĩa, prout superius de missa nauali dictũ est: & non debet in ea sacrum ostendere: etiã si illud in Ecclesia ibidẽ in loco suo sacro habeat paratum propter periculũ ostensionis. Ad laudem saluatoris nostri.

¶ Tractatus de defectibus in missa occurrentibus. Cap.49.

DEfectus misse sunt, qñ requisita ad misse celebrationem deficiunt. Isti aũt defectus contingunt aut ex parte sacri, aut ex parte ministri, aut ex parte ministerij: q2 in sacro requirit panis triticeus, vinum de vite, aqua naturalis, & sunt hec ex parte materie. Ex parte vero forme requiruntur verba cõsecrationis, & intentio consecrãtis. In ministro aũt requiritur exterius debitum vestimentũ, & in corpore ieiuniũ, & dispositio mẽtis & alequodq3 sit rite ordinatus. Et in ministerio requirit, q missa cõpleatur. s. q sacrificium sit cõpletum & perfectũ: & q sacerdos sumat sacrificium cõicando. Unde de his dicendũ est per ordinẽ.

¶ Primo de defectu panis. Cap.50.

SCiendũ est igitur, q conficiens in pane fermentato, grauiter peccat: q2 facit cõtra statutũ & cõsuetudinẽ Ecclesie. Si vero cõficiatur in pane, qui incipit corrũpi, sib grauiter peccat. Etiã conficiendo in azymo corrupto & infecto pp irreuerentiã sacri: tñ talis panis si cõficiatur sacrũ est. Sed si panis sit adeo corruptus, ita q in eo deficeret spẽs panis, non põt cõfici, hoc est per verba sacri nõ efficitur corpus Chri: & q spẽs maneat, põt cognosci ex hoc: q ptinuitas nõ est soluta, nec alia accidẽtia abla-

ta.

ta. Hec S. Tho. & Albertus. ¶ Item si grana alterius generis fuerint admixta tritico in tanta quantitate, quod aliam speciem faciant, siue quod medium constituant, nō pōt ex eo confici sacr̄m, tamē ex modica quantitate non impeditur. S. Tho. & Albertus, & Petrus. ¶ Si panis sit de aqua rosacea confectus dubitatur inter Doctores, & S. Tho. dicit esse probabilius, quod non possit confici. ¶ Si sacerdos infra Missam ante consecrationē aduertit hostiam non esse triticeam, vel esse corruptam: remota illa hostia, aliam ponat: & a canone reincipiat. Si vero post consecrationē hoc aduertit, idem faciat ponendo aliam hostiam: & eam sumendo: sed nihilominus postea illam primam sumat: aut alijs sumendam tradat, vel eam reuerenter conseruet. Petrus. Quod autem dicit hic Petrus quod reincipiat a canone, S. Th. tñ dicit in simili casu esse reincipiendum tm̄ a verbis consecrationis, vt habes infra. Si vero sacerdos aduertat dictum defectum hostię postquam sumpserit: licet in isto casu variēt Doct. tamē S. Tho. tenet in Tertia parte, quod debet aliam ponere hostiam, & consecrare, & sumere: quia pręceptum de perfectione sacri maioris est ponderis quam pręceptum, quod a ieiunis sumatur. ¶ Per id autem quod dicit Petrus: Si sacerdos infra Missam aduertat hostiam non esse triticeam, vel esse corruptam, patet quid agendū sit, si nulla hostia fuerit posita, vel si posita fuerit perdita. Et per id quod dicit S. Tho. si aduertat de defectu hostię post eius sumptionem potest hoc idem intelligi, si aduertat etiam post sumptionē sanguinis, rursus quod ponat nouum panem & nouum vinum & consecret, atque prosequatur, & sumat, ne sacr̄m remaneat imperfectum: quod magis expresse apparebit infra, vbi statim dicetur de defectu vini, & ponent magis expressa verba ipsius S. Tho.

¶ Quale esse debeat vinum, quod in cōsecratione sacri Eucharistię ministratur: & de defectibus eius, qui occurrere pñt. Cap. iii.

De vino primo sciendum est, quod si vinum factum est omnino acetum, non potest de ipso confici sanguis Christi: quia vinum differt & acetum, sicut viuum & mortuum, sm̄ Philosophū. Sed si vinum sit in via quasi acescendi, tunc idem est iudicium, quod de pane, qui est in via ad corruptionem, scilicet quod potest confici: peccat tamen huiusmodi conficiens grauiter, propter irreuerentiam sacramenti. Sanctus Thomas, & Albertus.

Et

Et addit Albertus, q si vinum putridum sit tãtum, q vini naturã perdiderit: non põt ɔfici. Quod si non est corruptũ, sed in via, põt ɔfici: sed tñ ɔficiens peccat, vt dictũ est de vino, qd tendit in acetũ. Et idẽ intelligendũ de vino multũ pontico, siue acri. De agresti nõ potest ɔfici. S. Tho. & Albertus. De musto põt ɔfici: non tñ faciendum est de multum recenti ꝓpter impuritatẽ. S. Tho. & Petrus. Si vino apponatur tanta aqua, q non conuertatur in vinũ, non ɔficitur. Et non debet apponi aqua rosacea, vel alia artificialis. Si tamen apponeretur in tam modica quãtitate, q in vinum conuerteretur, conficeretur. Hęc S. Tho. & Petrus. ¶ Item si sacerdos post ɔsecrationem corporis. s. ante consecrationem sanguinis percipiat aut vinum, aut aquam non esse in calice, debet statim apponere & consecrare. Si vero post oĩa verba ɔsecrationis percipiat, q vinum non fuerit positum, sed aqua: siquidẽ hoc percipiat ante sumptionẽ corporis, debet deposita aqua si ibi fuerit, ponere vinum cum aqua, & resumere a verbis cõsecrationis sanguinis. Si vero hoc percipit post sumptionẽ corporis debet apponere aliã hostiã simul cum sanguine iterũ ɔsecrandã, & in fine sumere hostiam iterum cõsecratã & sanguinem, non obstante ẽt si prius sumpsit aquam, quę erat in calice: q2 pręceptũ de perfectione sacri maioris põderis est, ꝙ pręceptum, q hoc sacrm a ieiuno sumatur. Hęc S. Tho. ¶ Ex prędictis nunc verbis demonstrãtur illa duo, quę supradicta sunt, cum de defectu panis dictum est. Dicit ẽt S. Thom. q non sufficit sacerdoti solam hostiam sumere ne imperfectum remaneat sacrm: sed si solum sanguinem aliquis consecraret: & sumeret: ita remaneret sacrm imperfectum, sicut si solam hostiam consecraret, & sumeret. Tunc aũt solum sanguinem consecrasset & sumpsisset, si post sumptionẽ sanguinis cognosceret, q hostia non fuisset triticea, vel q fuisset corrupta. Et vt hic dicit S. Tho. etiam si solutum sit ieiunium, repetendum est sacramentum, vt sit integrum. Et cum Missę celebritas terminetur benedictione sacerdotis, vt dicetur infra: non ita iudicandum est de defectibus Missę reparandis ante benedictionẽ sacerdotis, cum adhuc stet officium Missę: sicut post benedictionem, quando iam est solutum officium Missę: quia post benedictionem, quicquid fieret, magis videretur iteratio Missę, quam

reparatio

reparatio defectus. Item ex verbis sancti Tho. immediate su-
pradictis apparet, quod in reparatione sacramenti imperfecti suf-
ficiat resumere a verbis consecrationis: unde tamen omnia ordi-
nate sunt repetenda, quia vt dicitur. 7. q. 1. perfecta non possunt
dici sacramenta, que perfectum non habent ordinē. Et S. Th.
dicit: quod immane est sacrilegium: si non perficiatur hoc sacramē-
tum. Unde concilium Toletanum tulit sententiam excōmunica-
tionis in eos, qui cum possint, non perficiunt istud sacramen-
tum: vt patet supra in loco decreti immediate allegato.

De defectu aque. Cap. 52.

Sacerdos si percipiat aquam non fuisse appositam in vino an-
te consecrationem sanguinis, ponat eam: et dicat verba con-
secrationis. Si autē percipiat post consecrationem sanguinis,
nullo modo debet postea aquam apponere: quia non est de ne-
cessitate sacramenti: et sequeretur corruptio sacramēti in aliqua
parte. Siquis tamen ante consecrationem scienter dimitteret
appositionem aque, grauiter peccaret: quia ageret contra con-
stitutionem Ecclesie, et quia Dominū apposuisse creditur. Non
autem sufficit quod aqua apponatur, quando vinum adhuc est in
dolio, quia hoc non significaret aliquid: sed oportet, vt imminē-
te oblatione apponatur ad sacramentum. Hec S. Tho.

De defectu forme. Cap. 53.

Pro notitia forme, sciendum est, quod Ambrosius in libro de sa-
cramentis dicit, quod hoc sacramentum conficitur in verbis, et
sermonibus Christi. Ex quo dicto concludit S. Tho. quod forma
consecrationis huius sacramēti sit: Hoc est enim corpus meū:
et Hic est enim calix sanguinis mei, noui et eterni testamēti, my-
sterium fidei, qui pro vobis, et pro multis effundetur in remissio-
nem peccatorum. Illa vero verba, Accipite et manducate, per-
tinent ad vsum materie consecrate. Similiter illa verba. Hec
quotiescumque etc. pertinent ad vsum huius sacramenti: quia
vsus non est de necessitate sacramenti: vt dicit idem S. Tho.
Item illa coniunctio, enim, non est de substantia forme: tamen
dici debet secundum vsum ecclesie, qui vsus a beato Petro ini-
tium sumpsit. Etiā beatus Tho. dicit, quod si predicte forme mutē-
tur, nihil efficitur, ēt si videātur verba idem significare: similiter
si aliquid de dictis formis diminuitur. Si vero aliqui adderetur,

 quod

quod significationem non mutaret, nec errorem induceret, magnum peccatum esset: tamen cōficeretur ſm Albertū. ¶ Dicit autem S. Th. q forma predicta vtens pronomine demonstratiuo, ostendit q materia consecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos existens in domo sua non potest consecrare panem, qui est in arca, aut ēt in foro, vel vinum, quod est in cellario. Sed quantacunq3 sit quantitas panis ꝛ vini, que coram sacerdote ponitur, potest ab ipso consecrari. S. Th. ēt dicit, q si sacerdos non recordetur se dixisse ea, que in cōsecratione communiter dn̄r, nō debet ex hoc turbari. Non eni qui multa dicit omnium recolit, que dixit. Si tn̄ sacerdoti probabiliter constet se aliqua omisisse: siquidem non sunt de necessitate sacramenti; non debet resumere immutando ordine3 sacrificij: sed debet vlterius procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorum, que sunt de necessitate sacramenti, scilicet forma3 consecrationis: debet resumi ipsa forma, ꝛ cetera per ordinem recitari.

¶ De defectu intentionis ministri. Cap. 54.

NOn solum autem necessaria sunt ad conficiendum predicta verba, sed etiam requiritur intentio: quia secundum Augustinum, in sacramentis sine intentione nihil agitur. Unde Sanctus Thomas dicit, quod ad perfectionem sacramenti requiritur intentio ministri, qui se subijciat principali agenti: scilicet vt intendat facere, quod Christus fecit ꝛ ecclesia: dicit, quod non est necessaria intentio actualis, sed sufficit habitualis: vt conficiatur. Puta, si sacerdos cum accedit ad altare ad celebrandum intendit facere quod fecit ecclesia, perficitur sacramentum. Sed si postea suspendatur eius intentio per aliam occurrentē cogitationē, nihilominus perficitur sacr̄m ex virtute intentionis proposite. Tn̄ studiose curare debet minister sacri, vt ēt actualem adhibeat intentionem. Et dicit, q cum aliquis non intendit sacr̄m perficere, sed delusorie aliquid agere, talis peruersitas tollit virtutem consecrandi ꝛ virtutem sacri, precipue qn̄ intentionem exterius manifestat. Si aūt intentio ministri peruertatur quantum ad id quod sequitur sacr̄m: puta, si sacerdos intenderet conficere corpus Christi, vt eo ad veneficia vteretur: quia prius non dependit a posteriori, talis intētionis peruersitas veritatem sacramenti nō tollit: sed minister ex

tali

tali intentione grauiter peccat. Dicit enim Albertus, quod si aliquę hostię ex obliuione remaneant in altari, aut aliqua pars vini, et sacerdos conficiat, illa non sunt consecrata: quia de eis nō intendit.
¶ Durandus aūt posuit casum. Si sacerdos habeat coram se vndecim hostias, et intendit consecrare decē, querit quot sint consecratę. Rūdet distinguendo, quod hoc potest primo duobus modis intelligi. Uno modo quod numerus sit solum in intentione, et non in opinione, intentio aūt sit quicquid sit corā se consecrare, verbi grā. Si aliquis habeat cōsecrare, et coram se habeat vndecim hostias, et opinatur esse decem, ipse vero intendit consecrare quicquid est, coram se, patet, quod eius opinio fertur ad numerum, sed eius intentio nō fertur ad numerū: vnde quia effectus cōsecrationis sequitur intentionem, et non opinionem, omnes vndecim sunt consecratę. Alio modo potest intelligi prędictus casus, quando dicitur, habet coram se vndecim hostias, et intendit cōsecrare decem, vt non opinio, sed intentio feratur ad numerū: ita scilicet, quod non velit plus quam decem, sed tm̄ decem consecrare, tunc in tali casu prędictus doctor facit secundam distinctionem, dicens, quod hoc duobus modis contingere potest. Uno modo, quod sciat veritatem numeri: alio modo quod ignoret veritatē numeri. Et si sciat veritatē numeri. s. quod hostię sunt vndecim, et ipse decem tm̄ consecrare intendit, aut decem distincte intendit consecrare, et patet, quod illę decem tm̄ sunt consecratę, de quibus intendit: et vndecima, de qua non intendit, non est consecrata: Aut sacerdos scit esse hostias vndecim, et intendit cōsecrare decem, non distinguendo vel determinando, quas decem intendit, et quam vndecimam non intendit, sed intendendo decem ex illis consecrare, tunc nulla est consecrata, eo quod intentio non fuit ad aliquam determinatā. Et cum isto dicto satis cōcordat S. Thom. in 3. par. q. 63. vbi dicit, quod minister sacrorum est sicut instrm̄ principalis agentis. s. Christi vel ecclesię. Et cum tale instrumentum habeat cognitionem, requiritur, quod per intentionem se determinet ad opus: quod in virtute principalis agentis producere debet. Ideo sequitur quod vbi non determinat se, nihil operatur. Si vero sacerdos ignoret veritatē numeri hostiarum, et intendit decem hostias tm̄ consecrare, dicit idem Durandus, quod eodem modo distinguendum est, vtrum determinet quas decem intendit, vel non determinet.

M Et

Et rñdendum est sicut in casu immediate precedenti. Sed dubitatur quõ, cum numeris ignoretur. Cui dubitationi rñdeatur hoc posse contingere: q decem hostias videat extensas, et vna ibi lateat? Ipse autem intendit oẽs, quas videt, et nullam aliam consecrare. Vel põt esse, q decem ipse ibi posuerit, et vna erat ibi, quam nesciuit: ipse vero intendit oẽs illas quas posuit, cõsecrare. et redit hic casus in casum supra positum Alberti, quia tunc illa non est ꝯsecrata, quam nesciuit ibi esse: et oẽs alie consecrate. Si autem vnam plus ipse posuerit, quaꝫ crediderit: vel alius vndecim posuerit: et ipse mandauit poni decem: et non intendit consecrare nisi decem tantum: tunc non est determinata eius intentio: et sicut supradictum est, nulla est consecrata.

¶ De defectu vestimentorum. Cap. 55.

Sciendum est, q ẜm S. Tho. et Alber. et alios Theologos, si omittatur aliquid de his, que ad ritũ celebrationis pertinent, quilibet omittens aliquid tale, puta, tps debitum, altare tribus mappis coopertũ, vestes, et hmoi, grauiter peccat: nihilominus cõsecrat, si est ordinatus, et adsit eius intentio, et debita materia, et debita forma: sed grauissime peccat, si scienter hoc faciat. In his potes colligere que sint illa, sine quibus nõ cõficit. s. materia debita: et forma cũ intẽtione: et ordo in conficiente. Quicquid horũ quatuor deficiat, non ꝯficitur sacrm. Et istis quatuor existentibus, quibuscunqꝫ alijs deficientibus, veritas adest sacri.

¶ Scdm Host. sufficit, q vnus sit presens in Missa, qui sacerdoti rñdeat: quamuis. de conse. dist. i. dicatur q duo requiruntur. Mulier in Missa ministrare non potest. ¶ Etiam sine lumine nõ debet aliquis celebrare. extra de celeb. Miss. c. ex parte.

¶ De defectibus dispositionis corporis. Cap. 56.

In concil. Toletano factuꝫ fuit pceptum sacerdotibus, q nullus sacerdos post potũ cibũque, quantumcunque minimum sumptũ, Missaꝫ celebrare presumat. Et glo. ibidẽ dicit, q intelligitur de cibo, vel potu post mediaꝫ noctẽ sumpto: qꝛ in media nocte incipit dies ẜm ecclesiã. Et nos videmus esse verũ, quia tunc incipitur officiũ diei. s. matutinũ quasi pertinens ad mane illius diei velut initiũ. Dicit ẽt S. Th. q post sumptionem aque vel alterius potus, aut cibi, aut ẽt medicine, in quãtacunqꝫ parua quantitate, non licet cõicare: nec refert vtrũ nutriat, aut non,

aut per se, aut cũ alijs: dũmodo sumatur per modũ cibi, vel potus: reliquię tñ cibi remanentes in ore, etsi casualiter transgluttiantur, non impediunt cõionẽ, qꝛ non transglutiũtur per modũ cibi, sed per modũ salivę, quę vitari nõ põt. Si aũt ante mediam noctem sit sumptus cibus vel potus, potest cõicare. Nec refert vtrum postea dormierit, vel vtrum cibus sit digestus, quantum ad rationem pręcepti: tamen posset impedire quantũ ad turbationem mentis in hoc, quod tollitur deuotio.

¶ De immunditia corporali. Cap. 57.

De immũditia vero corporali dicit S. Th. ꝙ cum iste cibus non est corporis, sed mentis, ideo in eius sumptione magis est consideranda dispositio mentis, quam corporis. Et ideo dicit, ꝙ si immunditia corporalis sit perpetua, siue diuturña, non est abstinendum a communione: ne propter immunditiam corporis perdatur fructus mentis. Si autem immunditia sit temporalis, ꝛ potest purgari, non prohibetur, si est bene dispositus in mente. Tamen laudabile foret abstinere pro modico tempore. Si autem sacerdos infra Missam recordatur se non esse ieiunum quid faciendum sit, vide infra cap. 7. in fine.

¶ De defectibus dispositionis animę. Cap. 58.

Interdictus, suspensus, ꝛ excõicatus etiam iniuste, cõicare nõ debet: qꝛ in talibus est defectus rei significatę. s. defectus vnitatis corporis mystici. Item quicunque cum conscientia peccati mortalis ad cõionem accedit, mortaliter peccat. Prime ad Cor. 9. Qui manducat ꝛ bibit indigne, iudicium sibi ꝛc. Itẽ non sufficit ei qui communicare intendit, ꝙ sit solũ contritus, immo si habeat copiam sacerdotis, qui eum possit absoluere, peccat sine confessione cõicando. Si vero non habet copiam, tunc si immineat necessitas cõicandi, vel celebrandi: puta, quia timetur scandalũ populi: vel iã inceptum est mysterium sacrũ: vel aliquis infirmus loquelam amisit: ꝛ est in proposito confitendi: minister non peccat quã citius potest cõicando, vel alijs ministrando: si primo non possit confiteri. Hęc Pet. ꝛ Alber. ꝛ S. Thom. Sacerdos autem, qui cum conscientia peccati mortalis accedit ad altare, non solum peccat mortaliter propter cõionem, sed etiam quia exercet actus ordinis: vt ostẽdunt S. Tho. ꝛ Alber. Verum pro sola executiõe actuũ ordinis: sufficeret ei so=

la contritio sine confessione; vt dictum est. In nullo autem casu potest aliquis celebrare, vel communionem recipere sine contritione: quia mortaliter peccat.

De pollutione. Cap. 59.

POllutio in somnis impedit cōmunionem, quando causata est a cogitatione praecedenti, quae fuerit peccatum mortale, si cōsensus fuerit in tali cogitatione de actu, vel si consensit in delectatione cogitationis. Si dubium est, vtrum in praecedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, abstinendum est: nisi necessitas aliqua requirat, quod celebret, siue cōicet. Si vero certum est quod in praecedenti cogitatione non fuerit peccatū mortale: vel si nulla cogitatio praecesserit, quae causa pollutionis fuerit: cōicari potest: nisi pollutio tm̄ perturbauerit mentem ex cōmotione corporis, quod deuotionem habere non possit: et cum fuerit abstinendum, tempus quo abstinendum est sunt. 24. horae. Haec S. Tho.

Si sacerdos post cōsecrationem inceptam recordetur se comedisse vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium et sumere sacramentum. Et si recordetur se peccatum commisisse, debet penitere, et dolere cum proposito confitendi, et satisfaciendi: et sic non indigne, sed fructuose potest sumere sacramentum. Et eadem rō est, si meminerit se cuicunque excōicationi subiacere. Debet enim assumere propositum absolutionem petendi, et sic per inuisibilem pontificem Iesum Christum absolutionem consequitur quantum ad hūc actum, per quem agit diuina ministeria. Si vero ante consecrationem alicuius pdictorum memor fit, tutius reputarem, et maxime in casu excōicationis, suspēsionis, et interdicti, ac manducationis quod Missam inceptam deserat: nisi timeretur graue scandalum. Haec sanctus Thomas.

De defectibus Missam celebranti interdum occurrentibus. Capitulum 60.

SAcerdos, qui celebrat Missas, debet semper sumere sacramētum integrū: vt dicitur supra in rubrica de defectu panis, et vini. Quod debeat sumere, patet de consec. dist. 2. relatum. Toties autem sumat, quoties celebrat: quia ipsum sacramentum in sumptione complementum suae significationis accipit. Et intelligēdum est, nisi per violentiā impediatur, vel per infirmitatē, vel per mortem, vel huiusmodi. Et si plures Missas aliquis celebrat in

vna

vna die, solum in vltima percipiat perfusionem, et nõ in precedenti: quia tũc nõ esset ieiunus, nec aliã Missam celebrare posset: extra de celeb. Miss. ca. ex parte. Sed si sacerdos post consecrationem infirmetur, et non habeatur alia hostia, nihilominus debet alius sacerdos requiri, qui. s. Missam prosequatur ab infirmo nõ completam: et hostiam debet diuidere, et vnã partẽ ipse sumere, et aliam infirmo dare. Hec S. Tho. ¶ Item si sacerdos morte, aut infirmitate graui occupetur ante consecrationem corporis, non oportet quod per alium suppleatur: Si vero cõsecrato corpore ante consecrationem sanguinis, vel ẽt consecrato vtroque, debet celebritas per alium expleri, vt 7. q. 1. c. nihil. S. Tho. Quõ autẽ Missa compleatur, ostendit prefatus canon supradicti concilij, dicens: Non enim aliud expletnentũ initiatis mysterijs cõpetit, quam aut incipientis, aut subsequentis benedictione completa sint sacerdotis. Quantum autem ad hoc obligetur sacerdos, ostendit in ipso eodem c. inferius, vbi d. Nullus absque patenti pręuentu molestię minister vel sacerdos cum ceperit, imperfecta officia presumat omnino relinquere. Siquis autem hoc temerarie presumpserit, excõicationis sententię subiacebit.

¶ De perturbationibus occurrentibus Missam celebrantibus. Cap. 61.

Post tractatũ de defectibus Missę, dicẽdum est de perturbationibus interdum occurrentibus his, qui Missam celebrãt. Turbatur autem Missa, aut propter scandalum sacramenti: aut propter scandalum sacerdotis. Scandalum sacramenti est, si cadat, aut si vomitu proijciatur. Scandalum sacerdotis est, si sumere nequeat, aut propter commistionem alicuius rei abominabilis, vel periculi, aut propter apparitionem alicuius speciei, quę non debet comedi, vel potari.

¶ Quando cadit corpus Christi. Cap. 62.

SI propter frigus, vel negligentiam, hostia dilabatur in calicem: propter hoc non est necesse aliquid reiterari: quia quod solum minima pars hostię mittatur in calicem hoc respicit corpus Christi mysticum: ideo pretermissio huius non facit imperfectionem sacramenti. S. Thom. ex concil. Aurelian. de cons. dist. 2. dicit: Qui bene non custodierit: aut qui sacrificium perdiderit in Ecclesia: aut cui pars eius ceciderit, et non inuenta

 fuerit,

fuerit, 30. dies peniteat: de penitentia vide in sequenti capitu.

¶ Quando cadit sanguis Christi. Cap. 63.

SI per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, siquidem super tabulã, que terre adhereat, lingua lãbatur, et tabula radatur. Sed si non fuerit tabula locus ipse radatur et comburatur: Cinis vero iuxta altare recondatur: et sacerdos. 40. diebus peniteat. Si vero super lapidẽ altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillã: et tribus diebus peniteat. Si super linteum altaris et ad aliud linteum peruenerit stilla, quatuor diebus peniteat sacerdos. Si vsque ad tertium peruenerit, 9. diebus peniteat. Si vsque ad quartum, 20. diebus peniteat. Predictis aũt diebus debet sacerdos ieiunare, et a cõione cessare: pẽsatis tñ conditionibus negotij et psone, põt minui vel augeri ad pniam predictam. Hec S. Th. Et idẽ intelligendum est in seq. cap. et abluantur tribus vicibus linteamina, que stillam tetigerunt, calice supposito: et aqua ablutionis iuxta altare condatur. de cõs. dis. 2. si per negligentiam. Põt tñ sumi a sacerdote: nisi pp horrorem dimittatur: vt ponit S. Th. Et cautũ est, vt pars illa lintei, siue palle, post ablutionem ascindaẽ et cõburatur: et cinis in altari condatur: Hec S. Tho.

¶ De vomitu sacramenti. Cap. 64.

SI quis Eucharistiam euomuerit, si sit laicus, et per ebrietatem vel voracitatẽ euomuerit, 40. diebus peniteat. Clerici vero et monachi, presbyteri, diaconi et subdiaconi, 70. diebus peniteãt. Episcopus autem 90. Si vero causa infirmitatis euomuerit, 7. diebus peniteat. de consec. dist. 2. cap. Si quis per ebrietatem Et debet vomitus cremari, et cinis iuxta altare recondi: vt supra dictum est. Hoc tñ obseruandum, quod vbicunque species integre inueniantur, sunt reuerenter conseruande et sumende: quia remanẽtibus speciebus, remanet ibi corpus Christi. Hec S. Thom.

¶ De musca, vel aranea, vel veneno mistis cum sanguine Christi. Cap. 65.

SI musca vel aranea in calicem ceciderit, vel venenum mistum fuerit, si sacerdos ante consecrationem hoc deprehenderit, debet calix ablui, et aliud vinum consecrandum apponi. Si vero aliquod eorum post consecrationem euenerit, debet animal caute capi, et diligenter lauari et comburi, et ablutio simul cum cineribus in sacrarium mitti. Quod si venenum ibidem esse

se deprehenditur, nullo modo debet sumi, nec alteri dari: ne calix vitę vertatur in mortem: sed diligenter in vasculo seruari debet: & ne sacramētum remaneat imperfectum, debet aliud vinū apponi: & sacerdos debet resumere consecrationem sanguinis denuo, & sacrificium perficere. Hoc intellige si corpus nō sumpserit, quia tūc aliter faciendū esset, sicut supradictum est in rub. de defectu panis & vini. s. q nouum panem apponat. Regula est autem, q nihil abominabile sumi debet occasione huius sacramenti. arg. de conse. dist. 2. si per negligentiam. Hęc S. Thom.

¶ De noua specie apparente. Cap. 66.

Quādo corpus Christi apparet in āliā speciē, cum vsus huius sacramenti sit per manducationem, quādo scilicet apparet in specie pueri, vel carnis cruentatę, vel simili modo, nō habet rationē cibi: nec debet sumi ab eo cui sic apparet. Quod si omnibus appareat, debet cum reliquis poni. Hęc San. Thom.

¶ De horis canonicis a sacerdotibus dicendis; ex libro qui intitulatur Via salutis, edito a Dn̄o Armando de Auzeria, Abbate S. Saluatoris de Lodona.



Dictum est supra de sacramēto Missę, ad quod prohibemur accedere nisi lotis manibus: idest sine laudibus Domini nostri Jesu Christi. Et ideo sancta mater Ecclesia septem laudes, idest horas canonicas instituit quolibet die Deo per clericos, & specialiter presbyteros offerendas. De quibus loquitur Psalm. 118. Septies in die laudem dixi tibi domine: & transumptiue, 91. dist. 4. c. Presbyter. De celeb. Miss. cap. 1. & ibi plene in gl. fi. Nam sicut cadimus septies in dies per peccatum, vt habetur Luc. 17. & de pęn. distct. 3. c. septies. ita resurgamus per septem horas, idest laudes canonicas: & primo dicendum est de hora matutinali.

¶ De matutinis. Cap. 67.

Scias, q matutinum officiū propter carnis illecebras domādas psallendo & orando, fuit a sanctis patribus institutum.

¶ Probatur, Ecclesi. 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes.

¶ Et dicuntur matutinę communiter in media nocte, vt ait propheta: Media nocte surgebā ad confitendum tibi. ps 118. Et habetur transumptiue. 91. dis. presbyter mane, & de celeb. Miss. c. 1. Ratio est, q Christus in eadē hora natus fuit. ¶ Secūda ratio

est: quia in illa hora captus fuit tempore passionis, & illusus a iudeis. ¶ Tertia ratio est: quia illa hora vel quasi surrexit, & infernum spoliauit, & venturus est iudicare seculum per ignem: prout multi dicunt, & habetur Matthei 25.

¶ De laudibus. Cap. 68.

Laudes vero dicimus ad tentationes diaboli repellēdas. vnde Isa. 26. Expergiscimini & laudate, qui habitatis in puluere: s. carnis. ¶ Item dicuntur ad coronam glię obtinendam, iuxta illud qd dr i Inuitatorio quadragesimę. Nō sit vobis vanū mane surgere an lucē: qr pmisit dns coronaz vigilātib9. Et dicimus hoc officiū in signū, q iudęi valde mane añ ortū diei ꝯuenerūt & se ꝯgregauerūt vt iterficerēt Iesum. ¶ Scda rō, quare i hac hora laudes deo vero canimus, est vt ei de eius natiuitate & captione & nra liberatione grās agamus, & eius aduentū cum gaudio expectemus. ¶ Tertia rō est, quare laudes illa hora dicim9: qr deus mūdū in mane creauit, & Aegyptios i mare submersit, & a mortuis resurrexit. Et ideo ꝯsonum est, vt illa hora deo laudes debitas referam9, ne i mare hui9 mūdi cū Aegyptijs demergamur, & vt p nra creatione, & ei9 resurrectiōe grās deo reddam9.

¶ De Prima. Cap. 69.

Primam dicimus in signum, q ista hora Chrs ad templum ꝯueniebat, & ppls mane ad eū venire festinabat. Et ideo nos exemplo eius ad horam primā vadimus: & in ortu solis eā dicimus. ¶ Scda rō quare ista hora prima dr, pōt esse, qr tali hora Christus ligatus Pilato fuit iudici pńsētatus, vt hr Matth. 27. ¶ Tertia ratio est, quia ista hora mulieribus apparuit, vt habetur Io. 20. Et ideo in hac hora prima diei laudes deo exoluimus, vt ipsum imitemur, & sibi resurgenti & apparenti grās agamus: & vt tanquam oium principio ipsius diei primitias exoluamus.

¶ De Tertia. Cap. 70.

Tertiam dicimus in signū, q illa hora Chrs linguis iudęorū morti fuit adiudicatus, vt hr de pe. dist. 1. periculose. ¶ Secunda ratio est, qr in hora tertia Spūs scūs super discipulos descendit. Unde cantat scā mr Ecclesia. Dum hora cunctis tertia, & Act. 2. cum sit hora diei tertia. ¶ Tertia rō est, quia tali hora Chrs ad colūnam fuit ligatus, & ibidem atrociter verberatus: deinde fuit in cruce positus, vt clare hñr ista omnia de Christi

passione in sacris Euangelijs. & de cons. dist. i. nocte sancta.

¶ De Sexta. Cap. 71.

SExtã dicimus in signũ, ꝙ in illa hora fuit Chr̄s crucifixus manibus militum, vt hr̄ Jo. 19. & de pe. dist. i. periculose. ¶ Secũda ratio est quare in hora sexta oramus, quia ista hora Chr̄s clauis cõfixus est, & tunc tenebre per vniuersum mundũ facte sunt: Nã sol, quasi lugens vestibus nigris se induit, vt crucifigentibus; deũ lumẽ nõ pberet, immo phiberet in quantũ posset, prout legitur Lu. 23. ¶ Tertia ratio est, quare i hora sexta deũ laudam⁹, qꝛ tali hora Christus discipulis suis recumbentibus apparuit, & ipsis cernentibus est eleuatus in celum, Lu. 24. Mar. 16. Act. 1.

¶ De Nona. Cap. 72.

NOnam dicimus in signũ, ꝙ Christus dei filius passus illa hora reddidit Deo patri spũm, dicens. In manus tuas &c. vt habetur Lu. 23. & de celeb. mis. cap. In quadã. §. non ad esse hominis. ¶ Secunda ratio est, quare hora nona deum laudamus, quia illa hora, vt legimus, miles cum lancea latus aperuit, vnde exiuit sanguis & aqua, vt hr̄ Jo. 19. & de cons. dist. 2. c. 1. de summa trin. c. 1. in cle. ¶ Tertia ratio est, quia in hora nona cetus apostolorum ad orandũ conuenire consueuerat. Act. 3. Et ideo nos exemplo ipsorum idẽ facere debemus, iuxta illud quod habetur de elec. c. significasti. 2. q. 1. c. Deus omnipotens.

¶ De Vesperis. Cap. 73.

VEsperas dicimus in signum, ꝙ Chr̄s illa hora, cũ sero factũ esset, in cena sacr͡ꝫ corporis & sanguinis sui instituit, & pedes Discipulorum lauit, vt hr̄ Jo. 12. ¶ Scd̄a ratio est, quare in hora vespertina deũ laudamus: qꝛ ista hora Chr̄s fuit depositus; prout hr̄ Matth. 27. ¶ Tertia ratio est, quia in hora vespertina discipulis euntibus in castellum Emaus Christus in habitu peregrini apparuit, vt habet̄ Luc. vlti. & 1. q. 1. Dominus in prima.

¶ De Completorio. Cap. 74.

COmpletoriũ dicimus in signũ ꝙ illa hora corpus Chr̄i positũ fuit in sepulcro, vt hr̄ Lu. 23. & de cõs. di. 1. cõsulto. ¶ Secunda rõ est, quia in hac hora Christus sudauit guttas sanguinis seu sanguineas, vt habetur Lu. 22. de cele. mis. c. In quadam. §. pe. in fi. ¶ Tertia rõ est, quia in hac hora deputata fuit custodia monumenti sui sacratissimi Corporis, vt habet̄ Matth. vlti.

¶ Quare

¶ Quare diuersimode horę incipiunt. Cap.75.

Et notandum, quia contingit peccare tripliciter, scilicet corde, ore, & opere. Ideo tribus modis diuersis incipiuntur horę. Et matutinę quidem per Domine labia mea aperies. Cōpletorium per Conuerte nos Deus salutaris noster. Alię horę per medium, scilicet Deus in adiutorium meum intende. ¶ Domine labia, dicimus contra peccata oris. Deus adiutorium, contra peccata operis. Conuerte nos Deus, contra peccata cordis. ¶ Sed quia in peccato cordis & oris est aliquid operis, ideo per omnes horas dici dicimus, Deus in adiuto. Monachi autem in matutinis dicunt prius, Deus in adiutorium, & postea, Domine labia mea aperies. Et ratio est: quia sine auxilio Dei, nec corpus, nec labia ad eius laudem operari, vel aperiri possunt. Et ideo dicitur Ioan.15. Sine me nihil potestis facere: & habetur transumptiue.26.q.4.c. Episcopi eorum.

¶ Hymni, qui dicuntur ad horas dici, significant laudem.

¶ Psalmi, qui similiter dicuntur ad horas, significant bonam & diuinam operationem. ¶ Antiphonę significant charitatis copulam. ¶ Capitula, exhortationem boni operis, seu diuini. ¶ Responsoria significant bona opera. ¶ Versiculi significant fructus. ¶ Oratio, significat misericordiam Dei, quę pręcedit, & subsequitur hominem in bonis operibus.

¶ De his qui tenentur dicere horas canonicas. Cap.76.

Et nota ꝙ sacerdos promotus ad sacros ordines: vel habens beneficium ecclesiasticum, tenetur ad istas septem horas dicendas, vt probatur, 91.dist.c.presbiter.& de cele. Miss.c.presbyter.& ar.de apostatis.ca.1. Et hoc verum est, nisi sint infirmi. nam tunc excusant.ar.91.dist.ca. clericus victum. Et ex hoc patet ꝙ nō debēt immiscere horas sub vna oratione, sicut aliqui faciunt male: sed singulas dicāt distincte. Debet autem clericus horas reddere in ecclesia, si pōt, iuxta dictū Psalmistę. In ecclesiis bñdicite dñm: Alias reddat vbi honeste & cōmode poterit. Debēt ēt se cōformare clerici iuxta modum & ordinem officiādi suę ecclesię cathedralis. De cōse.dist.2. Institutio.12.dist. de his.

¶ Officium vero mortuorum prętermitti non debet: nisi dies solennis impediret: vt extra de celeb. Miss.ca.quidam enim. Et est ratio, quia quicquid possidemus, ex mortuis habuimus.

¶ Quibus

¶ Quibus Eucharistię Sacramentum dispensandum sit, & quibus non. Cap. 77.



Dicto superius qualiter sacratissimo corpus Domini nostri Iesu Christi sit rite consecrandum: restat nūc dicendū quibus, & qualiter sit dispēsandum. Ubi primum notandū, q sacerdos ex debito officij sui debet suos parochianos & subditos diligentius verbo & exēplo informare, & inducere ad deuotionem tanti, tamque salutiferi sacramenti. De cele. Miss. ca. Sanc. Nā in immensitate tanti sacramenti oculus caligat rationis: Credere enim iubemur, discutere prohibemur: sed sm q S. Ro. Ecclesia credit, eos ad credendum inducat: & q ab ea deuiare nec in vita nec in morte intendant, vt accedat quod legitur. 24. q. 4. Duo ista. De here. c. Ad abolendam. & eo. tit. ca. super eo. lib. 6. Aduertendum est autem, q sacerdos propter periculum effusionis sanguinis Christi, nō communicat populum de sanguine ex calice, Sed hoc nihil refert, quia in hostia consecrata est totum corpus, & totus sanguis, anima & diuinitas Christi: & similiter in calice, consecrato sanguine, est totus Christus, sicut in hostia, vt prędictum est. Sacerdos autem rationabiliter suscipit vtrūq3 in Missa: quia hoc facit in memoriā3 passionis Domini nostri Iesu Christi: in qua totus sanguis Christi fuit a corpore separatus, & in terra sparsus.

¶ Quę sint quę impediant communicandum. Cap. 78.

Sacerdos igitur sacramentū3 Dñici corporis dispensaturus, debet illud dare oībus Chri fidelibus, saltē semel in anno, postquam ad annos discretionis peruenerint, tam masculis, q̄ fęminis. De pęn. & re. c. ois vtriusq3: nisi aliqd impedimentū occurrat. ¶ Impedimenta autem sunt ista. ¶ Primo, ois hereticus, schismaticus, excōicatus. 1. q. 1. c. Reperiūtur. Simoniacus, publicus ɔcubinarius, & notorius peccator, vc3, ɔfessus, vel conuictus, vel dānatus de crie, ita q nulla possit tergiuersatione celari, non est cōicandus, si in talibus perseueret: q2 hoc sacrm dandū est pęnitentibus, & non perseuerantibus in pctō. Nā ex institutione ecclesię nullus debet cōicari, nisi prius ɔfiteatur. c. ois. de pęni. & re. supra alleg. Vn̄, qn̄ sacerdos scit aliquem publicum pctōrem, non debet cū cōicare, nisi ɔstet de emendationis proposito. Si aūt sciuerit pctm̄ subditi secretum, & ille in Pascha petit

communionem

cōionem in publico, ex officio tenetur ipsum cōicare. Ext. de of. ord. c. si sacerdos. exemplo Chri, qui Iudam cōicauit: quē sciebat esse traditorē. ¶ Scdo, non est cōicandus hystrio, magus, scenicus, leno, & alijs publicis & iniustis actibus deseruientes: De consec. di. 2. pro dilectione. ¶ Tertio, pueris ante annum discretionis, & amentibus & furiosis non est dandum hoc sacrm. Si tn furiosus habet lucida interualla, & deuote petit sacrm superueniente furia pōt cōicari: nisi timeatur de vomitu, vel sputo, vel alia irreuerentia sacri. 26. q. 6. cap. is qui. Idem dicendum de phreneticis. ¶ Quarto, infirmāti & petenti sacrm, si timetur de vomitu, non debet dari. predicto. c. Is qui. ¶ Quinto pollutio polluitione nocturna, que puenit in causa pcti mortalis, puta, quia ɔsensit in cogitationē turpem carnalem, vel quia studiose inebriatus est, vel crapulatus: si ex aliqua istarū causarum sequit pollutio: prohibendus est a cōione. Si vero ex demone, vel infirmitate, vel purgatione nature hoc euenit: non est ei deneganda coio. ¶ Sexto ɔiugati debent per triduū ante sacri cōionē abstinere ab actu carnali. De consec. di. 2. c. ois homo. Qui si voluptate ducti inuicem miscentur, prohibendi sunt a cōione. 33. q. 4. c. vir cū propheta. Similiter si i delectatione, ebrietate, vel crapula non fuit deliberatio: q̄mis fuerit pctm veniale non debet ei denegari sacrm. Melius tamē esset pro tali die abstinere a cōione. ¶ Septimo, prohibent a cōione pugnantes in duello. 2. q. 5. ca. monomachiā. & non debet ei dari cōio. ¶ Octauo, nō ieiunis: nisi in necessitate. De cōs. dist. 2. c. liquido. 7. q. 1. ca. nihil. Non impedit cōionē, siquis lauando os, aliquid cibi, qd inter dentes remāserat, vel modicū aque deglutiret, qz per modū saliue illud accepit: & ɔtrā voluntatē deglutiuit. Siquis ante mediā noctē cibū sumpserit, siue dormierit, siue non, pōt cōicare. Si vero post mediā noctē, nō pōt: nisi in mortis periculo ɔstitutus. Hec S. Tho. in 3. par. q. 80. ¶ Dandum est aūt hoc sacrm personis fidelibus, puris, & sine pctō mortali existentibus: quia sacrm purū est: ideo pure a puris sumendū est: qz q aliter sumit, indigne sumit: & q māducat & bibit indigne hoc sacrm, iudiciū sibi manducat & bibit. 1. Cor. 11. Demoniacis si illud deuote petāt dari dz: quia posset esse causa sue liberationis. Mulieri puerpere, vel menstruū patiēti dari debet: sed melius est supersedere

re vsq; ad purificationẽ, pp reuerentiã sacri. Leprosis ẽt ⁊ morbo Gallico laborantibus, corrosis ⁊ consumptis labijs ⁊ dentibus, si timetur de periculo eiectionis, dari non debet, alias cõmunicandi sunt. Cõicandi sunt ẽt condemnati ad mortem, ẽt heretici, si illud deuote petunt. 13. q. vlt. c. fi. de pęn. ⁊ remis. c. 1. in clem. Si aũt hęc non poterunt, credant in Chrm: quia hoc est spũaliter manducare. De consec. dis. 2. cap. vt quid paras. Excõicato nunq̃ dari debet corpus Christi: nisi in articulo mortis, ⁊ illud deuote petenti: absoluto eo prius ab excõicatione: ⁊ prestita cautiõne satisfactionis, sicut tenetur: ⁊ prestito iuramẽto sacerdoti: q; si sanabitur, pñtabit se illi, qui eum põt absoluere. Quod si nõ fecerit: reincidit in eandem snĩam excõicationis. Siquis excõicatus, vel notorius peccator mittit pro confessore vt cõfiteatur, ⁊ interim amittit loquelam, si ostendit signa contritionis facta fideiussione a parentibus vel amicis, absoluetur ⁊ communicabitur. Idem fiat si sensum perdiderit, ⁊ probari possint signa contritionis. Hęc ex sacris Theologis in 4. sent. excerpta sunt.

De triplici Eucharistię sacramẽti sumptione. Cap. 79.

Tres esse huius sacramenti sumendi rationes ex patrũ traditione docuit sacra Tridentina Synodus. Sess. 3. cap. 8. Primo, sacramentaliter tñ, quo modo peccatores sumunt, qui sine debita aię, corporisq; pparatione sumere audẽt, atq; hi nullos ex sacramento fructus percipiunt, imo damnationẽ. Secundo, spũaliter tñ, atq; ita sumunt illi, qui desiderio ac voto propositum illum cęlestem panẽ edunt, qui tametsi nõ oẽs, maximos quidẽ vtilitatis fructus fide viua, quę per dilectionẽ operatur, inde percipiunt. Tertio, sacramentaliter ⁊ spũaliter: hoc modo sumunt, qui adhibita debita preparatione ad hoc sacramentum sumendum accedunt, hique amplissimos atque vberrimos ex ipso fructus consequuntur.

Ordo communicandi populum in Ecclesia, tam in Pascha, quam in alijs diebus. Cap. 80.

Circa formam cõicandi populũ in ecclesia, hic ritus seruãdus est. Sacerdos reconciliatis pęnitentibus, se debet ad Missam preparare, ⁊ tot particulas consecrare, quot populo suo sufficere credit. Finita Missa, retentis paramentis, vel si non celebrauit, pro tunc indutus superpelliceo cum stola, cereis

reis accensis, conuersus ad cōicandos genuflexos corā altari, facto primum signo crucis super se, ⁊ admonitis oībus, ꝙ se signent faciat eos dicere Confiteor, sicut in Missa dr̄. Uel si magis expediens iudicauerit faciat eis confessionem, sicut hʒ supra in cap. de ritu celebrādi Missam, post offertoriū. Cap. 22. fol. 80.
Finito Confiteor, vel prędicta cōfessione, sacerdos dicat. Misereatur vestri omnipotens deus: ⁊ dimissis oībus peccatis vestris, perducat vos cum oībus suis sanctis in vitā ęternā. Amē. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Oremus. Orō.
DEus, cuius indulgentiam omnes rogamus, memento famulorum famularumqʒ tuarum, qui lubrica terreni corporis fragilitate nudati sunt: da quęsumus, veniam confitentibus parce supplicibus: vt qui suis meritis accusantur, tua miseratione saluentur. Per Christum. Oremus. Oratio.
DEus misericordię, Deus pietatis, Deus indulgentię, indulge, quęso, ⁊ miserere his famulis ⁊ famulabus tuis: vt delictorum, quę nobis coram te suo ore confessi aperuerunt, nulla in eis macula reseruetur in terris: ⁊ per pęnitētię luctum ad tua mereantur venire promissa, per Christum. Oratio.
DEus noster Jesus Christus, qui dixit discipulis suis, quęcūqʒ ligaueritis super terrā, erūt ligata ⁊ in cęlis, ⁊ quęcūque solueritis super terram, erunt soluta ⁊ in cęlis: de quorum numero, quamuis indignos, nos esse voluit: ipse vos absoluat per ministeriū nr̄m ab oībus pctis vestris: q̄cunqʒ cogitatione, vel locutione, aut operatione negligenter egistis: atqʒ a nexibus pctōrūʒ vestrorū absolutos perducere dignetur ad regna cęlorum. Qui viuit ⁊ reg. Tunc sacerdos conuersus ad altare, inclinans se profunde coram sacramēto accipiat particulas super patenam: ⁊ vnam in manibus accipiens ostendat oībus, dicens.
Dicatis omnes, sicut ego dico. Dñe non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tātum dic verbo ⁊ sanabitur anima mea.
Et repetat scdō ⁊ tertio eadē verba in vulgari. Quo tertio repetito, dat corpus Dñi oīb⁹ successiue dicēdo. Corpus dñi nr̄i Jesu Christi custodiat, ⁊ perducat te in vitam ęternam. Faciēdo signū Crucis cū hostia super singulos. Et sic cōicet oēs, qui sunt in primo ordine. Qui posteaꝙ sacrm̄ sumpserint, surgant; ⁊ alij veniant: ⁊ sil'r cōicent. Et postq̄ cōicauerint, accipiāt ablutionē

ex

ex calice, quem aliquis minister tenebit a dextris altaris pãno inuoluto pede calicis, ad quẽ oẽs tergunt os suum. Et sic purificati genuflectant corã altari donec oẽs fuerint cõmunicati. Quo facto sacerdos super eos dicat. ℣. Ostende nobis dñe misericor. ℟. Et salutare tuũ da. no. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ. Oremus. Oro.

DEus, qui nobis sub sacro mirabili passionis tuę memoriam reliquisti, tribue, quęsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuę fructũ in nobis iugiter sentiamus, Qui viuis & reg. Oremus. Oratio.

SPiritum nobis domine tuę charitatis infunde, vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dñm nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecuz viuit & regnat in vnitate eiusdem &c. ℟. Amen. Postea benedicat eis dicens. Et benedictio Dei omnipotentis, pa ✠ tris & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti, descẽdat super vos, & maneat semper. Amen. Quo dicto si tunc celebrauit dicat euangelium, In principio. Et eo dicto, omnes recedunt.

¶ Ordo ad communicandum infirmum. Cap. 81.

CUm aliquis infirmus fuerit communicandus, sacerdos pulsare faciat cãpanã, aliquot ictus dãdo ex vna sola parte cãpanę ad conuocandos conuiciuos, qui volunt sociare corpus Chri. Quibus cõgregatis & intortitijs accensis sacerdos cum superpelliceo, stola, & pluuiali paratur, & duo clerici: quorum vnus portet lanternam cum lumine, & alter aquam benedictã, & cãpanulam, & libellum processionalẽ: qui habeant superpellicea. Et accipit sacerdos corpus Domini reuerẽter, & ponat duas particulas ad minus in tabernaculo, quod panĩculo serico cooperiatur: hñs pannũ sericũ longũ super scapulas suas: & portans corpus Dñi añ faciẽ suã eleuatũ, vadit ad domũ ĩfirmi: & post eum alter clericus q portat lãternã, sequatur: & si fieri põt, put Rome fit quatuor psone deferãt baldachinũ sup corpus Dñi & sacerdotẽ. Postea sacerdos, & illi q portãt intortitios, dehĩc alij mares, & feminę sequantur. Interiz ĩ camera infirmi paretur locus aliqs, q sit coopertus mappa albissima: sup quo sacerdos possit reclinare tabernaculũ corporis Chri. Ibi et parentur cyathi cuz vino & aqua. Ingressus sacerdos cũ corpore Chri camerã dicat, Pax huic domui. ℟. Et oibus habitãtibus in ea. Deinde deposito taber-

nacilo

naculo super locum paratum, accedens ad infirmum aspergat eum aqua benedicta, dicens Añam. Asperges me. ps. Miserere mei Deus. Gloria. & repetitur Aña Asperges me. Qua repetita dicat sacerdos. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus sperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaud. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus, infirmitatis humanę singulare pręsidium, auxilij tui super infirmũ famulum tuum ośde virtutem: vt ope misericordię tuę adiutus, ecclesię tuę sanctę incolumis repsitari mereatur. Per Chřm. Deinde infirmus dicat Cõfiteor, si scit: vel sacerdos faciat ei confessionem sicut superius in ordine celebrandi Missaȝ. fol. 80. Postea dicat Misereatur & Indulgẽtiam. Postea absolutionem, Dñs Jesus Christus vt supra in generali cõione. ca. immediate pręcedenti. Postea sacerdos eleuet corpus Dñi de pyride vel calice, & ostẽdat infirmo, dicens. Credis q̃ hic sit Christus saluator mundi? Quo dicente, Credo, Dicat sacerdos Dic sicut ego dico: Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tñ dic verbo & sanabitur anima mea. Quo dicto ter, sacerdos dans infirmo Eucharistiã dicat Accipe frater vel soror viaticuȝ corporis domini nři Jesu Chři: qui te custodiat ab hoste maligno, & perducat in vitam ęternam. Amen. Postea sacerdos lauet digitos suos cum vino puro & aqua, & tradat infirmo lotionem nihil dicens. Peracta cõione sacerdos dicat. ℣. Domine exau. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine sancte pater oṗs, ęterne Deus: te fideliter deprecamur: vt accipienti fratri nostro vel sorori nostrę sacrosanctũ corpus dñi nři Jesu Chři filij tui taȝ corpori, q̃ aię prosit ad remediũ sempiternuȝ. ℟. Amen. Et hoc dicto, iterum aspergat aquam benedictam, & dicat Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Exaudi nos dñe sancte pr̃ oṗs, ęterne deus: & mittere digneris sanctum Angelũ tuuȝ de cęlis: qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat oẽs habitantes in hoc habitaculo. Per Christum. ℟. Amen. Quo dicto reuertatur ad ecclesiam,

fiant dicendo ps Miserere mei Deus. Reuersus igitur ad Ecclesiam sacerdos cu3 corpore Dñi, dum fuerit ante chorum, vel ante altare sacramenti, vertat se ad eos, qui sacrm associauerût genuflexos, vel faciat eis breuem confessionem ꝛ absolutionẽ, ꝛ annunciet indulgentiam dierum ducentoꝛu3 illis, qui sacrm cũ lumine sunt prosecuti: qui vero sine lumine centu3 dies ꝑ quolibet. Postea dicat super eos oꝛonẽ. Dñs vo. Oremus. Oratio.

D Eus, qui nobis sub sacramẽto mirabili passionis tuę memoriam reliquisti, tribue, quęsumus, ita nos corporis ꝛ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuę fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis ꝛ regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Postea eleuato tabernaculo cũ corpore Domini, faciat signu3 crucis super eos omnes, ꝛ reponat sacramentum in loco suo.

¶ Caueat sacerdos, ꝙ non det corpus Christi alicui infirmo, nisi fuerit in bono sensu, ita ꝙ cognoscat illud bene ꝛ aperte, quod quantumcunque infirmus confessus fuerit peccata sua. Sacerdos communicato infirmo, debet eis bonis verbis persuadere, ꝙ si necesse fuerit, detur sibi sacramentum extremę vnctionis.

¶ Si epũs infirmatur, ꝛ vult corpu Dñi post confessionẽ sumere sacerdos celebrãs Missam pro eo in camera, faciat oẽs ceremonias pręfatas, excepto ꝙ reseruet particulam pro episcopo, ꝛ non totum sanguinem sumit, sed partem eius reseruat pro episcopo, quã post corpus Dñi ei dat. Sacerdotes aũt infirmi, quãdo se cõicãt, debent habere stolam a collo pẽdentem, ꝛ sic cõicare se debẽt. 23. dist. c. ecclesiastica. Alia omnia, vt supra seruantur. Sacerdos parochialis debet visitare infirmos sepe. De celebr. c. 1. ꝛ stare ieiunus vsque ad horam congruam celebrandi: ꝛ si celebrat, non debet sumere purificationem propter necessitatem, scilicet possibiliter occursura3, nisi aliũ habeat: per que3 possit supplere: vt no. Panor. in d. ca. ¶ Item sacerdos parochialis põt sacrã conferre peregrinis ꝛ hospitibus confluentibus ad ecclesiam suam: ẽm Panor. in d. ca. ꝛ mortuos ibide3 sepelire: nisi alibi elegerint sepulturam: ꝛ eo casu debet habere quartam.

¶ De custodia sacramenti Eucharistię. Cap. 82.

P Rimo dicendum est de custodia sacramenti Eucharistię, quę maxima cum reuerentia ꝛ custodia sub clauibus firmissimis

sumis debet conseruari, ne ad manus maleficorum deueniat: ne, quod ecclesię, & christiano populo datum est ad salutem, diabolo operante ad perniciem conuertatur. de celebr. Miss. ca. Sane. De custo. Euch. ca. Statuimus. ¶ Sacerdos autem in hoc negligens, si per eius incuriam & malam custodiam corpus Domini fuerit male expositum, debet tribus mensibus ab officio suspendi: & siquid nefarium inde factum fuerit, maiori pęna est puniendus. Aduertat etiam sacerdos, ne hostię consecratę in magno numero pro conseruatione consecrentur, ne corrũpantur a vermibus: & adeo firmo vase includi debet, ne a muribus corrodantur: & in ipso vase lineus panniculus, qui purificatorium dicitur, ponatur: in quo hostię reponantur, vt melius cõseruentur. Sępius autem mutandę sunt hostię: antiquę sumẽdę sunt, & recentes consecrandę. Quod si aliquando a vermibus corroduntur, si species integrę remanent: quia ibi est corpus Christi, reuerenter & diligenter a vermibus sunt purgandę, & sumendę: vermes vero cõburendi sunt super patenã: & cineris in sacrario reponi debent. Debet etiam sacerdos ante corpus Christi tenere lampadem accensam, quia ibidem est corpus domini nostri Iesu Christi. Qui est vera lux, quę illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum. Io. 1. c. Et debet sacerdos non solũ cõseruare diligenter sacrm̃ Eucharistię: verum ẽt oĩa ad illud ordinata debet tenere munda & nitida: sicut paramenta, calices, corporalia, altaria, & ecclesiam: alias peccat mortaliter: quia hoc ei in iure pręcipitur. De custo. Euch. ca. reliqui. Nec debet permittere in ecclesijs poni supellectilia, vasa & alia ad laicos pertinentia, nisi in casu bellorum, aut incendiorum repentinorum, aut propter alias necessitates vrgẽtes: & eo casu cessante necessitate ad loca pristina reportentur. ¶ Ex concil. Turon. Cap. 4. Omnis presbyter habeat pyxidem, aut vas tanto sacro dignũ: vbi corpus Dñicum diligenter recondatur, ad viaticum dandũ recedẽtibus a seculo. Semperque super altare habeatur Eucharistia obserata propter mures & nefarios hoĩes: & de septimo in septimum diem semper mutetur. i. a presbytero illa sumatur: & alia, quę eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur: ne forte diutius obseruata, mucida, (quod absit) fiat. ¶ Ex Epistola Clementis Papę. Capit. 28. Presbyter semper Eucharistiam

stiam habeat paratam: vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet: ne sine communione moriatur.

¶ De penitentia male seruantis sacramentum Cap. 83.

Ex concil. Aurelian. ca. 6. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, vt a vermibus consumptum ad nihilum deuenerit, tres quadragesimas in pane et aqua peniteat. Si integer inuentus fuerit in eo vermis, comburatur: et cinis sub altari cōdatur: et qui neglexerint, quaternis diebus suam negligentiam soluāt. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificium. 20. dies expleantur ieiunio. Conglutinatum vero, septem dies qui in causa sit peniteat. ¶ Ex concil. Remen. c. 3. Corporale, super quod sacra oblatio immolatur, ex mundissimo et purissimo linteo sit: nec in eo alterius generis materia preciosior aut vilior misceatur, et nunquam super altare remaneat, nisi in tempore Misse: sed aut in sacramentorum libro ponatur, aut cum calice et patena in mundissimo loco recondatur. Et quando abluitur a sacerdote, diacono: vel subdiacono: primo in ecclesia, in loco et vase ad hoc preparato abluatur: eo q ex dominico corpore et sanguine infectum sit. Post hec a lauandario nitide lotio paretur.

¶ Casus prohibiti et concessi tempore generalis interdicti ecclesiastici.

Isti aūt sunt casus ɔcessi, et prohibiti tēpore generalis interdicti secundū dn̄m Jo. And. de Calder. Bononiensem famosissimū vtriusq iuris doct. ¶ Primo ɔferri pōt baptismus, cū officio cathecumenoꝝ. ¶ Item cōfirmatio pōt ɔferri, et chrisma ɔfici. ¶ Itē penitentia imponi pōt, et absolui: remanētibus aliis circunstantiis. ¶ Item infirmis pōt dari corpus Chri in presentia astantiū. ¶ Itē corpus Chri pōt portari cum lumine, et cāpana pulsari. ¶ Itē pulsari potest campana pro predicatione, et predicari. ¶ Item non debet pulsari aliqua campanula pro diuino officio ad ɔgregationem clericorum. ¶ Item non debet pulsari aliqua campana, vel campanula pro funere.
¶ Item laici possunt pulsare campanam ad ostendendū tempus horarum, sicut Tertiam, et Nonam etc. ¶ Itē potest pulsari ad Aue Maria. ¶ Itē famuli sacerdotū in Ecclesia nō collegiata possunt admitti ad diuina, non autem collegiata.
¶ Item sacerdos potest mutare famulum et alium recipere,

vel ēt si ille moreretur: dum tñ ille electus sic, nō esset in alia ecclesia collegiatus vel intitulatus. ¶ Itē archipresbyteri rurales, qñ ꝯficiūt baptismū, pñt accipere ꝑsbyteros rurales. ¶ Itē laici admitti pñt ad crucē adorandā in parasceue. ¶ Itē extrema vnctio nō pōt dari nec a laicis, nec clericis. ¶ Itē cōmēdatio aiarū fieri pōt tā a laicis, ꝙ̄ clericis. ¶ Itē pōt fieri officiū circa sepulturam clericorum, sed non laicorum, voce submissa, sine cantu exclusis secularibus, non pulsatis campanis pręsente corpore. ¶ Item clerici qui sunt interdicti non possunt celebrare, nec laici diuina audire in Ecclesia extra ciuitatem, nec in ciuitate interdicta, nec ēt peregrini existētes. ¶ Item mulieribus pręgnantibus, vbi timetur de morte, pōt dari corpus Christi. ¶ Item ecclesię pñt consecrari & reconciliari, & altaria stantia, & viatica, & paramēta, & vasa sancta, & oratoria cōsecrari, sed tamen secrete. ¶ Item in quatuor festis priuilegiatis. s. Natalis Dñi, Paschę, ac Pentecostes, & Assumptionis Virginis. ca. alma. de sen. exc. in 6. non potest fieri officium circa funus publice, nec clericis, nec laicis, nec debent laici in cemeterijs sepeliri. ¶ Itē in prędictis quatuor festis pōt alia Missa priuata cātari, ꝙ̄ Missa de festo: dummodo Missa de festo nō omittatur. ¶ Item in prędictis quatuor festis clerici beneficiati non pñt in alia ecclesia officiare, si aūt non hñt ecclesias, pñt: dico tñ non collegiatas: dico ēt si presbyter non careat clerico: potest etiā in collegiata celebrare. ¶ Itē in prędictis quatuor festis, sequens completorium cantari non potest. ¶ Item clerici diuersarum ecclesiarum in ciuitate interdicta non possunt extra ecclesiam dicere simul officium: extra ciuitatem tamen possunt: dummodo ipsi clerici non sint interdicti. ¶ Item clerici possunt dare substitutos, seu vicarios loco sui: si ex hoc habent priuilegium, vel ab homine, vel a iure, dummodo non sint officiati alibi, si aūt alias, non possunt. ¶ Item moniales, seu sorores per episcopū approbatę & confirmatę, non habentes ꝓprium sacerdotem determinatum pñt alium pretio cōducere, qui eis Missam celebret, ipsis pręsentibus: dūmodo nō sint interdictę, nec sacerdos aliam habeat ecclesiam: & talis potest eis sacra cōferre per totum annum. ¶ Item laici interdicti nō possunt extra ciuitatē se cōmunicare, nec audire diuina: si autē nō sunt interdicti, &

ex spe=

ex speciali priuilegio ad diuina admittatur, non possunt in quatuor diebus priuilegiatis communicare: nec etiam clerici interdicti possunt communicare: si autem nō sunt interdicti, possunt. ¶ Itē panis, et fructus oliue, et huiusmodi possunt secrete benedici, et dari clericis, et laicis: in festis vero priuilegiatis possunt publice benedici, et dari. ¶ Item benedictio sponsorum pōt fieri in die aliquo priuilegiatorum in aliis aūt non. ¶ Itē non potest fieri aliquod officium mulieribus post partum, nisi in diebus priuilegiatis. ¶ Item fieri potest benedictio mense presentibus secularibus: cum non sit de horis canonicis, nec competat ratione alicuius ordinis: potest enim laicus hoc facere.

¶ Finit quartus Tractatus libri Sacerdotalis de sacramento Eucharistie.

¶ Incipit quintus tractatus prime partis libri Sacerdotalis, De sacramento extreme vnctionis, et ei annexis, et consequentibus, De materia, forma, ministro, effectu sacramenti extreme vnctionis, et quibus corporis partibus dari debeat, et an debeat iterari. Cap. i.



Extreme vnctionis sacramentum debet dari laborantibus in extremis. Et istud sacramentū inducit mundationem a peccatis. Circa quod plura aduertēda sunt, videlicet,

Materia, Minister,
Forma, Effectus,
Quibus dari debeat,
Quibus corporis partibus, Et an possit reiterari.

¶ Materia sacramenti extreme vnctionis, que sit. Cap. ii.

Materia huius sacri est oleum oliuarum, et non aliud oleum, ab epō prius sanctificatum, et benedictum: Quod sacramētum Christus instituit qñ apostolos ad predicandum missos docuit oleo vngere infirmos. Marc. 6. Et beatus Iacobus in canonica sua. 5. c. dicit: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie: et orent super eum, vngentes eum oleo sancto.

Et tale oleum vocatur Oleum infirmorum, non cathecumenorum. Unde diligenter aduertat sacerdos, ne vnum pro alio ministret: de Sacra vnct. c. Unctio. Et si errore hoc fecerit, debet caute suppleri per sacerdotem. de Sacramentis iterandis vel non. cap. 1. in fine.

Forma huius sacramenti, que sit. Cap. 3.

Forma huius sacramenti sunt verba, que profert Sacerdos quãdo inungit infirmum. s. Per istam vnctionem & suaz pijssimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, per auditum &c. Et licet varie sint forme huius sacramenti, tamen melius est vti forma S. Romane Ecclesie, que est mater & magistra aliarum Ecclesiarum. Ex concilio Florentino. Forma sacramenti extreme vnctionis hec est. Per istam vnctionem & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi dñs quicquid deliquisti per visum, similiter in alijs membris.

Minister huius sacramenti quis sit. Cap. 4.

Minister huius sacramenti est solus Sacerdos, & non alius. Quod patet in predicta authoritate sancti Jacobi. cap. 5. vbi ait, Inducat presbyteros &c. 25. dist. 5. Sed queritur, & cap. sequen. Nec est de necessitate, quod sint plures sacerdotes presentes, sed vnus solus cum clerico potest sacramentum conferre. De verbo. signifi. ca. quesiuit. Si tamen sint plures sacerdotes melius est. Et ille qui inungit, debet dicere verba, & ceteri respondere, & assistere, & pro infirmo orare.

De effectibus huius sacramenti. Cap. 5.

Effectus huius sacramenti est multiplex. Primus est consolidatio spiritualis debilitatis per peccatum inducte. Dicit enim S. Tho. q talis vnctio dicitur quedaz spiritualis sanatio, quia datur contra quandam inhabilitatem, vel ineptitudinem, que in nobis remanserunt ex peccato actuali, vel originali, vel venialium peccatorum remissio. Secundus effectus est sanitas corporalis, si diuina sapiẽtia id nouerit infirmo vtiliter expedire. Tertius est: quia per istud sacrm remittuntur peccata venialia & mortalia, que ignorat: vt in eadem authoritate beati Jacobi. Et si in peccatis fuerit dimittentur ei. Jacobi. 5. cap. Quartus est diminutio pene pctõ mortali debite. Quintus est gratie augmentum, que in hoc sacro confertur & augetur,

tur, nisi ob exponatur: ꝛ ex consequenti, gloria. ¶ Sextus est interior letitia, ꝛ robur contra demonis insidias, que potissime tunc insunt. ¶ Septimus arctatio diabolice potestatis, que non est ita potens sumpto sacramento. ¶ Octauus est protestatio decedentis, ꝙ permanserit in fide militantis ecclesie, ex qua vadit ad ecclesiam triumphantem: tanꝙ miles, qui fideliter pugnauit.

¶ Quibus dari debeat hoc sacramentum. Cap. 6.

HOc sacramentum dari debet solis infirmis adultis ꝛ penitentibus, qui sunt infirmi in periculo mortis: ꝛ illis, qui instanter petunt illud ꝛ petierunt, licet tunc nihil intelligant propter mortis anxietatē, vel phrenesim, vel aliud accidens: pueris autem, ac euntibus ad pugnam, aut alio modo in periculo casuali mortis positis, ac etiam ad mortem damnatis non datur.

¶ Quibus corporis partibus debeat dari hoc sacramentum. Cap. 7.

DAndum est autem hoc sacrm̄ in illis corporis partibus, ꝛ locis, per que morbus in animā intrauit. Et quia quinque sensus sunt illi, per quos potissimum hō peccat: ideo in illis locis dandum est. ¶ Ex concil. Floren. predicto. Hoc sacrm̄ infirmo, de cuius morte timetur, dari debet. Qui vngendus est in oculis ꝑꝑ visum: in auribus ꝑꝑ auditū: in naribus ꝑꝑ odoratum: in ore ꝑꝑ gustum, vel locutionem: in manibus ꝑꝑ tactum: in pedibus ꝑꝑ gressum: in renibus ꝑꝑ delectationem ibidem vigentem. Hec ibi. Mulieribus non vnguntur renes propter honestatem. Et si quis non haberet oculos, vel nasum, vel alia membra, inungantur loca magis propinqua dictis sensibus, vel locis, qui inungi deberent. Inunguntur ēt renes: quia in eis incentiuum libidinis consistit. Ideo Saluator noster Luc. 12. dicit Sint lumbi vestri precincti, ꝛc. Non debent autē scapule inungi, quia vncte fuerunt in baptismo. Nec manus presbyteri vngende sunt interius, sed exterius: qꝛ prius ab epō interius inuncte fuerunt in ordinatione sacerdotij. Et si talis infirmus laborat in extremis cito inungat, ne inunctus decedat. dis. 5. ca. bap.

¶ An hoc sacramentum possit reiterari. Cap. 8.

POtest autem reiterari hoc sacrm̄ toties, quoties infirmus morti appropinquare videtur. Sed in eadem infirmitate, si fuerit longa, ꝛ timetur de periculo mortis, poterit reiterari semper.

Si vero sit infirmitas breuis, non reiteratur, nisi recidiuauerit. Nec est expectandum ad inungendum infirmum vsque ad vltimum: quia tunc nullum sensum, vel deuotionē habere potest. Et debet dari etiā illud recusanti, dūmodo sit penitens, ipsum ligando per manus, & pedes, & brachia, & sic inungi. Qui negligunt recipere hoc sacramentū, vel contemnunt, grauiter peccant: & tempore interdicti ecclesiastici hoc sacr̄m non debet conferri. Sacerdotes curati, qui renuunt, aut negligūt hoc sacramentū conferre, nō euadunt pctm̄ mortale. Sacerdos quolibet anno debet sacrum oleū mutare: & vetus in Ecclesię lāpadibus ad comburendū ponere. Et si contrariū faceret, grauiter peccaret. de cōse. dist. 4. Siquis de alio. Et si sacrū Chrisma, vel oleum cathecumenorū, vel infirmorum, ex vsu defecerunt: debet super illa imponi oleum non benedictum, & totum efficitur benedictum. De consec. Eccle. vel Alta. c. quod in dubijs. Sacerdos nō debet petere in collatione huius sacramēti pecuniā: quia simoniacus esset: sponte tamen oblatā potest recipere. 1. q. 3. c. vlti. Et si infirmus petierit hoc sacramentum, & antequā sacerdos veniat, loquelam amiserit, vel notitiam, nihilominus sacerdos eum inungat. 26. quęst. 5. cap. his qui. & de senten. excōmun. cap. a nobis. 2. quia in tali casu etiam deberet baptizari: & a peccatis absolui. De baptis. & eius effect. capitu. maiores. Sacrum Chrisma, oleum cathecumenorum, & oleum infirmorum seruari debet in Ecclesia, in loco decenti, ac sub clauium custodia, non tamen in eodem loco, vbi Eucharistię sacramentum seruatur propter eiusdem reuerentiam.

¶ Ordo ad vngendum infirmū s̄m Romanam Curiā. Cap. 9.

Sacerdos vncturus infirmum, in primis accipiat oleum sanctum. deinde ordinate procedat, dicendo ps. Miserere mei. vt dictum est supra in cōmunione. Cum autem peruentum fuerit ad locum, vbi iacet infirmus, sacerdos intrans dicat ℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde stans ante egrotum dicat ℣. Adiutorium nr̄m in noīe dn̄i. ℟. Qui fecit celum & terram. ℣. Dn̄s vo. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Adesto dn̄e supplicationibus nostris, & me indignum, qui primum misericordia tua indigeo, clementer exaudi: & quē non electione meriti, sed dono grē tuę cōstituisti huius operis mini-

ministrū, da fiduciā tui muneris exequendi, τ ipse in nro ministerio, qđ tuo virtutis est operare. Per Christū. Oremus. Oratio.

Introeat domine Jesu Christe domum hanc sub nostre humilitatis ingressu eterna felicitas, diuina prosperitas, serena letitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus demonum: adsint angeli pacis: domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica domine super nos nomen sanctum tuum: τ bene ✠ dic nostre conuersationi: sanctifica nostre humilitatis ingressum: qui sanctus τ pius es: τ permanes cum patre τ spiritu sancto in scl'a sclorum. ℟. Amē. Oro.

Oremus τ deprecemur dn̄m nr̄m Jesum Christum, vt benedicendo bene ✠ dicat hoc tabernaculum, τ oēs habitantes in eo: τ det eis angelum bonum custodem: τ faciat eos sibi seruire ad considerandum mirabilia de lege sua: auertat ab eis omnes contrarias ptātes: eripiat eos ab omni formidine, τ ab omni perturbatione: ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum patre τ spiritu sancto viuit τ regnat in secula seculorum. ℟. Amen. Deinde dicat hanc orationem.

Exaudi nos domine sancte, pater op̄s, eterne Deus, τ mittere digneris sanctum angelum tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Et ponatur imago crucifixi ante oculos infirmi: vt eam possit respicere. Deinde in modum crucis aspergat egrotum aqua benedicta: postea domum, dicendo ante. Asperges me domine. cum ℣. Miserere mei Deus. τ Gloria pa. τ Sicut erat. τ repetitur Aña Asperges me. vt supra. Deinde immediate faciat egrotus confessionem: τ dicat. Confiteor. Quo dicto sacerdos dicat.

Dominus noster Jesus Chrs te absoluat: τ ego absoluo te ab omni vinculo excōicationis maioris, siue minoris, suspensionis, vel interdicti, τ ab omnibus pctis tuis: τ restituo te vnitati, τ cōioni sancte matris Ecclesie absolutum. In noie pa ✠ tris τ fi ✠ lij τ spūs ✠ sancti. Amen. Et tūc oēs clerici astantes dicat, legendo septem psalmos pniales. Dum aūt psalmi dnr, vel cum dicti fuerint, sacerdos intincto pollice in oleo scō dicat absolute.

In nomine pa ✠ tris, τ fi ✠ lij, τ spiritus ✠ sancti: extinguatur in te ois virtus diaboli, per impositionem manuum

nostrarum:

nostrarum: imo per inuocationem omnium sanctorum Angelorũ, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrũ, Confessorum, Virginum, atq; omnium simul Sanctorum. ℟. Amen. Quo dicto, faciat signum crucis de oleo sancto in corpore egri in septem locis subscriptis, ad vnamquamque crucem, propriam orationem dicendo. Ad oculos.

Per istam sanctam vn ✠ ctionem, & suam pijssimã misericordiam, parcat tibi dñs, quicquid deliquisti p visum. ℟. Amen. Minister vero tergat locum inunctũ, cũ stuppa, reponens eã in vase mundo: & sic faciat post quamlibet vnctionem. Ad aures.

Per istaz sanctã vn ✠ ctionez, & suã pijssimã misericordiã parcat tibi dñs quicquid deliquisti per auditũ. ℟. Amen. Ad nares.

Per istã sanctam vn ✠ ctionẽ, & suam pijssimã misericordiam, parcat tibi dñs quicquid deliquisti p odoratũ. ℟. Amẽ. Ad labia.

Per istam sanctam vn ✠ ctionem: & suam pijssimaz misericordiam, parcat tibi dominus quicquid deliquisti per gustum, & locutionem. ℟. Amen. Ad manus.

Per istam sanctam vn ✠ ctionez, & suã pijssimã misericordiaz, parcat tibi dñs quicquid deliquisti p tactũ. ℟. Amen. Ad pedes.

Per istã sanctã vn ✠ ctionẽ, & suã pijssimã misericordiam, parcat tibi dñs quicquid deliquisti per gressum. ℟. Amẽ. Ad lũbos.

Per istam sanctam vn ✠ ctionem, & suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dominus quicquid lumborum delectatione deliquisti. ℟. Amen. Postea dicat sacerdos.

Vnxi te oleo sancto in nõie Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et non lateat in te immũdus spũs, & dolor, siue insanabilis languor, neq; in membris tuis, neq; in medullis, neq; in cõpaginibus mẽbrorũ tuorũ: sed virtus Chri altissimi in te corroboretur. Quõ sicut vngit Samuel Dauid in regem prophetam olei operatione, omnipotentis virtute, sic suo sancto medicamine te vnxi quatenus per huius mysterij operationem, & per hãc sacrati olei vnctionem, atq; nostraz deprecationez, virtute sancte Trinitatis medicatus atq; refectus, pristinam ac melioratã recipere merearis sanctitatem a domino omnipotente. Qui viuit & regnat Deus in secula seculorum. ℟. Amen. Oremus.

Per istam sanctam vnctionem, & per Dei virtutem, & per mysterij nostri benedictionez, sanctificent ab omni sorde pecca-

ti manus et os, cor quoque ac sensus, visus, auditus, gustus, tactus, et odoratus, ac totum corpus tuũ, et anima tua: et idoneus efficiaris ad inuocandum atque sanctificandũ Deum et benedicendum nomen eius. Reddat tibi dñs lętitiã salutaris tui, et spũ principali cõfirmet te, et spũm scm̃ innouet in visceribus tuis: et ne auferat illũ a te. Sed benedictio Dei Pris, et Filij, et Spũs sancti descendat super te: copiosaq; super caput tuũ defluat: et in extrema corporis tui descendat. Interius exteriusq; te repleat, atque circundet: et sit semper tecum. Per Christum. ℟. Amen.

SAnet te Deus, pater omnipotẽs, qui te creauit. Sanet te Jesus Christus, qui pro te passus est in cruce. Sanet te spiritus sanctus, qui tibi in baptismo infusus est. Sancta trinitas vnus Deus gratiam suam ad profectum salutis animę et corporis in te augeat: et ab omni malo te liberet, ac in bono iugiter conseruet. Qui viuit et regnat Deus in secula seculorum. ℟. Amen.

Quibus omnibus peractis, et a clericis psalmis et litanijs lectis, sacerdos dicat Kyrieelei. Christe. Kyrieeleison. ℣. Pater noster sub silentio. ℣. Et ne nos inducas in ten. ℟. Sed libe. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orat. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine Deus, qui per Apostolũ tuũ locutus es: Infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros ecclesię, et orent super eum vngentes eum oleo sancto in nomine domini: et oratio fidei saluabit infirmum, et alleuiabit eum dominus: et, si in peccatis sit, dimittentur ei: cura (quęsumus) Redemptor noster grãtia Spiritus sancti lãguores istius infirmi: et sua sana vulnera: eiusque dimitte peccata: atque dolores cunctos cordis et corporis ab eo expelle: plenamque ei interius exteriusq; sanitatem misericorditer redde: vt ope misericordię tuę restitutus, ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre et Spiritu sancto viuis et regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Alia oratio.

REspice, quęsumus domine, famulum tuũ in infirmitate sui corporis fatiscentem: et animam refoue quam creasti: vt castiga-

castigationibus emendatus se sentiat tua medicina saluatum. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

Domine sancte, pater omnipotens, eterne deus qui benedictionis tue gratiam egris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem tui nominis benignus assiste: vt famulum tuum N. ab egritudine liberatum, et sanitati donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque ecclesie tue sanctisque altaribus tuis, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

Dominus Jesus Christe apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te reficiat: circa te sit, vt te conseruet: ante te sit, vt deducat: post te sit, vt te custodiat: super te sit: vt te benedicat. Qui in trinitate perfecta viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Postea stuppa proijciatur in ignem. His omnibus peractis reuertantur ad ecclesiam: et Crux remaneat coram infirmo.

¶ Ordo vngendi infirmum secundum vsum Patriarchatus Venetiarum.

Sacerdos accedere volens ad vngendum infirmum: sumpto superpelliceo, et stola, et libello cum ministro ad infirmum accedat. Et ibidem superpelliceo et stola paratus accedens ad lectum infirmi dicat. Pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea. Et aspergat infirmum, et thalamum, et astantes aqua benedicta. Quo facto paucis verbis infirmum consoletur: et hortetur ad habendam spem et fiduciam in domino Deo. Et postea dicat.

Dominus vobiscum. ℟. Et cum spir. Oremus. Oratio.

Omnipotens, et misericors Deus, immensam pietatem tuam humiliter imploramus: vt ad introitum humilitatis nostre in tuo nomine hunc famulum tuum N. in hoc habitaculo iacentem fessum salutifere visitare digneris, sicut visitasti Tobiam et Sarram, socrum Petri, puerumque Centurionis, atque eum restituas pristine sanitati anime et corporis, vt recepta ipsa pristina sanitate gratiarum tibi in ecclesia tua referat actiones. Per Christum. ℟. Amen. Deinde sacerdos intingens pollicem in oleo sancto infirmorum, vngat caput infirmi in modum crucis, dicens,

Vngo caput tuum oleo sanctificato. In nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lii, et spiritus ✠ sancti: vt more militis vncti preparatus ad luctamen, possis aereas superare cateruas: per Christum. ℟. Amen. Et extergatur stuppa locus unctus, et ponatur in vase mundo. ¶ Ad oculos.

VNgo oculos tuos oleo sanctificato. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid de illicito visu deliquisti, huius olei vnctioni expietur. Per Christum dominum nostrum. Qui tecum vi. ⁊c. ℟. Amen.

¶ Ad aures.

VNgo has aures sacrati olei liquore, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid delectatione nocium auditus admissum est medicina spirituali euacuetur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Ad nares.

VNgo has nares oleo sacrato, in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid noxio vapore cōtractū est ab odore superfluo: ista emendet vnctio, vel medicatio. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Ad labia.

VNgo labia ista consecrati olei medicamento, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid gustu superfluo ⁊ inordinato, vel otiosa vel criminosa peccasti locutione, diuina clementia miserāte hac vnctione expurgetur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Ad pectus.

VNgo pectus tuum oleo sancto: vt hac vnctione protectus, fortiter stare valeas aduersus aereas cateruas, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti, sit hec vnctio olei sanctificati ad purificationem mentis ⁊ corporis. Per Christum dominum nostrum. Qui tecum. ℟. Amen.

¶ Ad scapulas.

VNgo has scapulas, siue in medio scapularum oleo sacro, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt ex omni parte spirituali protectione munitus, valeas diabolicos impetus viriliter contemnere, ac procul possis eos robore superni iuuaminis repellere: Per Christum dominum nostrum. Qui tecum viuit ⁊ regnat. ℟ īum. Amen.

¶ Ad manus.

VNgo has manus oleo sanctificato, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid illicito, vel noxio tactu, vel opere peregerunt, per hanc vnctionem euacuetur. Per Christum dominum nostrum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟ īum. Amen.

¶ Ad pedes.

VNgo hos pedes oleo benedicto, In nomine Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ sancti: vt quicquid superfluo, vel nociuo incessu commiserunt, ista aboleat vnctio, vel medicatio. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Bene-

¶ Benedictio super infirmum inunctum.

Bene ✠ dictio Dei omnipotentis cum angelis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio domini nostri Jesu Christi cum apostolis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio Spiritus sancti cum septem donis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sanctę Ecclesię catholicę cum filijs suis electis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sanctę Marię Virginis matris domini nostri Jesu Christi cum filiabus suis sanctis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sancti Petri principis Apostolorum ⁊ omnium apostolorum sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio quatuor Euangelistarum Christi, cum quatuor Euangelijs, ⁊ quatuor passionibus Christi sit super te. ℟. Amē.

Bene ✠ dictio sanctę Crucis Christi, cum virtute Altissimi sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Adã per passionem filij tui domini nostri Jesu Christi. ℟. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Noe, ⁊ filios eius post diluuium. ℟. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Abraham propter fidem suam. ℟. Amen.

Bene ✠ dic Dominę famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Moysen per decem verba legis, quę dedisti ei in monte Sinai. ℟. Amen.

Bene ✠ dic Domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Dauid, propter eius deuotionem ad te, ⁊ propter fortitudinem manuum suarum. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio omnium gentium celestiũ sit super te. ℟. Amē.

Vt ant merita ⁊ orationes omnium sanctorum tecum in diebus ⁊ noctibus: in verbo ⁊ facto, in cogitatione, ⁊ omni tempore cõmendo te sub potestate sanctissime Trinitatis. ℟. Amen.

Illuminet faciem tuam super te dominus, ⁊ misereatur tui. ℟. Amen.

Conuertat dominus vultum suum ad te: ⁊ det tibi pacem. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

In nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ sancti accipe sanitatem mentis et corporis. ℟. Amen.

Haec unctio per istud signum sanctae cru ✠ cis, et per oleum sancti ✠ ficatum, et per dominum sancti ✠ Spiritus fiat tibi ad sanitatem et sempiternam salutem. ℟. Amen. Deinde dicat Sacerdos. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spir. Oremus. Oratio.

Domine Iesu Christe, qui es salvatio, et redemptio nostra, qui es vera salus, et medicina, et a quo omnis sanitas, et medicamentum venit, qui apostoli tui voce instituis, ut languidos olei liquore tangentes ungamus: postulamus misericordiam tuae pietatis: et quaesumus, ut respicias propitius super hunc famulum tuum ab illa summitate caelorum, ut quem languor curvat ad exitum, et virium contractio pertrahit ad occasum medela tuae gratiae saluti restituat castigatum. Extingue in eo libidinum et febrium actus, aegritudinum et cupiditatum tormenta, dissolue superbiae inflationem, tumoremque compesce: ulcera et putredines vitiorum evacua, viscerum interna, cordiumque ac medullarum, et cogitationum sana discrimina: conscientiarum atque plagarum abducito cicatrices physicis, et phantasmaticis adesto periculis: veteresque atque immensas remove passiones: opera carnis sanguinisque materiam compone: ac delictorum illi veniam propitiatus attribue: sicque illum iugiter custodiat pietas tua: ut nec ad corruptionem aliquando sanitas, nec ad perditionem te auxiliante perducat infirmitas fiatque illi haec olei sacra perunctio concita morbi praesentis expulsio, et peccatorum omnium optata remissio: te concedente Salvator mundi. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Propitietur dominus cunctis iniquitatibus huius infirmi: et sanet omnes languores illius: redimatque de interitu perpetuae mortis vitam eius: et corroboret et satiet in bonis omnibus desiderium ipsius. Qui vivit et regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Concede nobis domine famulis tuis: ut orantes cum fiducia dicamus Pater noster. totum. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Libera nos, quaesumus Domine: ab omni malo: et custodi nos semper in omni opere bono Iesu Christe author omnium bonorum.

Bene=

¶ Benedictio cinerum, in quibus ponendus est infirmus moriens: et cilicij quo cadauer defuncti est inuoluendum. Cap. xv.
℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Domine exaudi orati. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus, qui non mortem, sed penitentiam desideras peccatorum, fragilitatem, conditionis humane benignissime respice et hos cineres, quos causa proferende humilitatis, atque promerende venie famulo tuo imponi, et cilicium quo eum indui decreuimus, bene✠dicere pro tua pietate digneris: vt qui se cinerem esse ob prauitatis sue meritum, et in puluerem reuersurum se cognouit, peccatorum omnium veniam, et premia penitentibus repromissa a te misericorditer cōsequi mereatur. Per Christum dominum nostrum. Qui tecum viuit et reg.

¶ Exorcismus cineris.

Exorcizo te cinis in nomine Dei pa✠tris omnipotentis, et in nomine Jesu ✠ Christi Filij eius, et Spūs ✠ sancti, qui te per ignem in fauillam cōuerti precepit: vt sicut iussione Dei per sanctum famulum suum Moysen cinis vitule in populo aspersus oēm congregationem sanctificauit Israel, ita et tu exorcizatus in nomine sancte Trinitatis, et in terra et cilicio aspersus efficias, vt in famulo Dei nō lateat diabolus, sed manifestetur atque expellatur: vt purus et sincerus inueniatur. Per dominum nostrum Jesum Christum, qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. ¶ Item benedictio cilicij.

Bene✠dic dñe hoc cilicium, quod famulus tuus pro humilitatis et penitudinis sue deuotione indui appetiuit: vt sicut Niniuitarum populo in cinere et cilicio penitenti pepercisti, ita et famulus tuus humiliationis et professionis sue indutus vestimēto, a te creatore suo oīum indulgentiam consequatur delictorū. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc aspersis cineribus et cilicio aqua benedicta, imponat vtrūque super infirmum: vel etiam defunctum, et dicat sequentem orationem. Oremus. Oratio.

Induat te dñs vestimento salutis: et qui vt nobis humilitatis ostenderet formam, vilibus voluit indui pannis in presepio, ipse te faciat corde contrito et humiliato sibi assistere: vt sicut

cut habitum hunc abiectionis te fecit extrinſecus induere, ita ipſe veſtimento immortalitatis ⁊ ſtola iucunditatis te intrinſecus induat. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiuz Dei: qui cum Patre ⁊ Spiritu ſancto viuit ⁊ regnat Deus in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Tunc ſuper infirmum ſacerdos cineres aſpergat, ⁊ cilicium ſuper eum ponat. Si autez iaz mortuus fuerit, ſimiliter eum aſpergat ⁊ cilicium eum induat.

¶ De oratione facienda in viſitatione infirmorum. Cap. 12.

Cum ſacerdos aliquam perſonam infirmam decumbentem viſitauerit, ⁊ aliquam orationem ſuper eum facere voluerit, poterit vti forma infraſcripta, videlicet. ¶ Primo intrans domum, vel cameram infirmi dicat. ℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Et accedens ad lectulum infirmi, eum dulciter ſalutet, ⁊ ad patientiam hortetur, ⁊ aliqua verba ſancta pro ipſius exhortatione ⁊ conſolatione dicat. Et quia infirmitas corporalis frequentius euenit propter infirmitatem ſpiritualem, vt in c. Cum infirmitas, de pęni. ⁊ remiſ. hortetur eum, vt ſi cito velit ſanari ab infirmitate, etiam ſi infirmitas non ſit multum grauis, integram ⁊ veram confeſſionem faciat de omnibus peccatis ſuis. Poſtmodum ſacerdos dicat. Chariſſime, ſi dominus tibi preſtare dignabitur ſanitatem, non proponis de cętero pro viribus tuis a peccatis cauere, ⁊ eius mandata pro poſſe ſeruare? Quo promittente, dicat ſacerdos. ℣. Adiutoriū noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Introcat, quęſumus dñe Jeſu Chriſte, domum hanc ſub noſtrę humilitatis ingreſſu ęterna fęlicitas, diuina proſperitas, ſerena lętitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna. Effugiat ex hoc loco acceſſus dęmonum, adſint Angelis pacis, domumque hanc deſerat effugata diſcordia. Magnifica dñe ſuper nos nomen ſanctum tuum: bene ✠ dic cōuerſationi noſtrę: ſanctifica noſtrę humilitatis ingreſſum: qui ſanctus ⁊ pius es: ⁊ permanens cum patre ⁊ ſpiritu ſancto in ſecula ſec. ⁊c. Ps. Dñe ne in furore. j. fo. 58. ℣. Dominus vobiſcuz. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Sequentia ſancti Euangelij [illegible]. ℟. Gloria tibi domine. Dū ſacerdos dicit, Sequetia ſancti, ſignū crucis faciat ſup

se in fronte, super os, ꝛ super pectus, ꝛ similiter super infirmum: maxime si fuerit masculus: si vero femina fuerit, dum sacerdos se signat, per semetipsam in locis predictis se signet: ꝛ hoc idem in sequentibus Euangeliis obseruetur.

In illo tpe: Cum introisset Jesus Capharnaum: accessit ad eũ Centurio rogans eum, ꝛ dicens: Domine puer meus iacet in domo paraliticus, ꝛ male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, ꝛ curabo eum. Et r̃ndens Centurio ait: Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tm̃ dic verbo, ꝛ sanabitur puer meus. Nam ꝛ ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: ꝛ dico huic, vade: ꝛ vadit: ꝛ alio, veni: ꝛ venit: ꝛ seruo meo, fac hoc: ꝛ facit. Audiens aũt Jesus miratus est, ꝛ sequentibus se dixit: Amẽ dico vobis, nõ inueni tantã fidem in Israel. Dico aũt vobis, ꝙ multi ab oriente ꝛ occidẽte venient: ꝛ recumbent cũ Abrahã Isaac ꝛ Jacob in regno celorũ: Filii aũt regni eiicient in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentiũ. Et dixit Jesus Cẽturioni: Uade ꝛ sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer eius ex illa hora. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pr̃ oĩps, eterne deus, qui benedictionis tue gratiam egris infundendo corporibus, facturã tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem nominis tui benignus assiste: vt famulum tuum ab egritudine liberatum, ꝛ sanitati donatum dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atqꝫ ecclesie tue sancte cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Psalmus.

Conserua me dñe, qm̃ speraui in te: dixi dño, deus meus es tu, qm̃ bonorum meorum non eges. Sanctis qui in terra sunt eius: mirificauit oẽs voluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominũ eorum per labia mea. D ñs pars hẽditatis mee, ꝛ calicis mei: tu es qui restitues hẽditatẽ meã mihi. Funes ceciderunt mihi in p̃claris: etenim hereditas mea preclara est mihi. Benedicã dñz qui tribuit mihi intellectũ: insuper ꝛ vsqꝫ ad noctez increpuerunt me renes mei. Prouidebaz dñm in conspectu meo semper: qm̃ a dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc letatum est cor meum, ꝛ exultauit lingua mea: insuper ꝛ caro

mea

mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitę: adimplebis me lętitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. Dominus vobiscum. Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum. ℟. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Jesus: et exprobrauit incredulitatem illorum, et duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse a mortuis non crediderant. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum prędicate Euangelium omni creaturę. Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur: Signa autem eos, qui crediderint, hęc sequentur: In nomine meo dęmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ęgros manus imponent, et bene habebunt. Et dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cęlum: et sedet a dextris Dei. Illi autem profecti prędicauerunt vbique domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis. Oremus. Oratio.

Virtutum cęlestium Deus, qui ab humanis corporibus omnes languorem et omnes infirmitatem pręcepti tui potestate depellis, adesto propitius huic famulo tuo: vt fugatis infirmitatibus et viribus, receptis nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per Christum dominum. ℟. Amen. Psalmus.

Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxilium de sancto: et de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui: et holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum, et omne consilium tuum confirmet. Lętabimur in salutari tuo: et in nomine Dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum. Exaudiat illum de cęlo sancto suo: in potentatibus salus dexterę eius. Hi in curribus, et hi in equis: nos autem in nomine domini Dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: nos autem surreximus, et erecti sumus. Domine saluum fac regem: et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Dominus vo. etc. Sequentia sancti Euange. secundum Lucam. ℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore: Surgens Jesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur ma-

gnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebāt infirmos varijs languoribus, ducebāt illos ad Jesum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pater oṗs, eterne De⁹, qui fragilitatē humane cōditionis infusa virtutis tue dignatione confirmas: vt salutaribus remedijs corpora nr̄a et mentes vegetentur: super hunc famulū tuū ꝓpitius intende: vt oī necessitate corporee infirmitatis exclusa, grā ī eo pristine sanitatis perfecta reparetur. Per Chr̄m. ℟. Amen. Ps. Inclina dn̄e aurem. fol. 59. Dominus vo. Sequentia sancti Euang. scḋm Joan. ℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore: Erat dies festus Judeorum, et ascendit Jesus Jerosolymā. Est aūt Jerosolymis ꝓbatica piscina, q̄ cognominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus hn̄s. In his iacebat multitudo magna languentiū, cecorū, claudorū, aridorū, expectantiū aque motū. Angelus aūt dn̄i scḋm tp̄s descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinā post motionē aque, sanus fiebat a quacūqꝫ detinebātur infirmitate sua. Erat aūt quidam homo ibi triginta et octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus iacentē, et cognouisset, quia multū iā tp̄s haberet, dixit ei: Uis sanus fieri? Rn̄dit ei languidus, Dn̄e hoīem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatū tuū, et ambula. Et statim sanus factus est homo, et sustulit grabatum suum, et ambulabat. Erat autē Sabbatū in illa die. Dicebant ergo Judei illi, qui sanctus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatū tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatū tuum, et ambula. Interrogauerūt ergo eum: quis est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuū, et ambula? Is autē, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus autē declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum Jesus in templo: et dixit illi: Ecce sanus factus es: iam amplius noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Oremus. Oratio.

Respice dn̄e famulum tuum in infirmitate sui corporis laborantem: et animam refoue quam creasti: vt castigationibus

emendata,

emendata, continuo, se sentiat tua medicina saluatã. Per Christũ. ps Qui habitat in adiuto. fol. 60. Añã. Media vita in morte sumus: quem querimus adiutorem, nisi te domine: qui pro peccatis nostris iuste irasceris. Sancte Deus, sancte fortis, sancte ⁊ misericors saluator, amare morti ne tradas nos. ℣. Ne proijcias nos in tempore senectutis: cum defecerit virtus nostra ne derelinquas nos dñe. Sancte Deus, ⁊c. ℣. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos dñe: ⁊ armis tue potentie protege nos semper Deus noster. Sancte Deus, ⁊c. ℣. Aspice dñe de sede sancta tua, ⁊ cogita de nobis: inclina Deus meus aurem tuam ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vide tribulationem nostrã. Sancte Deus ⁊c. Gloria. Sancte Deus ⁊c. Kyrieeleison, Christe elei. Kyrieelei. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. Miserere mei domine, qm̃ infirmatus sum. ℟. Sana me domine, qm̃ conturbata sunt oĩa ossa mea. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clam. ℣. Dominus vo. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oĩo.

Omnipotẽs sempiterne Deus, infirmitatem famuli tui propitius respice: atque ad protegendum, eum dexteram tue maiestatis extende. Oratio.

Concede hunc famulum tuum, quesumus domine Deus, perpetua mentis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beate Marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, ⁊ eterna perfrui letitia. Oratio.

Deus, qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius, vt a quibus tibi ministrãtibus in celo semper assistit, ab his in terra vita nr̃a muniatur. Oĩo.

Deus, qui facture tue semper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris: ⁊ famulum tuum ex aduersa valetudine sui corporis laborantem placatus respice: ⁊ visita salutari tuo: ⁊ celestis grẽ presta ei medicinam. Per do.

Completa ultima oratione sacerdos utranque manum ponat super caput infirmi, et dicat orationem de B. Vincenti, videlicet.

Hanc orationem Febricitantibus valere certum est.

Super ęgros manus imponent et bene habebunt. Iesus Marię filius, mundi salus et dominus meritis beati Vincentij confessoris sui sit tibi clemens et propitius. Amen.

Postea dicat. Initium sancti Euangelij secundum Ioannem.

In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum: et Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum, Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat: et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet: et tenebrę eam non comprehenderūt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per illum. Nō erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sūt. Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeniti a patre: plenum gratię et veritatis.

Postea subiungat dicens.

Dominus Iesus Christus apud te sit, ut te defendat: intra te sit, ut te conseruet: ante te sit: ut te deducat: post te sit, ut te custodiat: super te sit, ut te bene ✠ dicat: qui cum patre, et spiritu sancto in unitate perfecta viuit et regnat in secula seculorum. Benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, et Fi ✠ lij, et Spiritus ✠ sancti descendat super te, et maneat semper. ℟. Amen.

Prędicta oratio super infirmos potest abbreuiari ad libitum.

De petitionibus faciendis infirmo morienti valde utilibus. Cap. 13.



Solent frequenter a personis secularibus ex deuotione aduocari sacerdotes: ut assistant morientibus. Ideoque taliter aduocari poterunt in tali tempore infrascriptam formam seruare, vel aliam, ut eis visum fuerit. Et

primo

primo ingredientes cameram infirmi dicant. Pax huic domui.
℟ Et omnibus habitantibus in ea. Postea accedentes ad infir-
mum, eum dulciter salutent, ⁊ consolentur. Et si viderint eum
morti proximũ, si tñ adhuc sit capax rationis, hortentur ad ple-
nam subiectionẽ sui ipsius diuine ⁊ bonitati ⁊ voluntati. Et cum
viderint eum paratum ad moriendum, sacerdos petat ab eo in-
frascriptas petitiones per ordinem, morose ⁊ distincte, vt eas in-
firmus percipere possit, videlicet. Sacerdos Credis omnes arti-
culos fidei, ⁊ totam sacram scripturam, scdm expositionẽ sancto-
rũ Doctorũ ⁊ catholicorũ? Rñdeat infirmus. Credo. Sacer-
dos. Detestaris tu, ⁊ reprobas oẽs hereses, ⁊ superstitiones a
sancta mrẽ Ecclia catholica dãnatas, ⁊ reprobatas? Respõdeat
infirmus. Reprobo. Sacerdos Gaudes mori in fide dñi nostri
Jesu Chri? Rñdeat infirmus. Gaudeo. Sacerdos Cognoscis
te multũ offendisse dñm Deũ creatorem tuũ, a quo tanta benefi-
cia recepisti, ⁊ a quo habes quicquid boni habes? Respõdeat in-
firmus. Cognosco. Sacerdos. Doles ex corde de omni offen-
sa contra dñm deum, teipsum, ⁊ proximum tuũ, qualitercunq3
commissa? Rñdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de oĩ
negligentia, ⁊ omissione bñ operandi, ⁊ de ɔtemptu gratiarum
a dño deo tibi datarum? Rñdeat infirmus. Doleo. Sacerdos.
Doles de hoc, non timore mortis, vel cuiuscũq3 pene, sed solũ
ex consideratione offense diuine bonitatis, quam offendisti?
Rñdeat infirmus. Ita doleo. Sacerdos Desideras recorda-
ri oĩu3 peccatoru3 tuoru3 oblitorũ, vt de ipsis habere possis spe-
cialem contritionem, ⁊ dolorem, ⁊ pñiam? Rñdeat infirmus.
Desidero. Sacerdos. proponis de cetero, si Deo placuerit te
de hac egritudine sanatum, deinceps toto tempore vite tue ca-
uere a peccatis mortalibus, ⁊ vitã tuam mutare: ⁊ potius quod-
cunq3 dãnu3 tpale, ⁊ corporalem mortem sustinere, ꝙ de cete-
ro deum per peccatum mortale offendere? Rñdeat infirmus.
Propono. Sacerdos. Rogas deum, vt te in hoc sancto propo-
sito conseruet? Rñdeat infirmus. Rogo. Sacerdos. Parcis
oibus inimicis tuis, qui verbo, vel facto, tibi vel tuis in aliquo
nocuerunt, amore dñi dei tui, a quo etiã tu venia3 tuorum pctõ-
ru3 petis, ⁊ hoc non solum verbo, sed corde, ⁊ firma voluntate?
Respondeat infirmus. Parco. Sacerdos. Uis omnia integre

restituere illis a quibus acquisiuisses, accepisses, vel habuisses per te vel per alios iniuste ꝛ indebito modo, ꝛ per hoc totam facultatem tuam, si aliter satisfacere non posses exponere, ꝛ eidem renunciare? Rñdeat infirmus, Volo: ꝛ paratus sum. Sacerdos. Credis non proprijs meritis, sed passionis dñi nostri Jesu Christi virtute, ꝛ merito ad gloriam peruenire? Respondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Credis ꝙ dñs noster Jesus Christus pro nostra salute mortuus sit: ꝛ ꝙ ex proprijs meritis, vel alio modo nullus possit saluari, nisi ī merito passionis eius? Respondeat infirmus Credo. Sacerdos. Redde ei gratias toto corde: quantum potes: ꝛ te ipsius passioni recōmenda: ꝛ ipsam corde cogita, ꝛ ore quantum potes nomina. Respondeat infirmus Reddo. Sacerdos. Doles ꝙ non potes recordari de oībus peccatis tuis, quibus dñm Deum offendisti, in quocunque loco, ꝛ cum qualicunque persona, quę si recordareris, confitereris integraliter? Respōdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles, ꝙ postquam veniam de peccatis tuis a dño Deo consecutus es: recidiuans reuersus es ad eadem, vel similia, vel maiora peccata? Respondeat infirmus Doleo. Sacerdos. Si occurrerit tibi diabolus, ei semper appone merita passionis Christi. Respondeat infirmus Apponam. Sacerdos. Si te tētauerit de fide, dicas te omnia credere, ꝛ confiteri, quę credit, ꝛ confitetur sancta catholica ꝛ apostolica Ecclesia. Rñdeat infirmus Dicam, Sacerdos. Si dñs Deus voluerit te śm tua peccata iudicare, dicas: Dñe Deus, ego pono mortem dñi mei Jesu Christi inter me ꝛ iudicium tuum: ꝛ quamuis meruerim ęternam mortem propter peccata mea, interpono tamen meritum passionis eiusdem loco meriti, quod ego miser deberem habere, ꝛ non habeo: Jtem dñe pono eandē passionem ꝛ mortē Dñi mei Jesu Christi inter me ꝛ iram tuam: ꝛ in manus tuas domine commendo spiritum meum. Rñdeat infirmus. Dicam. Non erit desperandum, vel dubitandum de salute illius, cui supra positas petitiones corde crediderit, ꝛ ore confessus fuerit. Finitis prędictis petitionibus cum cęperit in agone mortis infirmus certare, poterunt lege infra positę passiones omnes, vel aliquę ipsarum, sicut necesse fuerit, ꝛ etiam repeti. Et cum viderint infirmū signis euidentibus morti proximum, intermittentes passiones, faciant recom-

recommendationem animę: vt infra. fol.170. Prius tamen infirmus facere debet sequentes protestationes.

¶ De protestationibus faciendis a moriente. Cap.14.

¶ Prima protestatio.

In nomine sanctissimę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ego N. protestor corā te sanctissime Angele Dei diuina pietate ex vtero matris mihi deputato: & coram te patre meo N. & coram oībus vobis circunstantibus: quod in ea vera fide catholica, quam sancta Romana & apostolica profitet Ecclesia, & in qua omnes decesserunt sancti, mori desidero, & volo: Nec ad momentum temporis diutius viuere affecto, nisi quantum diuinę placuerit pietati, cui in omnibus conformiter meam subijcio voluntatem. ¶ Secunda protestatio.

¶ Item protestor, quod sub tua angelica protectione, & adiutorio diuinę gratię discedam: & sic mori intēdo absque oī desperatione & fidei dubitatione: ita quod neque magnitudo, nec numerositas meorū peccaminū in barathrum desperationis me immergere debent: cum sciam, & veraciter credam vnam deifici sui sanguinis guttam in ara crucis effusam, suffecisse in redemptionem totius humani generis, si ita placitum fuisset diuinę pietati.

¶ Tertia protestatio.

¶ Protestor quod in casu, vbi ex pusillanimitate spiritus propter tremendum diuinum iudicium, cui astare habeo, aut demonis tentatione, seu debilitate rationis (quod Deus auertat) aliquā inciderem desperationem, aut fidei dubitationem, hoc ipsum pro nunc sana mente existens reuoco, casso, & pro non tali facto habere volo, eo quod nō aīo sano & deliberato hoc ipsum eueniet, submittens me totaliter diuinę pietati. ¶ Quarta protestatio.

¶ Protestor etiā, quod cum diuina misericordia nulli peccatori cōtrito & confesso remissionem suorū peccaminū denegat eam desideranti, quod eandem misericordiā & remissionē mihi impertiri velit, toto corde desidero: & peto illā consequi per merita amarissimę suę mortis, & virtutē preciosissimi sanguinis sui, pro me effusi, in ligno sanctissimę Crucis, & per merita & preces sanctissimę suę Matris, & omnium sanctorum Angelorum, & electorum.

¶ Quinta protestatio.

¶ Protestor etiam super hanc petitionem, humili prece porrectam

ctam, vt diuina pietas me suscipere velit in numerum eorum ho minum, quos ab eterno preordinauit, in extremo iudicio esse sal uandos: si, et in quantum pro meis peccatis exigentibus tandiu penas purgatorias sustinere debeam, dummodo in eternum non secludar a sua pietate. ¶ Commendatio.

¶ His protestationibus premissis sanctissime Angele Dei tibi extremam meam volūtatem et affectionem pro testamento anime mee cōmendo, tria mihi ex testamento saluatoris misericorditer impertiri rogans. Primo vnū lacrymosum intuitū et dolorosum suspirium: ex innumeris quos in cruce pendens tribus horis viuus habuit ad mitigandum dolorosos meos singultus et gemitus, et suspiria, quibus nūc premor. Et vt ipsa mater omnis gratie mecum condiuidere velit vnicum cordis sui virginei gemitum dolorosumque suspirium ac lacrymosum intuitum, ex innumeris, quos sub cruce stando suspirijs et lacrymis habuit, filium vt redemptorē humani generis intuendo: Suscipiēdo me in numerum eorū pctōrū, qui veniā et salutem ad minus in extremo iudicio per sua sanctissima merita et preces ꝯsequuntur. Secundo succurrat tua angelica pietas: vt, qñ miserum cor meum scindetur, et aīa mea misera a corpore separabitur, tunc inueniam placabilē iudicem: intuitu illius diuine charitatis, in qua amorosum cor suum scindebatur in cruce pro salute mundi: et sua diuinissima aīa a diuinissimo corpore separabatur. Ultimo sanctissime Angele Dei, cōmendo tibi extremam horā vite mee: vt exitum aīe mee gubernando, et ab hostibus salutis me protegendo super has protestationes velis esse, vbi et quoties opus fuerit cōtra omnia pericula salutis, fidelis testis: et protector.

¶ Isti sunt tres Pater noster. et tres Aue Maria. cum tribus orationibus, que debent dici pro animabus morientiū omnium: et multum eis prodest, si dicantur deuote. Cap. xv.

¶ Primus Pater noster. Kyrieeleison. Christeeleison. Kyrieeleison. Pater noster. in memoria agonie Domini nostri Jesu Christi, et Aue Maria gratia plena, Dominus etc. Oratio.

Domine Jesu Chrie per agoniam, et orationem tuam sanctissimam, qua orasti pro nobis in monte oliueti: qñ factus est sudor tuus sicut gutte sanguinis decurrentis in terram, obsecro te, vt multitudinē sudoris tui sanguinei, quē pre timoris tui an-

gustia copiosissime pro nobis effudisti, offerre ꝛ ostēdere digne=ris Deo Patri omnipotenti, contra multitudinem omnium pec catorum huius famuli tui: ꝛ libera eum in hac hora mortis suę ab omnibus angustijs suis, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre ꝛ Spiritu sancto viuis ꝛ regnas in secula seculorum. Amen. ¶ Secundus Pr̄ noster. Kyrieeleison. Christe eleison. Kyrieeleis. Pater noster. in memoria omnium passionum domini nostri Jesu Christi, ꝛ Aue Maria gratia plena, Dominus tecum. Oratio.

Domine Jesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te, vt omnes amaritudines passionum ꝛ pęnarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce, ꝛ maxime in illa hora, quādo sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo sanctissimo, offerre ꝛ ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima huius famuli tui: ꝛ libera eū in hac hora mortis ab omnibus peccatis ꝛ passionibus, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre ꝛ Spiritu sancto viuis ꝛ regnas in secula seculorum.

¶ Tertius Pater noster dicitur in memoria ineffabilis charitatis Domini nostri Jesu Christi. Kyrieeleison. Christe eleison. Kyrieeleison. Pater noster, qui es in cęlis, sanctific. ꝛc. ꝛ Aue Maria gratia plena Dominus. Oratio.

Domine Jesu Christe: qui per os prophetę dixisti, In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans tui: obsecro te: vt eandem charitatem tuam, quę te de cęlo ad terram, ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre, ꝛ ostendere digneris Deo Patri omnipotēti pro anima huius famuli tui: ꝛ libera eum ab omnibus passionibus, ꝛ pęnis, quas pro peccatis suis timet se meruisse: ꝛ salua animam eius in hac hora exitus sui in gloria ęterna. ꝛ tu pijssime domine Jesu Christe qui redemisti nos preciosissimo sanguine tuo, miserere animę huius famuli tui: ꝛ eum introducere digneris ad semper virentia, ꝛ amęna loca paradisi: vt viuat ibi amore inuisibili, qui a te ꝛ ab electis tuis separari nunquam potest. Qui cum Patre ꝛ Spiritu sancto viuis ꝛ regnas in Trinitate perfecta per infinita. ꝛc. ℟. Amen. ¶ Postea si adhuc vixerit subiungendę sunt infrascriptę orationes cum totidem: Aue Maria.

¶ Ora-

¶ Orationes dicende in agone mortis ad beatam virginem Mariam. Cap. 14.

¶ Prima oratio.

Mediatrix Dei z hominū, misericordie fons īdesinēter effundens riuos copiose gratie, Maria te rogo dulcissima mr̄ dñi nostri Jesu Christi per illā perturbationē, quaz habuisti in corde tuo piissimo, tunc z deinceps cū Simeon sanctus z senex prophetando diceret: tuā ipsius aīam pertransibit gladius: vt petas quatenus idez benedictus filius tuus de largissima clementia sua donet huic famulo tuo per eandem perturbationem tuā, indulgentiaz oīuz pctōrū suorū, Et vt eum liberet ab omnibus malis preteritis, presentibus, z futuris. Amen. Aue Maria.

¶ Secunda oratio.

¶ Auxiliatrix Dei z hominū, z pacis eterne cōdimentū Maria te interpello speciosissima regina celi, p illā dolorosam perturbationē quaz habuisti in corde tuo benignissimo: pro eo q̄ filium tuū amantissimū per triduū amiseras: vt roges eum quatenus ipse pp eandem turbationem tuam huic famulo tuo dignetur dare plenam cognitionē, perfectam contritionē, z purā cōfessionē, spem firmā, certam securitatē a Deo nunq̄ separādā: z ita perfectū z verū amorem: vt cū illo amore tantā mereatur mercedē in celo acquirere: ac si ei multis annis cū perfectione sanctissime vite diligentius seruisset. Amen. Aue Maria.

¶ Tertia oratio.

¶ Reparatrix debiliū, z vulnerate anime efficacissima medicina Maria te p eto gloriosa dña per illā perturbationē, quā habuisti in corde tuo clemētissimo, pro eo q̄ perfidi Judei captiuauerunt z detinuerunt desiderabilem vnigenitū vteri tui filium: de quo cognouisti in spiritu, q̄ volebat, z q̄ pati debebat pro salute humani generis: quatenus deprecceris eundem filium propitiatore seculi: vt ipse propter eandē turbationem tuam de omni captiuitate, z ab oī tribulatione corporis z aīe angustiarum z periculorū, z tētationibus demonū famulū tuuz clementer eripiat: z ab oībus malis in perpetuum tueat. Amen. Aue Maria.

¶ Quarta oratio.

¶ Illuminatrix cecoruz: z lucerna salutifere gratie Maria te flagito dulcissima dña mr̄ Dei, per illā turbationez tuam, quam

habuisti

habuisti in corde tuo propitiatissimo, pro eo quod amantissimus filius tuus a Judeis crudelissimis in conspectu tuo, cum clavis acutissimis sine omni miseratione vivifice crucis patibulo fuit affixus: vt postules ab eodem filio tuo, quatenus per eandem turbationem tuam ignem veri amoris, cum igne amoris & passionis sue in corde huius famuli tui accendant: quo ipse summus sacerdos ligno crucis ipsum subijciat, nutriat, & in altari cordis eius iugiter ardeat, & flammescat: vt in commemoratione sue sanctissime Passionis & mortis, eiusdem sacratissime Passionis sue non obliuiscatur. Et si ex infirmitate valida, vel ex alia causa quacunque impediente, memor esse nequiuerit: per eundem acerbe passionis sue dolorem in hora mortis sue ex multiplici misericordia tua tantam mercedem in celis percipere mereatur: ac si omnes dies suos consumpsisset in memoria sue sacratissime Passionis. Amen. Aue Maria.

Quinta oratio.

Aduocatrix omnium peccatorum: quos damnabiliter moles vitiorum deprimit, finisque nostre miserie Maria te deprecor, venerabilissima mundi domina, per illam intolerabilem turbationem, quam habuisti in corde tuo benignissimo in illa hora, cum filius tuus cunctis desideratus gentibus; ac omnibus vere amabilis de cruce depositus cum recentibus vulneribus, & proprio sanguine rubricatus datus fuit a Joseph in sinum tuum, qui est corona iucunditatis omnium beatorum in celi solio: vt propter eandem perturbationem tuam: ipse famulum suum preuenire dignetur abundantia gratiarum suarum, & copiose misericordie sue: vt det corpus suum, & animam suam in potestatem tuam, & in sinum pijssime misericordie tue: quam cunctis deuote postulantibus clementer aperis in eternum. Et ad illud signum gemebundum sic eum recipi affectuosissime deprecor propter illum dulcissimum infantulum tuum candidum, & rubicundum, electum ex millibus: Qui thesaurus totius felicitatis tue extitit & est: Quem in sinu tuo delicatissimo proprijs lactasti vberibus: vt in presenti vita, & precipue in extremis suis te videre mereatur cum gaudio: & tue miserationi gratias agere valeat in secula seculorum. Amen.

Letania.

¶ Litania pro infirmo moriente.

¶ Ordo commendationis animę. Cap. 17. Prius fiant litanię breues. Si autem sit femina dicatur Pro ea.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Sancta Maria ora pro eo.
Omnes sancti Angeli & Archangeli orate pro eo.
Omnis chorus Iustorum orate pro eo.
Sancte Abraham ora pro eo.
Sancte Ioannes Baptista ora pro eo.
Omnes sancti Patriarchę & Prophetę orate pro eo.
Sancte Petre ora pro eo.
Sancte Paule ora pro eo.
Sancte Andrea ora pro eo.
Sancte Bartholomęe ora pro eo.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistę orate pro eo.
Omnes sancti Innocentes orate pro eo.
Sancte Stephane ora pro eo.
Sancte Laurenti ora pro eo.
Sancte Clemens ora pro eo.
Sancte Vincenti ora pro eo.
Omnes sancti Martyres orate pro eo.
Sancte Siluester ora pro eo.
Sancte Gregori ora pro eo.
Sancte Nicolae ora pro eo.
Sancte Augustine ora pro eo.
Omnes sancti Pontifices & Confessores orate pro eo.
Sancte Benedicte ora pro eo.
Sancte Bernarde ora pro eo.
Sancte Dominice ora pro eo.
Sancte Francisce ora pro eo.
Omnes sancti Monachi & Eremitę orate pro eo.
Sancta Maria Magdalena ora pro eo.
Sancta Lucia ora pro eo.
Sancta Catherina ora pro eo.
Sancta Cecilia ora pro eo.
Omnes sanctę Virgines & Viduę orate pro eo.
Omnes Sancti & Sanctę Dei orate pro eo.

Pro=

Propitius esto libera eum dñe.
Ab ira tua libera eum dñe.
A mala morte libera eum dñe.
A pęnis inferni libera eum dñe.
A potestate diaboli libera eum dñe.
Ab omni malo libera eum dñe.
Per mortem tuam libera eum dñe.
Per sanctam resurrectionem tuam libera eum dñe.
Per mortem & sepulturam tuam libera eum dñe.
Per sanctam crucem tuam libera eum dñe.
Per admirabilem ascensionem tuam libera eum dñe.
Per gratiam Spiritus sancti paracliti libera eum dñe.
In die iudicij libera eum dñe.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut ei parcas te rogamus audi nos.
Ut ei indulgeas te rogamus audi nos.
Ut ad veram pęnitentiam eum perducere digneris te rog.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

¶ Deinde pro vicino morti, cum in agone sui exitus anima visa fuerit anxiari, dicantur hę orationes.

¶ Commendatio animę ante mortem.

PRoficiscere anima Christiana de hoc mundo, In nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creauit: In nomine Iesu Christi filij Dei viui, qui pro te passus est: In noie Spiritus sancti, qui in te fusus est: In noie Angelorũ & Archangelorum: In nomine Thronorum, & Dñationum: In nomine Principatuum & Potestatũ: In nomine Cherubim & Seraphim: In nomine Patriarcharum & Prophetarũ: In nomine sanctorum Apostolorum: In nomine sanctorum Martyrum & Confessorum: In nomine sanctorum Monachorum & Eremitarum: In nomine Virginum & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei. Hodie sit in pace locus tuus: & habitatio tua sit in sancta Sion. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

DEus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pęnitentiũ deles, & pręteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas, respice propitius super hunc famulum tuum N. & remissionem

sibi

sibi omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscen-
tem deprecatus exaudi. Renoua in eo piissime pater quicquid
terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude vio
latum est: et vnitati corporis ecclesie membrum redemptionis
annecte. Miserere domine gemituum, miserere lacrymarum
eius: et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia, ad tue sa
cramentum reconciliationis admitte. Per Christum dominum
nostrum. Qui tecum. ℟. Amen.

Oratio

Commendo te omnipotenti Deo charissime frater, vel so-
ror, et ei cuius es creatura committo: vt cum humanitatis
debitum morte interueniente persolueris, ad authorem tuum,
qui te de limo terre formauerat, reuertaris. Egredienti itaque
anime tue de corpore splendidus Angelorum cetus occurrat.
Iudex Apostolorum tibi senatus occurrat. Candidatorum tibi
martyrum triumphator exercitus obuiet. Liliata rutilantium
te confessorum turma circundet. Iubilantium te virginum cho-
rus excipiat: et beate quietis in sinu patriarcharum te comple-
xus astringat. Mitis atque festiuus Christi Iesu tibi conspectus
appareat, qui te inter assistens sibi iugiter interesse decernat.
Ignores omne quod horret in tenebris, quod stridet in flam-
mis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus satanas
cum satellitibus suis: in aduentu tuo te comitantibus angelis
contremiscat: atque in eterne noctis chaos immane diffugiat.
Exurgat Deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui ode-
runt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut
fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Et iu-
sti epulentur, et exultent in conspectu Dei. Confundantur igi-
tur et erubescant omnes tartaree legiones, et ministri satane iter
tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Christus,
qui pro te crucifixus est. Constituat te Christus filius Dei viui
intra paradisi sui semper amena vireta, et inter oues suas te ve-
rus ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absol-
uat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte consti-
tuat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas: et presens sem
per assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem.
Constitutus igitur inter agmina beatorum contemplationis di-
uine dulcedine potiaris in secula seculorum. ℟. Amen.

Alia oratio.

S uscipe-

Suscipe dñe animam famuli tui in locum sperandę sibi saluationis misericordia tua. ℟. Amen. Libera domine animam famuli tui ex omnibus periculis infernorum, ⁊ de laqueis pęnarum, ⁊ ex omnibus tribulationibus. ℟. Amē. Libera aīaꝫ famuli tui, sicut liberasti Enoch, ⁊ Eliaꝫ de communi morte mūdi. ℟. Amen. Libera domine aīaꝫ famuli tui, sicut liberasti Noe de diluuio. ℟. Amen. Libera dñe animā famuli tui, sicut liberasti Abrahā de Hur Caldęorū. ℟. Amen. Libera dñe aīam famuli tui, sicut liberasti Job de passionibus suis. ℟. Amen. Libera domine aīam famuli tui, sicut liberasti Isaac de hostia, ⁊ de manu patris sui Abrahę. ℟. Amen. Libera dñe aīam famuli tui, sicut liberasti Loth de sodomis, ⁊ de flamma ignis. ℟. Amen. Libera domine aīaꝫ famuli tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Aegyptiorū. ℟. Amen. Libera dñe aīam famuli tui, sicut liberasti Danielē de lacu leonum. ℟. Amen. Libera dñe aīam famuli tui, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, ⁊ de manu regis iniqui. ℟. Amen. Libera dñe aīam famuli tui, sicut liberasti Susannā de falso crimine. ℟. Amē. Libera domine animam famuli tui, sicut liberasti Dauid de manu regis Saul, ⁊ de manu Golię. ℟. Amen. Libera dñe aīam famuli tui, sicut liberasti Petrū, ⁊ Paulū de carceribus. ℟. Amen. Et sicut beatissimā Teclā virgineꝫ ⁊ martyrē de tribus tormentis atrocissimis liberasti, sic liberare digneris aīam huius famuli tui: ⁊ tecum facias in bonis congaudere cęlestibus. ℟. Amen. Alia Oratio.

Commendamus tibi domine animā famuli tui N. precamurque te dñe Iesu Christe saluator mundi: vt eam propter quā ad terram misericorditer descendisti, patriarcharum tuorūꝫ sinibus insinuare non renuas. Agnosce dñe creaturam tuam non ex dijs alienis creatam, sed a te solo Deo viuo ⁊ vero: quia non est Deus alius pręter te: ⁊ non est ſm opera tua. Lętifica dñe animam eius in conspectu tuo: ⁊ ne memineris iniquitatum eius antiquarum, ⁊ ebrietatum, quas suscitauit furor siue feruor mali desiderij. Licet enim peccauerit, tamen patrem ⁊ filium ⁊ spiritum sanctum non negauit, sed credidit: ⁊ zelum Dei in se habuit: ⁊ Deum qui fecit omnia adorauit. ℟. Amen. Alia Oratio.

Delicta iuuētutis ⁊ ignorātias eius ne memineris, quęsumus dñe: sed ſm magnaꝫ misericordiam tuam memor esto illius

in gloria claritatis tue. Aperiantur ei celi: collectetur illi Ange=li: in regnum tuum dñe seruum tuum suscipe. Suscipiat cu3 san=ctus Michael Archãgelus Dei, qui militie celestis meruit prin=cipatum. Ueniant illi obuiam sancti angeli Dei: et perducant eũ in ciuitatem celestem Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apostolus, cui a Deo claues regni celestis tradite sunt. Adiuuet eum sanctus Paulus, qui dignus fuit esse vas electionis. Inter=cedat pro eo sanctus Joannes electus Dei Apostolus et Euãge=lista: cui reuelata sunt secreta celestia. Orent pro illo oẽs sancti Apostoli: quibus a dño data est potestas ligãdi, atq3 soluẽdi. In=tercedant pro eo omnes sancti et electi Dei: qui pro Christi no=mine tormenta in hoc seculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni celestis. Prestant te domino nostro Jesu Christo, qui cu3 Patre et Spiritu san. etc.

¶ De tentationibus, in quibus homo tentatur a diabolo in exitu anime sue: et de remedijs ad ex=pellendas eas. Cap. 18.

Beatus Gregorius dicit, quod antiquus hostis. s. diabolus mul=tipliciter conatur tentare quemlibet christianum maxime in articulo mortis. Et inter alia specialiter de tribus dicit, quod qñ in illa agonia homo laborat in extremis, et iam amisit visu3 cor=poralem et auditum, tunc diabolus preparat graues tentationes. Et primo tentat de fide, preparando diuersas imaginationes. Hoc quando fit, vel credit verisimiliter tale fieri, vt dicit beatus Augustinus, statim debet homo firmiter cogitare, quod tentatio est diabolica: et debet homo dicere in corde suo, licẽt non possit ore. ¶ Dñe Jesu Christe ego verus catholicus su3, et credo aĩa, quę credit, et tenet sctã Ecclesia Ro. et in ista fide volo mori. Et tunc inimicus recedit confusus. Ueruntñ statim inimicus est prepara=tus cu3 alia tentatione. s. de pctõ desperationis, ita quod tunc redu=cuntur ei ad memoria3 multa pctã, que hõ cõmisit: et spãliter qñ hõ habet aliqua per obliuionẽ inconfessa. Et tunc hõ incipit tur=bari, et titubare, et cogitare quomodo ipse posset saluari: et reputa bit quasi impossibile. Unde dicit ide3, statim debet homo cogita=re hanc esse tentatione3 diabolicam: et debet dicere in corde suo. ¶ Domine Jesu Christe tu effudisti sanguinem tuum in cru=ce propter peccata nostra, placeat tibi quod merita sancte passio=nis

nis tue deleant peccata mea, de quibus recordatus fui, et confessus sum: et de alijs meritum passionis tue suppleat. Hoc dicto, statim tentatio recedit. Videns diabolus, q non potest hac victoriã per istos modos, vt dicit idem, apparet ei in pulcherrima figura dicens. Ego sum Chr̃s creator et redemptor tuus: me ergo adora: Unde dicit idẽ, q hic debet esse bõ valde cautus, et non credat sibi: sed dicat: Si tu es Christus ille qui assumpsit carnem de virgine Maria, et natus est ex ipsa remanẽte virgine, et fuit passus in cruce vsque ad mortem pp peccata nostra: et descendit ad inferos ad liberandũ sanctos pr̃es, et resurrexit tertia die: et ascẽdit ad celũ die ascensionis, et in die iudicij debet venire ad iudicandũ viuos et mortuos: Si tu es ille, ego te adoro: aliter non adoro. Tunc diabolus videns se omnino victum et confusum, recedit penitus, et amplius non reuertitur ad tentandum. Postmodum iste talis, qui istis resistit, et vincit tentationes diabolicas, habet cõsolationem cum angelis, et expectat coronam de victoria.

¶ Sequentes orationes dicende sunt super agonizante in transitu deuote, morose, et intelligibiliter, vt infirmus audire possit. Oremus. Oratio. Cap. 19.

O Sãcta Trinitas pater, fili, et sp̃us alme, op̃s eterne De⁹ tua immensa attracti ac moti pietate, pro anima famuli tui N. nunc in extremis laborantis, te deprecari compellimur. et ipsam sacratissime domine tue pijssime omnipotentie commẽdamus, vt illam ab insidijs, aspectu quoque et terrore demonum custodiẽdo tuearis: ne fidẽ repente perdens quam tenuit, pessime desperationis labatur in foueam: ne diffidentie tentationibus cedat, ne preteritorum scelerũ recordatione desperet. Exaudi rex gloriose pp tuã suauissimã et clemẽtissimam bonitatem pro ea interpellantes. Exaudi (inquam) per orationes patriarcharũ, per merita prophetarũ, per suffragia ap̃lorum, per victoriã martyrum, p fidẽ confessorũ, per virginũ puritatẽ, per deuotã intercessionẽ omniũ, qui tibi ab initio placuerunt, et tecũ modo regnantes in excogitabili felicitate letantur. Ab ipsa domine iactantiã repelle: tribue cõpunctionem, suscita fletum, cor eius mollifica, ab oĩbus insidijs inimici illam tuere, fidei tue lumine confirma, gr̃e tue infunde charitatẽ: vt in te rex oĩpotens, et in tua pietate cõfidens omniũ culparũ vera contritione, ab intimis visceribus cõcutiatur.

Clementissime dñe oĩa iniqua desidera ab illa rescinde, ignea tela diaboli extingue, largire fontem lacrymarum, quibus iniquitatum suarum tergat maculas, vincula disrumpat. Fac eam dñe salubriter petere, audire quę petit, atque celeriter exaudi. Si pie respicis, vivet: si despexeris, perijt. Si iustitia vteris, ante oculos tuos mortua fętet: si misericorditer, vt tuam bonitatem decet, aspexeris, a desperationis barathro reuocatur. Respice domine sancte, pater dilecti filij tui vulnera & cruorem. Domine Jesu Christe rex pijssime, qui venisti redimere perditos: noli damnare redemptos. Da illi dñe cor pium, quod te timeat: sensum vigilem, qui te intelligat: simplicẽ oculũ & intentionẽ rectã, qua te sequatur. Dñe Jesu Christe fili pr̃is misericordiarum, & reginę misericordię gloriosę virginis Marię, aĩę huius famuli tui miserere: & eã de maiestatis tuę sede clementer aspiciens, ab illa repelle tenebras, & eã splendoribus tuę claritatis illustra. Clementissime dñe Jesu a tua pietate culparũ eius remissionẽ humiliter petimus, qui Deo patri mundum tuo cruore gratum reddidisti. O fons pietatis non cõsueuisti esse crudelis: Tuę dilectissimę genitricis preces ne spernas. O gloriosa regina mundi Maria: virgo pulcherrima: virgo misericors, quę genuisti regem velut rosa decora, illos tuos misericordes oculos ad seruũ tuum N. misericorditer cõuerte: tu quę pctõrum aduocata prędicaris: prima eorũ spes: quę nulli claudere potes sinũ tuę pietatis. O misericordię mr̃: ecce tp̃s patrocinandi, qñ famulus tuus N. iudicẽ iratũ sentiens protectionis tuę grãz efflagitat. Eia ergo aduocata nostra occurre velociter. O Gabriel archãgele, qui salutez mũdo nũciasti. O scẽ Michael, qui draconẽ Acherontis expugnasti. O scẽ Raphael, qui filiũ Tobię iusti salubriter deduxisti. O Angele custos huius Dei seruuli. O cęlestes Angelorũ omnium chori, nec nõ patriarcharũ, prophetarũ, aplorũ, martyrũ, cõfessorũ, sacerdotũ, leuitarũ, monachorũ, eremitarũ, virginum, oĩumqz iustorum, per amorem ineffabilez agni immaculati Jesu Christi regis vestri, qui vos de mundo elegit, cuius lęta visione gaudetis, vos pro huius nostri fratris, vel sororis anima deprecamur: vt eã vestris pcibus iuuare dignemini: quatenus diaboli faucibus erepta saluetur, & vr̃ę iucundissimę societati lęta iungat. O rex clementissime Deus omnipotens saluator mũdi

Jesu

Jesu pie, qui omnium ĩn te sperantium misereri consueuisti propter orationes Dei genitricis, et omnium sanctorum Angelorũ ac electorum Dei famulo tuo N. quęsumus, miserere: quatenus in passionis tuę merito ac sanguine a peccatorum suorum maculis ablutus ęternaliter in tuo regno glorietur. Amen.

O Suauissime dñe Jesu Christe beatorum requies, et omnium in te sperantium salus iocũdissima: qui in nocte dirę passionis tuę ad patrem orasti, dicens: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste, veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat: quique illa hora in tanta fuisti angustia, vt de precioso corpore tuo sanguis efflueret, precamur te bone Jesu, quatenus animam famuli tui N. tua soluta pietate iuues: vt pro suis delictis conteratur, et moueatur ad pęnitentiam salubrem: vt in hac hora tremenda, ĩn occursu aduersarij non paueat, nec in aduentu, aut aspectu tuo iudex tremende, accusante conscientia, contremiscat, sed potius faciem tuam in iubilo videns lętetur: te pręstante Jesu Christe: cuius est passione redemptus. Amen.

O Dulcissime rex, Jesu pie, qui in tuę passionis horrenda nocte a discipulis tuis destitutus, inter aduersarios tuos solus stetisti, tuę pietati supplicamus: vt animam seruuli tui N. in suo obitu solam non relinquas in manibus iniquorum demonum, auxilio tuo destitutam: sed tua virtute, et tuorum Angelorum sanctorum societate securam, ad locum tuę beatissimę visionis per sanguinis tui virtutem lętanter deducas. Amen.

O Dñe Jesu Christe decus et gloria sanctorum: qui pendens in cruce, pro tuis diris crucifixoribus patrem rogasti, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: tuam pietatem precamur pie Jesu: vt in mente seruuli tui N. orationes tuę renouare digneris affectum: quatenus offensarum omniũ ab ęterno patre veniam consequatur. Et sicut tunc exauditus fuisti tu dñe, ac rex, sic nunc cum patre seruos ac milites tuos exaudire digneris pro seruulo tuo N. qui nescit quid faciat, dum fidei, et sensus exiguitate tepescit. Rogamus pie Jesu, vt in obitu eius omnia sua peccata dimittas, et pro tuę durę passionis merito ad Angelorum consortia deducatur. Amen.

O Sacratissime domine Jesu Christe Saluator, qui ꝑpter nostra scelera abolenda, post crudelia verbera, post pudibun-

da opprobria, post irrisiuam et afflictiuã aculeorũ coronã, in cruce nudus, instar latronis, affigi elegisti, exoramus te pie per has tuas passiones, vt aiam famuli tui N. in extremis laborantẽ, suorum peccatorũ dolorosa confessione verberes, vera contritione confundas, et vero timore corones: et in cruce tua omnes sensus mentales eius affigas: quatenus sic totus a te spiritualiter vulneratus, tuorum vulnerum merito, omnium delictorum suorũ veniam consequatur, et ad gaudia celestia perducatur. Amen.

O Gloriosissime rex Jesu Christe Angelorum dulcedo: qui affixus pro nobis veram fidei lucem cordi latronis infudisti: vt te verum Deum et verum hominem fateretur, dum clamauit, memento mei Domine dum veneris in regnum tuum: maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt in famulo tuo N. in extremis laborante conseruare digneris vere fidei sacramentum: vt sacratissime tue passionis merito, tua veritate, tuoque amore loricatus in suo obitu spiritus immundos nequaquam vereatur, sed tuam perpetuam gloriam adeat iubilanter. Amen.

O Clementissime domine Jesu, verbũ eterni patris, et filij virginis gloriose, qui mundum visibiliter deserens, et solitudini materne compatiens, ei delictũ discipulũ filiũ adoptasti, humiliter tue maiestati supplicamus, per merita tue passionis, et eiusdẽ tue inclyte matris preces, necnon tui delicti discipuli, quatenus digneris in animam huius serui tui spiritũ tue charitatis infundere: in quo tibi coheres Deo patri adoptetur in filiũ. Committe, quesumus, de throno glorie tue huius famuli tui N. animaũ clementissime tue matri: quatenus in mortis agone nõ paueat, sed virginalibus tibi manibus presentata clementer suscipiatur a te in tua gloria cũ sanctis tuis collocanda. Amen.

O Clementissime domine Jesu, corona certantiũ, qui moriturus in cruce docuisti nos cõpẽdiose tẽpore mortis orare, dicens, Pater in manus tuas commendo spiritum meum: tue maiestati supplicamus, vt spiritus sancti virtute, eandẽ orationẽ menti huius famuli tui digneris imprimere: vt eã personet semper: et in hac extrema hora eius sentiat effectũ, in tuas sanctissimas manus suam animam commendando. Amen.

O Misericordissime domine Jesu, generis humani reparator, qui in die tue acerbissime passionis in neruorũ cõtractione,

ctione, ossium compressione, spinarum punctione penam acerbissimam tulisti, et latus tuum vnde sanguis et aqua flueret aperiri voluisti: deprecamur domine vt animam famuli tui N. virtutum splendore illustres: et spinarum tuarum merito, illi tribuas de offensis ab eo tibi illatis dolere vehementer: vt omnia eius delicta tue passionis acerbitate deleantur, et ad Angelorum societatem te ducente valeat peruenire. Amen.

O Clementissime domine Jesu Christe, qui pro nobis in cruce mori dignatus es, te precamur, vt omnes tuas passiones et amaritudines, quas pro nobis miserrimis in duro ligno tulisti, presertim qn̄ sanctissima anima tua de virgineo et purissimo habitaculo tui corporis egressa est, offerre et ostendere digneris Deo patri oīpotenti cōtra oēs penas et passiones serui tui N. et liberare eum digneris in hoc suo transitu ab oībus passionibus et penis, quas pro peccatis suis se contraxisse timet. Amen.

O Misericordissime domine Jesu Christe, qui prophetico ore dixisti, In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: tibi humiliter supplicamus, quatenus eandem charitatem, que te de celo traxit ad terras laboraturum pro nobis, et moriturum, offerre et ostendere digneris Deo patri omnipotenti contra omnes huius famuli tui N. passiones et penas, quas pro suis sceleribus meretur, et animam eius in suo obitu per manus sanctorum Angelorum excipere. Aperi illi benignissime Jesu ianuam vite et regni syderei: et in eo illum fac cum sanctis tuis perpetua felicitate letari. Amen.

O Piissime dei hominumque mediator Jesu Christe, qui debitas nobis penas in tuo passibili corpore pro nostra salute tulisti: et vt eas gustares amariores, in hora tue passionis, deitatis rationisque solatium a tuis sensibus sustulisti, eos destitutos omni solatio in doloribus linquens, dum clamasti, Deus meus, deus meus, vt qd dereliquisti me? oramus tuam pietatem, vt aīam serui tui N. tua suauissima cōsolatione foueas, erigas, et letifices: Namque si deserueris illum pastor eterne, mox lupus rapax diabolus in eum irruet efferatus, et crudelis: et ouem, quam tuo sanguine quesiuisti, iugulabit. Et si demeritis suis exigentibus, a te deseri meretur, te nihilominus propter tuam pietatē rogamus, ne illū tradas aduersarijs diffidentie et desperationis

stimulis affligendum: nec ad gratiam tuam durum, aut insensibilem effici patiaris: sed per charitatis tuę gratiam viuens, & absentię tuę amaritudinem sentiēs, pia voce gemendo clamet ad te, Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me? Tu autem pijssime pater ac bone pastor tua suaui pietate succurre: quē cum tibi tuo sanguine redemisti. Amen.

O Perfectissime Dei, hominūque mediator Iesu Christe saluator: qui pro solis ardore, & tormentorum asperitate, & sanguinis tui effusione, corporalem sitim in duro ligno tulisti: dum clamasti, sitio, tuam precamur maiestatem, vt animam famuli tui N. illo nunc amoris igne digneris adducere, quem in terris mittere venisti: vt cūctis vitijs exiccatis, anima eius, & caro tuę charitatis igne succensa te solum sitiat, te diligat, te perquirat: vt te inueniens, te fruatur. Sacratissime domine Iesu Christe, omne bonum complens, atque consumans: qui gustato aceto dixisti, consumatum est, & inclinato capite spiritum Deo patri reddidisti: supplicamus tuę maiestati pro anima famuli tui N. laborantis in mortis agone: quatenus illi fidei lumen, & gratię tuę sanitatem infundas: vt horam extremam in tua sancta charitate finire, & tibi dicere valeat, ecce clemētissime Iesu nūc ad te venio: tua melliflua voce meum spiritum suscipi iube in ęternam claritatem. Amen.

O Clementissime Iesu solatium miserorum, tu nostra peccata in tuo corpore portasti: quia tu es vere Deus: de quo dixit Esaias, languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: adeo vt in tuo virgineo pulcherrimo corpore, a plāta pedis vsque ad verticem sanitas vlla non fuerit: & qui prę filijs hominum erat speciosus, quasi leprosus videreris: per hāc tuam ineffabilem charitatem precamur pie Iesu: vt omnia peccatorum vulnera in famulo tuo N. sanes: quatenus omnibus vitijs emendatus ad te regem factorem suum spirituali solatio roboratus, lętus perueniat: & quem tuo sanguine comparasti, & tuę passionis signo. i. sancta cruce muniri semper voluisti, ad tuam nunc felicissimam visionem omnium passionum tuarum merito, comitantibus sanctis angelis deducere digneris. Amen.

O Decus cęli virgo, regis ęterni mater intacta, propter illum te rogamus terrorem, quo tuum cor tremuit, quādo dilectū

tuum,

tuum, ⁊ amantissimum filium Iesum ab impijs captum, ligatū, tractum, ab amicis autem omnibus derelictum audisti, vt seruulum tuum N. in extremis laborantem, ⁊ trementem adiuues: vt de pręteritis culpis veraciter conteratur, ⁊ cor eius supernis splendoribus irradiatum veraciter pęniteat: ne forte in occursu aduersarij terreatur, aut in aspectu tremendi iudicis, accusante conscientia contremiscat: sed potius tuis precibus suffragantibus, faciem eius in iubilo videns lętetur. Amen.

O Virginum suauissima Dei genitrix Maria stella maris, per eas te rogamus lacrymas ⁊ singultus, quibus tuum nōbile ⁊ maternum cor angebatur, quando tuam spem Iesum pulcherrimum, p̄ntatum pręsuli cognouisti innocentem accusatū, ⁊ contumelijs illusum, vt huic famulo tuo N. lacrymarum gratiam impetres, ⁊ fidei lumen indelebile: quo maculas omnes delictorum suorum possit abluere. Et tu mater misericordię, eum nunc celeriter adiuua, ne satanas illudere, aut varijs tentationibus pro libito suę iniquissimę voluntatis affligere possit, aut tremebundo iudici vinctum statuere: sed potius seipsum per lumen fidei iudicet in pręsenti, ac disciplinis verę pęnitentię deuotę flagellet. Amen.

O Sola sperantium omnium spes Maria regina cęlorum: propter illas te pręcamur angustias, quas tuum pijssimum cor tulit, qn̄ tuus filius, ⁊ noster dn̄s Iesus Chr̄s verbum ęterni patris, clamantibus ⁊ vociferantibus iudęis, crucifige, crucifige, morti adiudicatus, ⁊ ignominioso crucis suspendio addictus est: quatenus subuenias clementissima Regina, ⁊ mr̄ pientissima huic seruulo tuo N. in extremis laboranti: quia ⁊ corpus eius infirmitatis dolore torquetur, ⁊ angustiatur anima: hinc dęmonum insidijs, hinc seuerę discussionis angustijs. Subueni (inquam) o mater pietatis: ⁊ gratiosissime virgo ne contra illum feratur mortis ęternę sententia, aut flammis ęternalibus tradatur perpetuo cruciandus: sed tua potius intercessione, pręmia ęterna consequatur. Amen.

O Clementissima virgo Maria Dei genitrix: propter illud tibi supplicamus gladium doloris, qui tuam pertransiuit animam, cum dilectissimum tibi filium Iesum, nudum ⁊ cruentum: ⁊ diris vulneribus confossum in aera super crucis ligno

eleuatum

eleuatum conspexisti: quatenus in hac hora terribili, huic seruulo tuo N. sis adiutorio: vt compassionis gladio confodiatur, et vulneretur lancea diuini amoris, ita vt omnium peccatorum sanguis mortis de corde eius effluat: vitijsque mundetur, decoreturque virtutibus diuinis quatenus toto desiderio terrena relinquens in celestia subleuetur: ad que letanter, te duce, perueniat. Amen.

O Maria tribulatorum piissima consolatrix, per illud te rogamus horribile tormentum, quo pene tuum cor omnesque tuos sensus extinxit, quando filium tuum dominum nostrum Jesum Christum te Joanni in matrem, et Joannem tibi in filium delegantem audiuisti: quatenus huic famulo tuo N. subuenire digneris, qui ad te inuocandam assurgere nō potest: quippe quoniam oculi eius luce priuantur, surdescunt aures, omnesque sensus obscurātur. O mater pietatis preces nostras exaudi: quas auribus tue pietatis afferimus: atque famuli tui N. spiritum filio tuo commenda: quatenus tuo pio interuentu, terrores demonum, tormentaque non timeat: sed desideratam celestis patrie mansionem te comite letus adeat. Amen.

O Decus et gloria Virginum Maria Jesu Christi mater: propter tuos te rogamus eiulatus, quos in tuo pectore prorumpentes abscondere non valebas, quando in amplexus filij de cruce depositi ruebas, et nitentes quondam genas, oraque rutilantia, pallore mortis occupata mirabaris, vt seruulo tuo N. suffragari, veluti pia mr̄, digneris: quatenus sic de admissis criminibus doleat: vt eius anima mellifluis osculis, et amoris amplexibus dn̄i Jesu Christi, in beatorum regno fruatur. Amen.

O Maria virgo pulcherrima, virgo humillima, virgo clementissima, virgo gratiosissima, propter suspiria atque lamenta inaudita, quibus tuum dulcissimum cor excruciabatur, quando anime tue solatium vnicum Jesum filium tuum, et saluatorem nostrum sepulture tradi cernebas: adiuua famuli tui N. animam in hac lachrymarum valle laborantē: vt in egressu de corpore virginalibus tuis manibus erepta deducatur in celum. Amen.

¶ Oratio in exitu vite ad dominum Jesum Christum.

D Omine Jesu Christe fili Dei viui, et redemptor mundi, ego peccator suppliciter rogo immensam misericordiam tuam:

vt

vt mihi eaꝫ confessiones in hora exitus mei, concedere digneris, quam latroni tibi de cruce confitenti misericorditer concessisti. Presta domine Deus meus pijssime, vt in hora exitus mei diuina vltio non veniat super me: ⁊ potestas diabolica non occurrat mihi, nec noceat: sed tua gratia largiente taleꝫ me dies extremus inueniat, qualeꝫ me fons regenerationis exhibuit. Deprecor ineffabileꝫ gratiaꝫ ⁊ misericordiaꝫ tuã pijssime domine Jesu Christe, vt in hora exitus mei non deneges mihi miserrimo peccatori sacraꝫ corporis ⁊ sanguinis tui cõmunioneꝫ: sed cum vera fide ⁊ certa spe ⁊ sincera charitate illam mihi percipere concede, ⁊ ad gaudia eterna peruenire tribue. Qui viuis ⁊ reg.

¶ Oratio ad eundem.

NE reminiscaris domine delicta mea, vel parentũ meorũ, neque vindictaꝫ sumas de peccatis meis in extremis meis: ⁊ non sinas interesse, ⁊ in me preualere diaboluꝫ, aut nouissima mea deterrere potestatem tenebrarum. Sed presta per intercessionem omniuꝫ sanctoruꝫ tuoruꝫ, vt Angelo tuo presente, transitus meus de hoc seculo spe firma rogatur, fide catholica muniatur, ac totus ipsius anime exitus in te, ⁊ secũdũ te fiat: nec intermiscere se audeat Angelus malus, aut locum inuadendi habeat tetra ⁊ maligna cohors diaboli. Et presta mihi domine, vt in illa die ⁊ hora, qua animaꝫ meaꝫ a corpore iusseris separari, piaꝫ sententiaꝫ merear audire: ⁊ Angeli sancti perducant animã meam ad gaudia iustorum. Amen.

¶ Oratio ad beatam Uirginem.

COmmendo sancta Maria materne pietati tue extremam diem exitus mei. Precor te per vnigenitum filium tuum dominum nostrum Jesum Christum: vt in illa necessitate piam visitationem tuam ⁊ consolationem habere merear. Et cum in vltimo agone mortis anima mea turbata fuerit, tu domina clementissima misericordie recordaberis: ⁊ venire in adiutorium meum dignaberis, ⁊ liberare animam meam ab ira ⁊ indignatione filij tui, ⁊ cõfusione perpetua, ⁊ ab eterna damnatione eripere procuraberis. Defende animã meã sancta Maria tua pijssima protectione a crudeli accusatione: ⁊ perduc eam in sinum Abrahe: vbi est certa requies beatorum iustorum. Sancta, ⁊ immaculata virgo Maria, genitrix domini mei Jesu Christi

intercedere digneris pro me ad illum, cuius meruisti effici tem=
plum: vt per orationes ⁊ intercessiones misericordię pietatis tuę
misereatur mihi pius ⁊ misericors Dominus. Qui viuis, ⁊c.

¶ Orationes dicenda in mortis articulo.

Domine Jesu Christe tibi in hac hora commendo animam
meam: ⁊ sicut pro meo dignatus es de virgine nasci, crucem
pati, mori, in sepulcro sepeliri, tertia die ab inferis resuscitare, ⁊
cęlos, quos nunquam tui nominis pręsentia deseruisti, voluisti
adire: sic animam meam liberare digneris ab ęterna morte. Ul=
tra quam dici fas est me peccatorem, ⁊ reum esse confiteor. Sed
tu, qui omnium peccatorum indultor, atque clementissimus es:
quique misereris omnium, ⁊ nihil odisti eorum, quę fecisti, dissi=
mulans peccata hominum ad reuertentium: qui peccatoris fa=
cinora in quacunque die conuersus ad te fuerit, ⁊ ingemuerit,
obliuioni in perpetuum tradis. Qui peccantibus pepercisti: ⁊
mulieri deprehensę in adulterio dimisisti: ⁊ Magdalenę remi=
sisti: Petro lacrymanti relaxasti: ⁊ latroni confitenti paradisi
ianuam aperuisti: mihi peccatori veniam non deneges delicto=
rum: quicquid vitiosum est, ⁊ quicquid in te peccaui, mihi re=
mitte: ⁊ animam meam in ęterna requie refouere digneris. Tu
enim es ille, cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mu=
tantur in melius: qui animam a corpore separare, ⁊ in meliorem
vitam mittere solitus es: qui dixisti te malle vitam peccatoris,
quam mortem: credo corde, ⁊ ore confiteor, quia idcirco animã
meam ab hac vita vis educere: vt post mortem meam in meliori
vita facias viuere: quę sensum ⁊ intellectum quam nunc habet
in me, meliorem habebit: ⁊ quantum differt vmbra ab homine,
tanto meliora possidebit iñ cęlesti regione. Quo dicto, accipiat
infirmus si potest proprijs manibus carnes pectoris sui circa
cor ⁊ mamillas: ⁊ lacrymosis verbis dicat. Domine Jesu Chri=
ste fili Dei viui, ⁊ beatę Marię semper virginis, totis visceribus
meis tibi confiteor: ⁊ credo quod tu redemptor meus viuis, ⁊
in nouissimo die de terra surrecturus sum: ⁊ in carne ista vide=
bo te Deum saluatorem meum. Postea infirmus ponat digi=
tos suos super oculos: ⁊ dicat. Et oculi isti te conspecturi
sunt. Postea eleuatis oculis ad cęlum se signet signo sanctissi=
mę crucis pręcipue faciem, os, ⁊ pectus, ⁊ totum corpus: ⁊ dicat.

Omnia

Omnia mihi terrena vilescūt: ꝛ ad te Deus meus propero: qui quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, preparasti diligētibus te. Et ecce in manus tuas domine commendo spūm meū, redemisti me dñe deus veritatis. Qui cū patre ꝛ spiritu sancto viuis ꝛ regnas ꝛc. ℟. Amen.

¶ Psalmi dicendi in agone mortis super infirmum. Cap.20.

Si [illegible] dicantur hi psalmi. Psalmus David.

Confitemini Dño qm̄ bonus: qm̄ in seculum misericordia eius. Dicat nunc Israel qm̄ bonus, qm̄ in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron: qm̄ in seculum misericordia eius. Dicant nunc qui timent dñm: quoniam in seculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui dñm: ꝛ exaudiuit me in latitudine dñs. Dominus mihi adiutor: non timebo, qd faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: ꝛ ego despiciā inimicos meos. Bonum est confidere in domino, quam confidere in homine. Bonū est sperare in dño, quam sperare in principibus. Omnes gentes circundederunt me: ꝛ in nomine domini, quia vltus sum in eos. Circundantes circundederunt me: ꝛ in nomine dñi: quia vltus sum in eos. Circundederunt me sicut apes, ꝛ exarserunt sicut ignis in spinis: ꝛ in nomine domini, quia vltus sum in eos. Impulsus euersus sum, vt caderē: ꝛ dñs suscepit me. Fortitudo mea: ꝛ laus mea dñs: ꝛ factus est mihi in salutem. Vox exultationis ꝛ salutis in tabernaculis iustorum. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutē. Nō moriar, sed viuā: ꝛ narrabo opera domini. Castigans castigauit me dñs: ꝛ morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitię: ꝛ ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini: iusti intrabūt in eam. Confitebor tibi qm̄ exaudisti me: ꝛ factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli. A dño factū est istud: ꝛ est mirabile in oculis nostris. Hec dies quam fecit dominus: exultemus ꝛ lętemur in ea. O dñe saluū me facto: dñe bene prosperare: bñdictus qui vēturus es in noīe dñi. Benediximus vobis de domo dñi: Deus dominus ꝛ illuxit nobis. Constituite diē solennē in condensis: vsque ad cornu altaris. Deus meus es tu, ꝛ confitebor tibi: Deus meus es tu: ꝛ exaltabo te. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: ꝛ factus es mihi in salutem. Confitemini

domino

dño quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

B Eati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutant testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua: custodiri nimis. Utinam dirigantur vie mee: ad custodiēdas iustificationes tuas. Tunc non cōfundar: cum prospexero in oibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis in eo, quod didici iudicia iustitie tue. Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaqz.

I N quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas. In labijs meis pronunciaui: oia iudicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in oibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor, et considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

R Etribue seruo tuo: viuifica me: et custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in oi tpe. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me opprobriū et cōtemptū: qz testimonia tua exquisiui. Et enim sederunt principes, et aduersum me loquebant: seruus aūt tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam et testimonia tua meditatio mea est: et cōsilium meum iustificationis tue.

A Dhesit pauimēto anima mea: viuifica me, sm verbū tuum. Uias meas enunciaui, et exaudisti me: doce iustificationes tuas. Uiam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis. Dormitabit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Uiam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei. Uiam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimonijs tuis domine noli me confundere. Uiam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

L Egem pone mihi domine, viam iustificationum tuarum: et exquiram eam semper. Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo. Deduc me

in

in semitam mandatorum suorum: quia ipsam volui. Inclina cor
meum in testimonia tua: ꝛ non in auaritiam. Auerte oculos
meos ne videant vanitatem: in vita tua viuifica me. Statue ser-
uo tuo eloquium tuum in timore tuo. Amputa opprobrium
meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda. Ecce cō-
cupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

Et veniat super me misericordia tua domine, salutare tuum
fm eloquium tuū. Et respondebo exprobrātibus mihi ver-
bū: quia speraui in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo
verbum veritatis vsquequaque: quia in iudicijs tuis super spera
ui. Et custodiā legē tuā semper: in seculū ꝛ in seculū seculi. Et
ambulabam in latitudine: qꝛ mandata tua exquisiui. Et loque-
bar de testimonijs tuis in cōspectu regū: ꝛ nō cōfundebar. Et
meditabar in mādatis tuis: que dilexi. Et leuaui manus meas
ad mandata tua que dilexi: ꝛ exercebor in iustificationibus tuis.

Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.
Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquiū tuū
viuificabit me. Superbi inique agebant vsquequaque: a lege
aūt tua nō declinaui. Memor fui iudiciorum tuorū a seculo dn̄e:
ꝛ cōsolatus sū. Defectio tenuit me: pro pctōribus derelinquen-
tibus legē tuā. Cantabiles mihi erant iustificationes tue: in lo-
co peregrinationis mee. Memor fui nocte nois tui domine: ꝛ cu
stodiui legē tuā. Hec factā est mihi: qꝛ iustificatiōes tuas exqsiui.

Portio mea domine: dixisti custodire legem tuam. Depreca-
tus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei fm elo
quium tuum. Cogitaui vias meas, ꝛ conuerti pedes meos in te-
stimonia tua. Paratus sum ꝛ non sum turbatus, vt custodiam
mandata tua. Funes pctōrum circumplexi sunt me: ꝛ legē tuā
non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi,
super iudicia iustificationis tue. Particeps ego sum omnium ti-
mentium te, ꝛ custodientium mādata tua. Misericordia tua do-
mine plena est terra iustificationes tuas doce me.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo dn̄e, fm verbum tuum. Bo-
nitatem ꝛ disciplinam ꝛ sciam doce me: quia mandatis tuis
credidi. Priusquā humiliarer ego deliqui: propterea eloquium
tuū custodiui. Bonus es tu, ꝛ in bonitate tua doce me iustifica-
tiones tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborū,

ego

custodiaȝ verba tua. A iudicijs tuis non declinavi: qꝛ tu legē po-
suisti mihi. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori
meo. A mādatis tuis intellexi: ꝓpterea odivi oēȝ viā iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbum tuum: ꝛ lumen semitis meis.
Iuravi ꝛ statui custodire iudicia iustitię tuę. Humiliatus suȝ
vsquequaque domine: vivifica me ſm verbum tuum. Volunta-
ria oris mei beneplacita fac domine: ꝛ iudicia tua doce me. Ani
ma mea in manibus meis semper: ꝛ legem tuam non sum obli-
tus. Posuerunt peccatores laqueum mihi: ꝛ de mandatis tuis
non erravi. Hereditate acquisivi testimonia tua in ęternum: qꝛ
exultatio cordis mei sunt. Inclinavi cor meum ad faciendas
iustificationes tuas in ęternum, propter retributionem.
Iniquos odio habui: ꝛ legem tuam dilexi. Adiutor ꝛ susceptor
meus es tu: ꝛ in verbum tuum supersperavi. Declinate a me
maligni: ꝛ scrutabor mandata Dei mei. Suscipe me secundum
eloquium tuum, ꝛ vivam: ꝛ non confundas me ab expectatione
mea. Adiuva me, ꝛ salvus ero: ꝛ meditabor in iustificationibus
tuis semper. Sprevisti omnes discedentes a iudicijs tuis: quia
iniusta cogitatio eorum. Prevaricantes reputavi omnes pecca
tores terrę: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo car-
nes meas: a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudicium ꝛ iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
Suscipe servuȝ tuuȝ in bonū: nō calūniēt me superbi. Ocu-
li mei defecerunt in salutare tuum: ꝛ in eloquiū iustitię tuę. Fac
cū servo tuo ſm misericordiam tuam: ꝛ iustificationes tuas do-
ce me. Servus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam te-
stimonia tua. Tempus faciendi dñe: dissipaverunt legem tuaȝ.
Ideo dilexi mandata tua, super aurū ꝛ topazion. Propterea ad
oia mandata tua dirigebar: omnem viā iniquitatis odio habui.
Mirabilia testimonia tua dñe: ideo scrutata est ea aīa mea.
Declaratio sermonum tuorum illuminat: ꝛ intellectum
dat parvulis. Os meum aperui ꝛ attraxi spiritum: quia manda-
ta tua desiderabaȝ. Aspice in me ꝛ miserere mei, secundū iudiciū
diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige ſm eloquium
tuum: ꝛ non dñetur mei oīs iniustitia. Redime me a calumnijs
hominum: vt custodiam mandata tua. Faciem tuā illumina su-
per servū tuum: ꝛ doce me iustificationēs tuas. Exitus aquaruȝ

deduxerunt oculi mei: quia non custodirent legem tuam.
IUstus es dñe: ꝛ rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiaȝ testimonia tua: ꝛ veritatem tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquiuȝ tuū vehementer: ꝛ seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego ꝛ contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia tua iustitia in ęternum: ꝛ lex tua veritas. Tribulatio ꝛ angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in ęternum: intellectum da mihi, ꝛ viuaȝ.
CLamaui ī toto corde meo, exaudi me domine: iustificationes tuas requiram. Clamaui ad te, saluum me fac: vt custodiaȝ mandata tua. Preueni in maturitate ꝛ clamaui: quia in verba tua super speraui. Preuenerunt oculi ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Uocem meam audi secundum misericordiam tuam dñe: ꝛ ſm iudicium tuum viuifica me. Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu domine: ꝛ omnes vię tuę veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in ęternum fundasti ea.
VIde humilitatem meā: ꝛ eripe me: q̄ꝛ legē tuā non sum oblitus. Iudica iudicium meum, ꝛ redime me: pp̄ eloquium tuum viuifica me. Longe a pctōribus salus: qꝛ iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordię tuę multę dñe: secūdū iudiciū tuuȝ viuifica me. Multi qui psequuntur me, ꝛ tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui. Uidi pręuaricantes ꝛ tabescebam: quia eloquia tua nō custodierunt. Uide qm̄ mandata tua dilexi dñe: in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritas: in ęternum omnia iudicia iustitię tuę.
PRincipes persecuti sunt me gratis: ꝛ a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatem odio habui, ꝛ abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitię tuę. Pax multa diligentibus legem tuam: ꝛ non est illis scandalum. Expectabam salutare tuum domine: ꝛ mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua: ꝛ dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua ꝛ testimonia tua: quia omnes vię meę in conspectu tuo.
APpropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe: iuxta

eloquium tuum da mihi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me. Eructabũt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas. Fiat manus tua, vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuum domine: ⁊ lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea, ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabunt me. Errauit sicut ouis que perijt: quere seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

¶ Symbolum, siue fides catholica sancti Athanasij Episcopi.

Quicunq; vult saluus esse, ante oĩa opus est, vt teneat catholicam fidem. Quam nisi quisq; integrã inuiolatãq; seruauerit: absque dubio in eternũ peribit. Fides aũt catholica hec est: vt vnum Deum in Trinitate, ⁊ Trinitatem in vnitate veneremur. Neque confundentes personas: neq; substantiã separãtes. Alia est enĩ psona patris, alia filij, alia spũs sancti. Sed patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti vna est diuinitas, equalis gloria, coeterna maiestas. Qualis pr̃, talis filius talis spũs sanctus. Increatus pr̃, increatus filius, increatus spũs scũs. Immensus pr̃, immẽsus filius immensus spũs scũs. Eternus pr̃, eternus filius, eternus spũs scũs. Et tamen non tres eterni: sed vnus eternus. Sicut nõ tres increati, nec tres imensi: sed vnus increatus, ⁊ vnus immẽsus. Similiter oĩps pr̃, oĩps filius, oĩps spũs sanctus. Et tamẽ nõ tres oĩpotentes: sed vnus oĩps. Ita deus pr̃, deus filius, deus spũs sanctus. Et tñ non tres dij: sed vnus est deus. Ita dominus pr̃, dñs filius, dñs spũs scũs. Et tñ non tres dñi: sed vnus est Dñs. Quia sicut singillatim vnamquamque personam deum ⁊ dñm ꝯfiteri christiana veritate compellimur: ita tres deos, aut dominos dicere, catholica religione ꝓhibemur. Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus. Filius a patre solo est: non factus, nec creatus: sed genitus. Spũs scũs a patre, ⁊ filio, non factus, nec creatus, nec genitus: sed procedens. Vnus ergo pater: nõ tres patres: vnus filius, non tres filij: vnus spiritus sanctus, non tres spiritus sancti. Et in hac trinitate nihil prius, aut posterius: nihil maius aut minus: sed tote tres persone coeterne sibi sunt, ⁊ coequales. Ita vt per omnia (sicut iam supradictũ est,) ⁊ vnitas in trinitate, ⁊ trinitas in vnitate vene-

randa sit. Qui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat. Sed necessarium est ad eternam salutem: vt incarnationem quoque dñi nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta: vt credamus ꝛ cõfiteamur, quia dñs nr̃ Jesus Christus Dei filius, deus ꝛ hõ est. Deus est ex substantia patris ante secula genitus: ꝛ hõ est ex substantia matris in seculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali ꝛ humana carne subsistens. Aequalis patri ꝯm diuinitatem, minor patre ꝯm humanitatem. Qui licet Deus sit ꝛ homo: non duo tamen, sed vnus est Christus. Unus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in deũ. Unus oĩno nõ ꝯfusione substantie: sed vnitate persone. Nam sicut anima rationalis ꝛ caro vnus est homo: ita deus, ꝛ homo vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos: sedet ad dexterã Dei patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos. Ad cuius aduentum oẽs hoĩes resurgere hñt cum corporibus suis: ꝛ reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam eternam: qui vero mala, in ignem eternum. Hec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit: saluus esse non poterit.

¶ Passio dñi nostri Jesu Christi ꝯm Mattheum. Cap. 26.



In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis. ✠ Scitis quia post biduum Pascha fiet: ꝛ filius hoĩs tradet vt crucifigat. C. Tunc ꝯgregati sunt pricipes sacerdotũ, ꝛ seniores populi in atrium pricipis sacerdotũ, qui dicebat Cayphas: ꝛ ꝯsiliũ fecerunt, vt Jesum dolo tenerẽt, ꝛ occiderẽt. Dicebãt aũt. S. Nõ ĩ die festo. Ne forte tumult⁹ fieret in populo. C. Cũ aũt esset Jesus in Bethania, in domo Simonis leprosi: accessit ad eũ mulier hñs alabastrũ vnguẽti ꝓciosi: ꝛ effudit sup caput ipsius recũbentis. vidẽtes aũt discipuli, indignati sunt, dicentes. S. Ut quid perditio hec? Potuit enĩ vnguentum istud venundari multo, ꝛ dari pauperibus. C. Sciens autem Jesus, ait illis. ✠ Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens

enim

enim hec vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendu3 me fecit. Amen dico vobis, vbicumque predicatum fuerit hoc euangeliu3 in toto mundo, dicetur, et qd hec fecit in memoriam eius. ℂ Tūc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum: et ait illis. S Quid vultis mihi dare, et ego eū vobis tradā? ℂ At illi cōstituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem: vt eum traderet. Prima aūt die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes. S Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? ℂ At Jesus dixit. ✠ Ite in ciuitatem ad quendam: et dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio Pascha cum discipulis meis. ℂ Et fecerunt discipuli sicut cōstituit illis Jesus: et parauerunt Pascha. Uespere aūt facto, discūbebat cum duodecim discipulis suis: et edentibus illis, dixit. ✠ Amen dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est. ℂ Et contristati valde, ceperunt singuli dicere. S Nunquid ego sum dñe? ℂ At ipse respondēs ait. ✠ Qui intingit mecū manū in paropside: hic me tradet. Filius quidē hoīs vadit: sicut scriptū est de illo: Ue aūt homini illi: per quē filius hoīs tradet. Bonū erat ei, si natus nō fuisset homo ille. ℂ Rñdens aūt Judas qui tradidit eū: dixit. S Nunquid ego sum rabbi? ℂ Ait illi. ✠ Tu dixisti. ℂ Cenantibus aūt eis accepit Jesus panē: et bñdixit ac fregit deditq3 discipulis suis: et ait. ✠ Accipite et comedite: hoc est corpus meum. ℂ Et accipiens calicem grās egit: et dedit illis dicens. ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic est eñi sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis vsq3 in diē illum: cum illuc bibam vobiscū nouum in regno patris mei. ℂ Et hymno dicto exierunt in montē oliueti. Tunc dixit illis Jesus. ✠ Oēs vos scandalū patiemini in me in ista nocte. Scriptū est enim: Percutiam pastorem: et dispergentur oues gregis. Postq̄ autē resurrexero: precedā vos in galileā. ℂ Rñdens aūt Petrus, ait illi. S Et si oēs scandalizati fuerint in te: ego nūquam scandalizabor. ℂ Ait illi Jesus. ✠ Amen dico tibi: qr in hac nocte anteq̄ gallus cantet, ter me negabis. ℂ Ait illi Petrus. S Etiam si oportuerit me mori tecum: non te negabo. ℂ Similiter omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam, que di-

citur Gethsemani: et dixit discipulis suis. ✠ Sedete hic donec vadam illuc, et orem. C Et assumpto Petro et duobus filijs Zebedei cepit contristari, et mestus esse. Tunc ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Sedete hic, et vigilate mecum. C Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans, et dicens. ✠ Mi pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Uerumtamen non sicut ego volo: sed sicut tu. C Et venit ad discipulos suos: et inuenit eos dormientes. Et dixit Petro. ✠ Sic? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Uigilate, et orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro aut infirma. C Iterum secundo abijt, et orauit dicens. ✠ Pater mi: si non pot hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. C Et venit iterum: et inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, et orauit tertio eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos et dixit illis. ✠ Dormite iam et requiescite. Ecce appropinquabit hora, et filius hominis tradetur in manus pctorum. Surgite: eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. C Adhuc eo loquente ecce Judas vnus de duodecim venit: et cum eo turba multa cum gladijs et fustibus, missi a principibus sacerdotum, et senioribus populi. Qui aut tradidit eu; dedit illis signu, dicens: S Quecunq; osculatus fuero ipse est: tenete eu. C Et confestim accedens ad Jesum dixit. S Aue rabbi. C Et osculatus est eum. Dixitq; illi Jesus. ✠ Amice ad quid venisti? C Tunc accesserunt: et manus iniecerunt in Jesum: et tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cu Jesu, extendens manum exemit gladium suu: et percutiens seruum principis sacerdotu amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Jesus. ✠ Conuerte gladiu tuu in locum suu; Oes eni qui acceperint gladiu, gladio peribunt. An putas, q; non possum rogare patre meu: et exhibebit mihi modo plus q duodecim legiones angeloru? Quo ergo implebuntur scripture? Quia sic oportet fieri. C In illa hora dixit Jesus turbis. ✠ Tanq; ad latronem existis cu gladijs et fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo: et non me tenuistis. C Hoc aut totu factu est, vt adimplerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli oes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jesum duxerunt eu ad Cayphain principem sacerdotum

dotū, vbi scribe ꝛ seniores cōuenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe vsque in atrium principis sacerdotū. Et ingressus intro sedebat cum ministris: vt videret finem. Principes autem sacerdotum, ꝛ omne cōcilium querebant falsum testimoniū cōtra Iesum: vt eum morti traderent: ꝛ non inuenerunt, cū multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, ꝛ dixerunt. S Hic dixit, Possum destruere templum Dei: ꝛ post triduum reedificare illud. C Et surgens princeps sacerdotum ait illi. S Nihil respōdes ad ea, que isti aduersum te testificantur? C Iesus autē tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. S Adiuro te per Deū viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei viui. C Dixit illi Iesus. ✠ Tu dixisti. Verumtā dico vobis, amodo videbitis filium hoīs sedentem a dextris virtutis Dei: ꝛ venientem in nubibus celi. C Tunc princeps sacedotuꝫ scidit vestimēta sua, dicens. S Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiaꝫ. Quid vobis videtur? C At illi respondentes, dixerūt. S Reus ē mortis. C Tunc expuerunt in faciem eius: ꝛ colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes. S Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit? C Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ācilla, dicens. S Et tu cum Iesu Galileo eras. C At ille negauit coram omnibus, dicens. S Nescio quid dicis. C Exeunte autē illo ianuā, vidit eum alia ancilla: ꝛ ait his qui erant ibi. S Et hic erat cum Iesu Nazareno. C Et iterum negauit cum iuro: quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui astabant, ꝛ dixerunt Petro. S Vere ꝛ tu ex illis es: nam ꝛ loquela tua manifestuꝫ te facit. C Tunc cepit detestari ꝛ iurare: quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu qd dixerat, priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Mane aūt facto: consilium inierunt oēs principes sacerdotū ꝛ seniores populi aduersus Iesuꝫ. vt eū morti traderēt. Et vinctū adduxerūt eū: ꝛ tradiderūt Pontio Pilato presidi. Tūc vidēs Iudas, qui eū tradidit, ꝙ damnatus esset, pnia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, ꝛ senioribus, dicens. S Peccaui tradens sanguineꝫ iustum. C At illi dixerunt. S Quid ad nos? tu videris. C Et

proiectis argēteis in templo, recessit: ꝛ abiens laqueo se suspen-
dit. Principes autē sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. S
Non licet eos mittere in corbonā: quia preciū sanguinis est. C
Consilio aūt inito, emerunt ex illis agrū figuli in sepulturā pe-
regrinorū. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemac, hoc
est ager sanguinis: vsque in hodiernū diem. Tunc impletum est
quod dictū est per Jeremiā prophetā, dicentē. Et acceperūt tri-
ginta argenteos ꝑciū appreciati: quē appreciauerūt a filijs Is-
rael: ꝛ dederunt eos in agrum figuli: sicut constituit mihi domi-
nus. Jesus aūt stetit ante ꝑsidē. Et interrogauit eū ꝑses, dicēs. S
Tu es rex Judeorum? C Dicit ei Jesus. ✠ Tu dicis. C Et cum
accusaretur a principibus sacerdotum, ꝛ senioribus, nihil rñdit.
Tunc dicit illi Pilatus. S Non audis quanta aduersum te di
cunt testimonia. C Et non rñdit ei ad vllum verbum, ita vt mi-
raretur preses vehementer. Per diem autē solennem ꝯsueuerat
preses dimittere populo vnum vinctum: quem voluissent. Ha-
bebat autem tunc vnum vinctū insignem, qui dicebatur. Bar-
rabas, qui ꝑꝑ seditionem missus fuerat in carcerem. Congrega-
tis aūt illis dixit Pilatus. S Quē vultis dimittam vobis? Bar-
rabam an Jesum, qui dicit Christus? C Sciebat enī ꝙ per inui-
diam tradidissent eum. Sedente autē illis pro tribunali, misit ad
illum vxor eius, dicens: S Nihil tibi ꝛ iusto illi. Multa enī passa
sum hodie per visum ꝑꝑ eū. C Principes aūt sacerdotū ꝛ senio-
res persuaserunt populis, vt peterent Barrabā, Jesū vero per-
derēt. Rñdēs aūt preses, ait illis. S Quem vultis vobis de duo-
bus dimitti? C At illi dixerunt. S Barrabam. C Dicit illi Pi-
latus. S Quid ergo faciam de Jesu, qui dicitur Christus? C Di
cunt omnes. S Crucifigatur. C Ait illis ꝑses. S Quid enī mali
fecit? C At illi magis clamabant, dicentes. S Crucifigatur. C
Videns autē Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumul-
tus fieret accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens. S
Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. C Et
rñdens vniuersus populus dixit. S Sanguis eius super nos,
ꝛ super filios nostros. C Tunc dimisit illis Barrabam: Jesum
autem flagellatum tradidit eis: vt crucifigeretur. Tunc milites
presidis suscipientes Jesum in pretorio, congregauerunt ad
eum vniuersam cohortem: Et exuentes, eum chlamydem coc-

cineam

cineam circumdederunt ei: ⁊ plectentes coronam de spinis po=
suerunt super caput eius, ⁊ arundinem in dextera eius: ⁊ genu=
flexo ante eum illudebant ei dicentes. S Aue rex Judęorum. C
Et expuentes in eum acceperunt arundinem, ⁊ percutiebant ca=
put eius. Et postquam illuserunt ei: exuerunt eum chlamide: ⁊
induerunt eum vestimentis eius: ⁊ duxerunt eum vt crucifige=
rent. Exeuntes aūt inuenerunt hoīem Cyrenęum venientē de
villa, noīe Simonem. Hunc angariauerunt: vt tolleret crucem
eius. Et venerunt in locum qui dicit Golgotha, quod est Calua=
ri ę locus: ⁊ dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum
gustasset noluit bibere. Postquā aūt crucifixerunt eū, diuiserūt
vestimenta eius sortem mittentes: vt impleretur qđ dictum est
per prophetam, dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, ⁊ su=
per vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum,
Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic
est Jesus Nazarenus rex Judęorum. Tunc crucifixi sunt cum eo
duo latrones: vnus a dextris, ⁊ vnus a sinistris. Prętereuntes
autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, ⁊ dicentes. S
Uah qui destruis templum Dei: ⁊ in triduo illud reędificas. Sal=
ua temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. C Similiter
⁊ principes sacerdotum illudentes cum scribis, ⁊ senioribus di=
cebant. S Alios saluum fecit: seipsum non potest saluum face=
re. Si rex Jsrael est: descendat nunc de cruce: ⁊ credimus ei. Cō=
fidit in Deo: liberet eū nunc si vult. Dixit enī qz filius Dei sum.
C Jd ipsū āt ⁊ latrones q crucifixi erāt cū eo, improperabāt ei.
A sexta āt hora tenebrę factę sunt sup vniuersā terrā vsqz ad ho=
rā nonā. Et circa horā nonam clamauit Jesus voce magna di=
cens. ✠ Eli Eli lamazabachthani? C Hoc est. ✠ Deus meus,
Deus meus, vt qđ dereliquisti me? C Quidā autē illic stātes ⁊ au
dientes, dicebāt. S Eliā vocat iste. C Et cōtinuo currens vnus ex
eis acceptā spōgiā impleuit aceto: ⁊ īposuit arundini, ⁊ dabat ei bi=
bere. Ceteri vero dicebant. S Sine videamus an veniat Elias
liberans eum. C Jesus autē iterum clamans voce magna emisit
spiritū. Et ecce velū tēpli scissū ē in duas partes a summo vsqz
deorsū: ⁊ terra mota est: ⁊ petrę scissę sunt: ⁊ monumenta aper=
ta sunt: ⁊ multa corpora scōrū qui dormierant, surrexerunt. Et
exeuntes de monumentis post resurrectionē eius, venerunt in
sanctam

scām ciuitatē: ⁊ apparuerunt multis. Centurio aūt, ⁊ qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terremotu, ⁊ his, quę fiebant, timuerunt valde, dicētes. S Uere filius Dei erat iste. S Erāt autē ibi mulieres multę a longe, quę secutę erant Jesum a galilęa ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, ⁊ Maria Jacobi, ⁊ Joseph mr̄, ⁊ mr̄ filiorum Zebedęi. Cū sero aūt factuz esset, venit quidam homo diues ab Arimathęa noīe Joseph, qui ⁊ ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatuz: ⁊ petijt corpus Jesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore Joseph: inuoluit illud in sindone mūda: ⁊ posuit illud ī monumento suo nouo, qd̄ exciderat in petra. Et aduoluit saxū magnū ad hostiū monumēti, ⁊ abijt. Erāt aūt ibi Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, sedētes ɔtrā sepulcrū. Hic cātat̄ in tono euāgelij.

Altera aūt die, quę est post parasceuez, ɔuenerunt principes sacerdotum ⁊ Pharisęi ad Pilatū, dicentes. Dn̄e recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum vsque in diez tertiuz: ne forte veniant discipuli eius, ⁊ furent̄ eum: ⁊ dicat plebi: surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus.

¶ Passio Domini nostri Jesu Christi s̄m Marcum. Cap. 14.



In illo tp̄e: erat Pascha ⁊ azyma post biduū: ⁊ q̄rebāt sūmi sacerdotes ⁊ scribę, quō Jesū dolo tenerēt, ⁊ occiderēt. S Dicebāt em̄. Nō ī die festo. Ne forte tumult⁹ fieret ī poplo. C Et cum eēt Jes⁹ Bethanię in domo Simonis leprosi, ⁊ recūberet: venit mulier h̄ns alabastrū vnguenti nardi spicati p̄ciosi: ⁊ fracto alabastro effudit super caput eius. Erant aūt qdā indigne ferētes intra semetipsos, ⁊ dicentes. S Ut qd perditio ista vnguēti facta est? poterat em̄ vnguētū istud venūdari pluσ̄ trecentis denarijs, ⁊ dari pauperib⁹. C Et fremebāt in eā. Jes⁹ aūt dixit. ✠ Sinite eaz. Quid illi molesti estis? Bonū opus opata est ī me. Sēp em̄ paupes hēbitis vobiscū: ⁊ cū volueritis, potestis illis bn̄facere: me autē nō semp habebitis. Qđ habuit hoc fecit: p̄uenit vngere corpus meum in sepulturā. Amen dico vobis: vbicūq3 p̄dicatū fuerit Euangeliū

istud

istud in vniuerso mũdo, ⁊ qd̃ hec fecit, narrabitur in memoriam
eius. ℭ Et Judas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad sum=
mos sacerdotes: vt proderet eũ illis. Qui audientes gauisi sunt,
⁊ promiserunt ei pecuniã se daturos. Et querebat quõ illum op=
portune traderet. Et primo die azimorum, qñ Pascha immola=
bant, dicunt ei discipuli. S Quo vis eamus ⁊ paremus tibi, vt
mãduces Pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: ⁊ dicit eis.
✠ Ite in ciuitatẽ: ⁊ occurret vobis hõ lagenam aque baiulãs.
Sequimini eũ: ⁊ quocunq; introierit dicite dño domus, q; ma=
gister dicit. vbi est refectio mea, vbi Pascha cũ discipulis meis
manducẽ? Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stra=
tum: ⁊ illic parate vobis. ℭ Et abierunt discipuli eius: ⁊ vene=
runt in ciuitatẽ: ⁊ inuenerunt sicut dixerat illis: ⁊ parauerũt Pa=
scha. Vespere aũt facto venit cum duodecim: ⁊ discumbentibus
eis, ⁊ manducantibus ait Jesus. ✠ Amẽ dico vobis: quia vnus
ex vobis me tradet, qui manducat mecum. ℭ At illi ceperunt cõ=
tristari, ⁊ dicere ei singillatim. S Nunquid ego? ℭ Qui ait illis.
✠ Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.
Et filius quidem hominis vadit sicut scriptũ est de eo. Ve autem
homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei:
si non esset natus homo ille. ℭ Et manducantibus illis accepit
Jesus panem: ⁊ benedicens fregit, ⁊ dedit eis, ⁊ ait. ✠ Sumite,
hoc est corpus meum. ℭ Et accepto calice, gratias agens, dedit
eis. Et biberunt ex illo omnes: ⁊ ait illis. ✠ Hic est sanguis meus
noui testamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: q;
iã nõ bibã de genimine vitis vsq; in diẽ illũ: cũ illud bibam vo=
biscũ nouũ in regno dei. ℭ Et hymno dicto, exierũt in montem
oliuarũ: ⁊ ait illis Jesus. ✠ Omnes vos scandalizabimini in me
in nocte ista, q; scriptũ est: Percutiam pastorẽ, ⁊ dispergẽtur o=
ues. Sed postq̃ resurrexero, precedã vos in galileã. ℭ Petrus
autem ait illi. S Etsi oẽs scandalizati fuerint: sed non ego. ℭ Et
ait illi Jesus. ✠ Amen dico tibi, q; tu hodie in nocte hac prius=
q̃ bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus. ℭ At ille am=
plius loquebat. S Et si oportuerit me simul cõmori tibi, non te
negabo. ℭ Silr aũt ⁊ oẽs dicebant. Et veniunt in predium cui
nomen Gethsemani: ⁊ ait discipulis suis. ✠ Sedete hic donec
orem. ℭ Et assumpsit Petrum ⁊ Jacobum ⁊ Joannem secum:

⁊ cepit

⁊ cepit pauere ⁊ tedere. Et ait illis. ✠ Tristis est aīa mea vsq; ad mortem. Sustinete hic, ⁊ vigilate. C Et cum processisset paululum, procidit super terram: ⁊ orabat, vt si fieri posset trāsiret ab eo hora: ⁊ dixit. ✠ Abba, pr̄, oīa tibi possibilia sunt: trāsfer calicem hunc a me. Sed non quod ego volo, sed qd̄ tu. C Et venit, ⁊ inuenit eos dormientes: ⁊ ait Petro: ✠ Simon dormis? Nō potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate ⁊ orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem prōptus est, caro autem infirma. C Et iterum abiens orauit eundem sermonem, dicens. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erant eīm oculi eorum grauati: ⁊ ignorabant quid respōderent ei. Et venit tertio: ⁊ ait illis. ✠ Dormite iam: ⁊ requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce qui me tradet, prope est. C Et adhuc eo loquente venit Judas Iscariotes vnus de duodecim: ⁊ cum eo turba multa cū gladijs ⁊ lignis missi a summis sacerdotibus ⁊ scribis, ⁊ senioribus. Dederat autē traditor eis signū, dicens. S Quēcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum: ⁊ ducite caute. C Et cū venisset statim accedens ad eum, ait. S Rabbi. C Et osculatus est eū. At illi manus iniecerunt in eum: ⁊ tenuerunt eum. Unus aūt de circumstantibus educēs gladium percussit seruū summi sacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculam. Et rn̄dens Jesus, ait illis. ✠ Tāq̄ ad latronē existis cū gladijs ⁊ lignis cōphēdere me. Quotidie apud vos erā ī templo docens: ⁊ nō me tenuistis. Sed vt adimpleatur scripture. C Tunc discipuli eius relinquentes eū oēs fugerunt. Adolescēs autē quidā sequebatur eū amictus sindone sup nudo: ⁊ tenuerunt eū. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Et adduxerūt Jesum ad summum sacerdotem: ⁊ cōuenerunt oēs sacerdotes, ⁊ scribe, ⁊ seniores. Petrus aūt a lōge secutus ē eū vsq; intro ī atrium summi sacerdotis: ⁊ sedebat cū ministris: ⁊ calefaciebat se ad ignē. Sūmi vero sacerdotes ⁊ oē cōcilium q̄rebant aduersus Jesū testimoniū: vt eū morti traderēt: nec inueniebant. Multi eīm testimoniū falsum dicebant aduersus eum: ⁊ conuenientia testimonia nō erāt. Et qdā surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicētes. S Qm̄ nos audiuimus eum dicentē, Ego dissoluam templū hoc manu factum: ⁊ post triduum aliud nō manufactum edificabo. C Et non

erat

erat ꝯueniens testimoniũ illoꝝ. Et exurgẽs summus sacerdos in mediũ interrogauit Jesum dicens. S. Nõ rñdes quicq̃ ad ea, q̃ tibi obijciunt ab his? C. Ille autẽ tacebat: ⁊ nihil respõdit. Rursus summus sacerdos interrogabat eũ: ⁊ dixit ei. S. Tu es Chr̃s filius Dei benedicti? C. Jesus aũt dixit illi. ✠ Ego sum. Et videbitis filium hoĩs sedentẽ a dextris virtutis Dei, ⁊ venientẽ cum nubibus celi. C. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: S. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? C. Qui omnes ꝯdemnauerunt eũ esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum, ⁊ velare faciẽ eius, ⁊ colaphis eũ cedere, ⁊ dicere ei. S. Prophetiza. C. Et ministri alapis eum cedebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum: venit vna ex ancillis summi sacerdotis: ⁊ cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait. S. Et tu cum Jesu Nazareno eras. C. At ille negauit, dicens. S. Neque scio: neque noui quid dicas. C. Et exijt foras ante atrium: ⁊ gallus cantauit. Rursus aũt cum vidisset illũ alia ancilla, cepit dicere circunstantibus. S. Quia hic ex illis est. C. At ille iterum negauit. Et post pusillũ rursus q̃ astabãt dicebãt Petro. S. Vere ex illis es. nã ⁊ galileus es. C. Ille aũt cepit anathematizare ⁊ iurare. q2 nescio hoiem istum, quẽ dicitis. Et est statim iterũ gallus cãtauit. Et recordat⁹ est Petr⁹ verbi, qđ dixerat ei Jesus, priusq̃ gallus cantet bis, ter me negabis. Et cepit flere. Et ꝯfestim mane ꝯsiliũ facientes summi sacerdotes cũ senioribus ⁊ scribis ⁊ vniuerso concilio, vincientes Jesum duxerunt ⁊ tradiderũt Pilato. Et interrogauit eũ Pilatus. S. Tu es rex iudeorum? C. At ille rñdens ait illi. ✠ Tu dicis. C. Et accusabãt eũ summi sacerdotes in multis. Pilatus aũt rursus interrogauit eũ, dicens. S. Non rñdes quicq̃? Vides in q̃tis te accusant? C. Jesus autẽ amplius nihil rñdit: ita vt miraret Pilatus. Per diem aũt festum, solebat illis dimittere vnum ex vinctis, quemcunque petijssent. Erat aũt vnus, qui dicebat Barrabas, q cũ seditiosis erat vinctus, q in seditione fecerat homicidiũ. Et cum ascendisset turba: cepit rogare, sicut semꝑ faciebat illis. Pilatus aũt rñdit eis: ⁊ dixit. S. Vultis dimittã vobis regem iudeorum? C. Sciebat eñ q̃ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices antẽ concitauerunt turbam: vt magis Barrabam dimitteret eis.

Pila-

Pilatus autem iterum rñdēs, ait illis. g Quid ergo vultis fa-
ciā regi iudeorum? c At illi iterum clamauerunt. g Crucifige
eum. c Pilatus vero dicebat eis. g Quid enī mali fecit? c At
illi magis clamabant. g Crucifige eum. c Pilatus aūt volēs
populo satisfacere, dimisit illis Barrabam: et tradidit Jesum fla
gellis cesum: vt crucifigeretur. Milites autē duxerunt eum in
tro in atrium p̄torii: et conuocant totam cohortem. Et induunt eum
purpura: et imponunt ei plectentes spineam coronā: et ceperunt
salutare eum. g Aue rex iudeorū. c Et percutiebant caput eius
arundine: et conspuebant eū: et ponentes genua, adorabant eum.
Et postq̄ illuserunt ei: exuerunt illum purpura: et induerunt euz
vestimentis suis: et educunt illum, vt crucifigerent eum. Et an-
gariauerunt pretereuntem quempiam Simonem Cyreneum
venientē de villa p̄rem Alexandri et Rufi: vt tolleret crucē eius.
Et perducūt eū in Golgotha locū: qd̄ est interpretatuz Caluarie
locus. Et dabant ei bibere myrrhatuz vinum: et non accepit.
Et crucifigentes eū diuiserunt vestimēta eius, mittētes sortē su-
per eis: vt quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: et crucifixe
runt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus: Rex Judeoruz.
Et cū eo crucifigūt duos latrones: vnū a dextris eius, et aliū a si-
nistris. Et adimpleta est scriptura, q̄ dicit. Et cū iniquis reputa-
tus est. Et p̄tereuntes blasphemabant eū, mouētes capita sua, et
dicētes. g Uah qui destruis tēplū Dei: et i tribus diebus reedi-
ficas. Saluū fac temetipsum descēdēs de cruce. c Silr̄ et sum-
mi sacerdotes illudētes ad alterutruz cuz scribis, dicebāt. g A-
lios saluos fecit: seipsuz non pōt saluū facere. Si rex Israel est,
descendat nunc de cruce: vt videamus et credamus. c Et qui cū
eo crucifixi erant conuiciabātur ei. Et facta hora sexta, tenebre fa-
cte sunt sup terraz, vsq; in horā nonā. Et hora nona exclamauit
Jesus voce magna, dicēs. ✠ Eloi, Eloi lamazabathani? c Qd̄
est interpretatum. ✠ Deus meus, deus meus, vt qd dereliquisti
me? c Et quidā de circūstātibus audiētes dicebāt. g Ecce Eliā
vocat. c Currēs aūt vnus, et implēs spongiā aceto, circūponēsq;
que calamo potū dabat ei, dicēs. g Sinite videamus, si veniat
Elias ad deponendum eū. c Jesus aūt emissa voce magna ex-
pirauit. Et velū tēpli scissum est in duo, a summo vsque deorsum.
Uidēs aūt cēturio, q ex aduerso stabat: q2 sic clamās expirasset,
ait.

ait. ℟ Vere hic hō filius Dei erat. ℂ Erant aūt ibi mulieres de longe aspiciētes: inter quas erat Maria Magdalene, ⁊ Maria Jacobi minoris, ⁊ Joseph mr̄, ⁊ Salome. Et cū esset in Galilęa: sequebantur eū, ⁊ ministrabant ei: ⁊ alię multę, quę simul cuꝫ eo ascenderant Jerosolymam. Hic legitur in tono Euangelij.

E T cum iam sero esset factum: quia erat parasceue, qđ est ante Sabbatuꝫ: venit Joseph ab Arimathia nobilis decurio: qui ⁊ ipse erat expectans regnuꝫ Dei: ⁊ audacter introiuit ad Pilatum: ⁊ petijt corpus Jesu. Pilatus autẽ mirabatur si iaꝫ obijsset. Et accersito Centurione: interrogauit eum, si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a Centurione, donauit corpus Joseph. Joseph autem mercatus est sindonem: ⁊ deponens eum, inuoluit sindone: ⁊ posuit eum in monumento quod erat excisum in petra: ⁊ aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

¶ Passio Domini nostri Jesu Christi ſm Lucam. Cap. 22.



I N illo tpe: ℂ Appropinquabat aūt dies festus azymorū, qui dr̄ pascha: ⁊ q̄rebāt Principes sacerdotū, ⁊ scribę: quō Jesuꝫ interficeret. Timebāt vero plebē. Jntrauit aūt satanas in Judaꝫ, qui cognominabat Jscariotes, vnū de duodecim: ⁊ abijt ⁊ locutus est cū principibus sacerdotū ⁊ magistratibꝰ: quēadmodū traderet illū eis. Et gauisi sūt, ⁊ pacti sūt pecuniā illi dare. Et spopōdit. Et q̄rebat opportunitatē, vt traderet eū sine turbis. Venit aūt dies azymoꝝ, in q̄ necesse erat occidi pascha: ⁊ misit Petrū ⁊ Joānē, dicēs. ✠ Euntes parate nobis pascha, vt māducemus. ℂ At illi dixerūt. ℟ Vbi vis paremus? ℂ Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis hō, amphorā aquę portans: sequimini eū in domū, in quam intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister: Vbi est diuersorium, vbi pascha cū discipulis meis manducē? Et ipse vobis ostendet cęnaculū magnū stratū: ⁊ ibi parate. ℂ Euntes aūt inuenerunt sicut dixit illis Jesus: ⁊ parauerunt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit: ⁊ duodecim apli cum eo. Et ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico eñ vobis: q꞉ ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno Dei. ℂ Et accepto calice

gratias egit, ⁊ dixit. ✠ Accipite ⁊ diuidite iter vos. Dico eīn vobis: quia nō bibam de generatione vitis: donec regnum Dei veniat. ¶ Et accepto pane, gratias egit, ⁊ fregit, ⁊ dedit eis, dicēs: ✠ Hoc est corpus meū: quod pro vobis datur. Hoc facite i meā commemorationē. ¶ Similiter ⁊ calicem, postquā cenauit, dicens. ✠ Hic calix nouum testamentū est in sanguine meo: qui pro vobis effundetur. Veruntū ecce manus tradentis me, mecū est in mensa. Et quidem filius hominis sm̄ q̄ diffinitū est, vadit. Veruntū ve homini illi per quē tradetur. ¶ Et ipsi ceperūt querere inter se: quis esset ex eis: qui hoc facturus esset. Facta est autem ⁊ contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis: ✠ Reges gentium dominantur eorum, ⁊ qui potestatē habent super eos benefici vocātur. Vos autē non sic, Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: ⁊ qui precessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sū, sicut qui ministrat. Vos autē estis, qui permansistis mecū in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnū: vt edatis ⁊ bibatis super mensā meā in regno meo: ⁊ sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel, ¶ Ait autē dominus Simoni. ✠ Simon: ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autē rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ¶ Qui dixit ei. S. Domine tecū paratus sum ⁊ in carcerem ⁊ in mortem ire. ¶ Et ille dixit. ✠ Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. ¶ Et dixit eis. ✠ Quando misi vos sine sacculo, ⁊ pera, ⁊ calciamētis, nunquid aliquid defuit vobis? ¶ At illi dixerunt. S. Nihil. ¶ Dixit ergo eis. ✠ Sed nunc qui habet sacculū tollat similiter ⁊ perā: ⁊ qui non habet, vendat tunicā suā: ⁊ emat gladiū. Dico enī vobis, qm̄ adhuc hoc qđ scriptum est, oportet impleri in me. Et cū iniquis deputatus est. Etenī ea, q̄ sunt de me finē hn̄t. ¶ At illi dixerūt. S. Domine ecce gladij duo hic. ¶ At ille dixit eis. ✠ Satis est. ¶ Et egressus ibat sm̄ consuetudinē in montē oliuarum. Secuti sunt autem illum ⁊ discipuli eius. Et cum peruenissent ad locum, dixit illis. ✠ Orate, ne intretis in tentationem. ¶ Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: ⁊ posi-

& positis genibus orabat, dicens. ✠ Pater si vis, transfer calicē istum a me. Ue- untū nō mea voluntas, sed tua fiat. C Apparuit aūt illi Angelus de celo cōfortans eū. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut gutte sanguinis decurrētis in terram. Et cū surrexisset ab oōne, & venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pre tristitia: & ait illis. ✠ Quid dormitis? Surg te & orate, ne intretis i tētationē. C Adhuc eo loquente, ecce turba, & q vocabat Judas vnus de duodecim antecedebat eos: & appropinquauit Jesu, vt oscularetur eū. Jesus autem dixit illi. ✠ Juda osculo filium hōis tradis? Uidentes autē hi, qui circa ipsum erant, qd̄ futurū erat, dixerunt ei. S Dñe si percutimus in gladio? C Et percussit vnus ex illis seruū principis sacerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram. Rñdens autē Jesus ait. ✠ Sinite vsque huc. C Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit aūt Jesus ad eos, qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. ✠ Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus: cum quotidie vobiscum fuerim in templo, & nō extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra, & potestas tenebrarum. C Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus vero sequebatur eum a longe. Accenso aūt igne in medio atrij, & circūsedētibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quē cū vidisset ancilla qdā sedentē ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit. S Et hic cum illo erat. C At ille negauit eum, dicens. S Mulier nō noui illū. C Et post pusillū alius videns eū dixit. S Et tu de illis es. C Petrus vero ait. S O hō non sum. C Et interuallo facto quasi hore vnius, alius quidā affirmabat, dicens. S Uere & hic cum illo erat. Nā & galileus est. C Et ait Petrus. S Hō, nescio quid dicis. C Et cōtinuo adhuc illo loquente, cātauit gallus: & cōuersus dñs respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi dñi sicut dixerat: qz priusq̄ gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Et q tenebant Jesum illudebāt ei, cedentes eū. Et velauerūt eū: & percutiebāt faciē eius: & interrogabant eū, dicētes. S Prophetiza: quis est qui te percussit? C Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum, & scribe: & duxerunt illum in concilium suum, dicentes.

S Si tu es Christus dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobis dixero,
non credetis mihi. Si autē interrogauero: non r̄ndebitis mihi,
neq̄ dimittetis. Ex hoc autē erit filius hoīs sedens a dextris vir-
tutis Dei. C Dixerunt aūt oēs. S Tu ergo es filius Dei? C Qui
ait. ✠ Uos dicitis quia ego sum. C At illi dixerūt. S Quid ad-
huc desideramus testimonium? Ipsi enī audiuimus ex ore eius.
C Et surgens oīs multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatū.
Ceperunt aūt illū accusare, dicentes. S Hunc inuenimus sub-
uertentē gentē nostrā: ⁊ prohibentē tributa dari Cesari: ⁊ dicen-
tem se Christum regem esse. C Pilatus aūt interogauit eum, di-
cens. S Tu es rex iudeorum? C At ille respōdens, ait. ✠ Tu di-
cis. C Ait aūt Pilatus ad principes sacerdotum ⁊ turbas. S Ni-
hil inuenio cause in hoc hoīe. C At illi inualescebant, dicentes.
S Cōmouit populum docens per vniuersam iudeā, incipiens a
galilea vsq̄ huc. C Pilatus aūt audiens galileā, interrogauit
si hō galileus esset. Et vt cognouit q̄ de Herodis ptāte esset, re-
misit eū ad Herodem: qui ⁊ ipse Jerosolymis erat illis diebus.
Herodes autem viso Jesu, gauisus est valde. Erat enī cupiēs ex
multo tēpore videre eum, eo q̄ audierat multa de illo, ⁊ sperabat
signum aliqđ videre ab eo fieri. Interrogabat autē illum multis
sermonibus. At ipse nihil illi r̄ndebat. Stabant autem principes
sacerdotum ⁊ scribe cōstanter accusantes eum. Spreuit aūt illū
Herodes cum exercitu suo, ⁊ illusit indutum veste alba: ⁊ remi-
sit ad Pilatū. Et facti sunt amici Herodes ⁊ Pilatus in ipsa die.
Nā antea inimici erant adinuicē. Pilatus aūt cōuocatis princi-
pib⁹ sacerdotum, ⁊ magistratibus, ⁊ plebe, dixit ad illos. S Ob-
tulistis mihi hunc hoīem quasi auertentē populū: ⁊ ecce ego co-
ram vobis interrogans, nullā cām inuenio in hoīe isto ex his in
quibus eū accusatis. Sed neq̄ Herodes. Nam remisi vos illū.
Et ecce nihil dignum morte actū est ei. Emēdatū ergo illū dimit-
tā. C Necesse aūt habebat dimittere eis per diem festū vnū. Ex-
clamauit autē simul vniuersa turba, dicens. S Tolle hunc: ⁊ di-
mitte nobis Barrabā. C Qui erat pp̄ seditionē quādā factā in
ciuitate ⁊ homicidiū missus in carcerē. Iterū aūt Pilatus locu-
tus est ad illos volens dimittere Jesum. At illi succlamabāt, di-
centes. S Crucifige, crucifige illum. C Ille aūt tertio dixit ad il-
los. S Quid enī mali fecit iste? Nullā cām mortis inuenio in eo.

Corripiam

Corripiam ergo illum, et dimittã. C At illi instabant vocibus ma-
gnis postulantes, vt crucifigeretur: et inualescebant voces eo-
rum: et Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorũ. Dimisit aũt illis
eum, qui pp homicidium et seditionẽ missus fuerat in carcerem,
quẽ petebant: Jesum vero tradidit voluntati eorum. Et cũ du-
cerent eum, apprehenderunt Simonẽ quendã Cyrenensem ve-
nientẽ de villa: et imposuerunt illi crucẽ portare post Jesũ. Se-
quebatur autẽ illum multa turba populi et mulierum: quę plan-
gebant et lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Jesus
dixit. ✠ Filię Jerusalem nolite flere super me: sed super vosip-
sas flete, et super filios vestros: qm̃ ecce venient dies, in quibus
dicent: Beatę steriles et ventres qui non genuerunt: et vbera
quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite
super nos: et collibus operite nos: quia si in viridi ligno hoc fa-
ciũt, in arido quid fiet? C Ducebantur autem alij duo nequam cum
eo, vt interficerentur. Et postq̃ venerunt in locum qui vocatur
Caluarię, ibi crucifixerunt eum et latrones: vnum a dextris, et al-
terum a sinistris. Jesus aũt dicebat. ✠ Pr̃ dimitte illis: non eñ
sciunt quid faciunt. C Diuidentes vero vestimenta eius mise-
runt sortes. Et stabat populus expectans: et deridebant eum prin-
cipes cum eis, dicentes. S Alios saluos fecit: seipsum saluũ fa-
ciat, si hic est Chr̃s Dei electus. C Illudebant autẽ ei et milites
accedentes: et acetũ offerentes ei, et dicentes. S Si tu es rex iu-
dęorũ saluũ te fac. C Erat autẽ et superscriptio scripta sup eum
literis gręcis, latinis, et hebraicis. Hic est rex iudęorum. Unus
autẽ de his qui pendebant latronibus, blasphemabant eum, di-
cens. S Si tu es Chr̃s, saluum fac temetipsum, et nos. C Rñdẽs
aũt alter increpabat eum, dicẽs. S Neq̃ tu times Deũ: qui in
eadẽ dãnatione es. Et nos quidẽ iuste: nam digna factis recipi-
mus: hic vero nihil mali gessit. C Et dicebat ad Jesum. S Dñe
memento mei, cũ veneris in regnũ tuum. C Dixit illi Jesus. ✠
Amen dico tibi: hodie mecũ eris in Paradiso. C Erat autẽ fere
hora sexta: et tenebrę factę sunt in vniuersa terra vsque in horam
nonã. Et obscuratus est Sol, et velũ tẽpli scissũ est mediũ. Et cla
mans Jesus voce magna ait. ✠ Pr̃ in manus tuas commendo
spũm meũ. C Et hęc dicens expirauit. Uidens autem Centurio
qđ factum fuerat et glorificauit Deum, dicẽs. S Uere hic hõ iu-

stus erat. ¶ Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculũ istud, & videbant q̃ fiebant, percutiẽtes pectora sua revertebant. Stabant aũt oẽs noti eius a longe, & mulieres, que secute erant eum a galilea hec videntes. Hic cantatur in tono Euangelii.

Et ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio: vir bonus & iustus. Hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathea civitate Judee: qui expectabat & ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum: & petijt corpus Jesu. Et depositũ involuit sindone: & posuit eum in monumento exciso, in quo nondũ quisquam positus fuerat.

¶ Passio domini nostri Jesu Christi sm Joannem. Cap. 18.



In illo tempore: Egressus est Jesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus: in quem introivit ipse & discipuli eius. Sciebat aũt & Judas qui tradebat eũ, locum: q2 frequenter Jesus convenerat illuc cũ discipulis suis. Judas ergo cũ accepisset cohortẽ, & a põtificibus & phariseis ministros: venit illuc cum laternis & facibus & armis. Jesus itaq3 sciẽs oia q̃ vẽtura erãt sup eũ, pcessit, & dixit eis. ✠ Quẽ q̃ritis? ¶ Rñderunt ei. S Jesũ Nazarenũ. ¶ Dicit eis Jesus. ✠ Ego sum. ¶ Stabat aũt & Judas qui tradebat eũ cũ ipsis. Ut ergo dixit eis ego sũ, abierunt retrorsũ, & ceciderunt in terrã. Iterũ ergo iterrogavit eos: ✠ Quẽ q̃ritis? ¶ Illi aut dixerũt, S Jesũ Nazarenũ. ¶ Rñdit Jesus ✠ Dixi vobis q2 ego sũ. Si ergo me queritis, sinite hos abire. ¶ Ut impleretur sermo, quem dixit. Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenq̃. Simon ergo Petrus hñs gladium eduxit eum, & percussit põtificis servum: & abscidit auriculam eius dexterã. Erat aũt nomẽ servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginã. Calicem quem dedit mihi pr̃, non vis ut bibam illum? ¶ Cohors ergo, & tribunus, & ministri iudeorum comprẽhenderunt Jesum: & ligaverunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primum, Erat enim socer Caiphe: qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat iudeis: quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus

lus aūt ille notus erat pontifici: ⁊ introiuit cum Jesu in atrium pontificis. Petrus aūt stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius, qui notus erat pontifici: ⁊ dixit ostiarię: ⁊ introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. S Nunquid ⁊ tu es ex discipulis hois istius? C Dixit ille. S Non sū. C Stabant aūt serui, ⁊ ministri ad prunas, quia frigus erat: ⁊ calefaciebant se. Erat aūt cum eis Petrus stans, ⁊ calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Jesū de discipulis suis, ⁊ de doctrina ei⁹. Respondit Jesus. ✠ Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga ⁊ in templo: quo omnes iudęi cōueniūt. Et ī oculto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui me audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt q̄ dixerim ego. C Hęc autē cum dixisset vnus assistēs ministrorum dedit alapam Jesu, dicens. S Sic rñdes pōtifici? C Respōdit ei Jesus. ✠ Si male locutus sum: testimoniū perhibe dę malo. Sin autē bene, quid me cędis? C Et misit eū Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autē Simon Petrus stans, ⁊ calefaciēs se. Dixerūt ergo ei. S Nūquid ⁊ tu ex discipulis eius es? C Negauit ille, ⁊ dixit. S Non sum. C Dixit vnus ex seruis pontificis cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculā. S Nonne ego te vidi in horto cum illo? C Iterum ergo negauit Petrus, ⁊ statim gallus cantauit. Adducunt ergo Jesum a Caipha in ꝓtoriū. Erat aūt mane: ⁊ ipsi non introierunt pretoriū vt non ꝯtaminarent̄: sed vt mādūcarent Pascha. Exiuit ergo Pilat⁹ ad eos foras, ⁊ dixit. S Quā accusationē affertis aduersus hoīem hunc? C Respōderunt, ⁊ dixerunt ei. S Si nō esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus. S Accipite eum vos, ⁊ secundum legem vestram iudicate eum. C Dixerunt ergo iudęi. S Nobis non licet interficere quenq̄. C Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pretorium Pilatus: ⁊ vocauit Jesum, ⁊ dixit ei. S Tu es rex iudęorum? C Rñdit Jesus. ✠ A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me. S Respōdit Pilatus. C Nunquid ego iudęus sum? Gens tua ⁊ pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? C Respondit Jesus. ✠ Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei vtiq̄ decertarent

rent, vt non traderer iudeis. Nunc aūt regnū meū non est hinc. C Dixit itaq3 ei Pilatus. S Ergo rex es tu? C Respondit Jesus. ✠ Tu dicis, q2 rex su3 ego. Ego in hoc natus sum, ꝛ ad hoc veni in mūdū: vt testimoniū phibea3 veritati. Dis eñi q est ex veritate audit vocē meam. C Dicit ei Pilatus. S Quid est veritas? C Et cū hoc dixisset, iterū exiuit ad eos: ꝛ dixit eis. S Ego nullā inuenio in eo cām. Est aūt ꝯsuetudo vobis, vt vnū dimittā vobis in Pascha. Uultis ergo dimittā vobis regem iudeorum? C Clamauerunt oēs dicētes. S Non hunc, sed Barrabam. C Erat aūt Barrabas latro. Tūc ergo apprehēdit Pilatus Jesu3, ꝛ flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: ꝛ veste purpurea circundederunt eum: ꝛ veniebant ad eum, ꝛ dicebant. S Aue rex iudeorum. C Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, ꝛ dicit eis. S Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis, q2 nullā cām inuenio in eo. C Exijt ergo Jesus portans spineā coronā ꝛ purpureum vestimentu3. Et dicit eis. S Ecce homo. C Cū ergo vidissent eū pōtifices ꝛ ministri clamabant, dicentes. S Crucifige, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. S Accipite eū vos: ꝛ crucifigite. Ego eñi nō inuenio in eo cām. C Rñderunt ei Judei. S Nos legē habemus, ꝛ fm legem debet mori: q2 filiū dei se fecit. C Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonē, magis timuit. Et ingressus est ptorium iterum: ꝛ dicit ad Jesum. S Unde es tu? C Jesus aūt rñsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S Mihi nō loqueris? Nescis q2 ptātem habeo crucifigere te: ꝛ ptātem habeo dimittere te? C Rñdit Jesus. ✠ Non haberes potestatem aduersus me vllam: nisi datum tibi esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi, maius pctm̄ habet. C Et exinde querebat Pilatus dimittere eum. Judei autem clamabant, dicentes. S Si hunc dimittis: non es amicus Cesaris. Dis eñi qui se regem facit, contradicit Cesari. C Pilatus ergo cū audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: ꝛ sedit pro tribunali in loco qui dr̄ Lithostrotos: hebraice vero gabatha. Erat autem parasceue hora quasi sexta: ꝛ dicit iudeis. S Ecce rex vester. C Illi autem clamabant. S Tolle tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus. S Regem vestrum crucifigam? C Respondertunt Pontifices. S Non habemus regem nisi Cesarem. C Tunc ergo tradidit

dit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum: & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarię locũ: hebraice aũt Golgotha: vbi eũ crucifixerunt: & cũ eo alios duos hinc & hinc mediũ aũt Iesũ. Scripsit aũt titulũ Pilatus: & posuit super crucem. Erat aũt scriptũ: Iesus Nazarenus rex Iudeorũ. Hũc ergo titulũ multi legerunt Iudeorum: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Erat autem scriptum hebraice, grece, & latine. Dicebãt ergo Pilato pontifices iudeorum. S Noli scribere rex iudeorum: sed quia dixit, rex sum iudeorum. C Respondit Pilatus. S Qđ scripsi scripsi. C Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta sua, & fecerunt quatuor partes: vnicuique militi partem, & tunicam. Erat aũt tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem. S Non scindamus eã: sed sortiamur de ea cuius sit. C Vt scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quẽ diligebat: dicit matri sue. ✠ Mulier ecce filius tuus. C Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Postea sciens Iesus, quia iam oĩa consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit. ✠ Sitio. C Vas ergo positũ erat aceto plenũ. Illi aũt spongiã plenam aceto hyssopo circũponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit. ✠ Consummatum est. C Et inclinato capite tradidit spũm. Iudei ergo, qm̃ parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato: (erat eñ magnus dies ille sabbati:) rogauerunt Pilatum, vt frangerent eorum crura, & tollerentur. Venerũt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuũ: non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimonium phibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit, qz vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hec, vt scriptura impleretur, dicens. Os nõ comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

Post hec autem rogauit Pilatum Joseph ab Arimathea: eo quod esset discipulus Jesu: occultus autem propter metum iudeorum: vt tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo et tulit corpus eius. Venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens mysturam myrrhe et aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu: et ligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est Judeis sepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: et in horto monumentum nouum: in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen Judeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Jesum.

Sermo domini nostri Jesu Christi ante passionem habitus coram Apostolis. Johannis. Cap. xiij.

Ante diem festum pasche, sciens Jesus, quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in fine dilexit eos. Et cena facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Judas Simonis Iscariotis, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, et quia a Deo exiuit, et ad eum vadit, surgit a cena, et ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteum: precinxit se. Deinde misit aquam in peluim: et cepit lauare pedes discipulorum, et extergere linteo, quo erat precinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Respondit Jesus: et dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in eternum. Respondit ei Jesus: Si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantum pedes meos: sed et manus et caput. Dicit ei Jesus: Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum: propterea dixit: non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum: accepit vestimenta sua: et cum recubuisset iterum dicit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister et domine: et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus et magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis: ita et vos faciatis. Amen amen dico vobis: non est seruus maior domino suo: neque apostolus maior eo, qui misit illum. Si hec scitis: beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed vt impleatur scriptura: Qui

Qui manducat meum panē, leuabit cōtra me calcaneum suum.
Amodo dico vobis priusꝙ̄ fiat: vt cum factuȝ fuerit, credatis, qꝛ
ego sum. Amen amen dico vobis: qui accipit siquidē misero, me
accipit. Qui autē me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hęc
dixisset Jesus, turbatus est spū: ꝛ protestatus est, ꝛ dixit. Amen
amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebāt ergo
adinuicē, hęsitantes de quo diceret. Erat aūt recumbens vnus
ex discipulis eius in sinu Jesu: quē diligebat Jesus. Innuit er-
go huic Simon Petrus, ꝛ dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaqȝ
cum recubuisset ille supra pectus Jesu, dixit ei: Dñe quis est qui
tradet te? Rñdit Jesus. Ille est, cui ego intinctuȝ panē porrexe-
ro. Et cū intinxisset paneȝ, dedit Judę Simonis Iscariotis. Et
post buccellā, introiuit, in illuȝ satanas. Et dicit ei Jesus. Quod
facis, fac citius. Hoc aūt nemo sciuit discumbentiū, ad quid di-
xerit ei. Quidā aūt putabant, qꝛ loculos habebat Judas, ꝙ dixis-
set ei Jesus: eme ea q̄ opus sūt nobis ad diē festū, aut egenis vt ali
quid daret. Cum ergo accepisset ille buccellā: exiuit ꝯtinuo. Erat
autē nox. Cū ergo exisset: dicit Jesus. Nunc clarificatus est filius
hoīs: ꝛ Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est i eo:
ꝛ Deus clarificauit eū in semetipso: ꝛ cōtinuo clarificabit euȝ. Fi
lioli adhuc modicuȝ vobiscum sum. Quęritis me: ꝛ sicut dixi iu-
dęis, quo ego vado: vos non potestis venire. Et vobis dico mo-
do: Mādatū nouū do vobis: vt diligatis inuicē: sicut dilexi vos,
vt ꝛ vos diligatis inuiceȝ. In hoc cognoscēt oēs, qꝛ mei discipu-
lis estis: si dilectionē habueritis adinuicem. Dicit ei Simon Pe-
trus: Dñe quo vadis? Rñdit Jesus. Quo ego vado non potes
me modo sequi: sequeris autē postea. Dicit ei Petrus: Quare nō
possum te modo sequi? Aīam meam pro te ponam. Rñdit ei Je-
sus: Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non can-
tabit hodie gallus: donec ter me neges. Et ait discipulis suis: Non
turbetur cor vestrum: creditis in Deum, ꝛ in me credite. In
domo patris mei mansiones multę sunt. Si quoniam dixissem
vobis, qꝛ vado parare vobis locum. Et si abiero, ꝛ preparauero
vobis locum: iterum veniam ad vos: ꝛ accipiam vos ad me ipsuȝ,
vt vbi sum ego, ꝛ vos sitis: ꝛ quo ego vado scitis: ꝛ viam scitis.
Dicit ei Thomas: Dñe nescimus quo vadis: ꝛ quomodo possi-
mus viam scire? Dicit ei Jesus, ego sum via, veritas, ꝛ vita.

Nemo

Nemo venit ad prem nisi per me. Si cognouissetis me: et patrem meu vtique cognouissetis: et amodo cognoscetis eum: et vidistis eum. Dicit ei Philippus: Dne ostende nobis prem, et sufficit nobis. Dicit ei Jesus. Tanto tpe vobiscum sum: et non cognouistis me? Philippe qui videt me, videt et prem. Quo tu dicis ostde nobis prem? Non credis qr ego in pre, et pr in me est? Uerba que loquor vobis, a meipso non loquor. Pater aut in me manes ipse facit opera. No creditis qr ego in pre, et pater in me est? Alioquin, pter opera ipsa credite. Ame ame dico vobis: qui credit in me, opera que ego facio, et ipse faciet: et maiora horu faciet: qr ego ad prem vado. Et quodcunqz petieritis prem i noie meo, hoc facia, vt glorificet pr in filio. Siquid petieritis prem in noie meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea seruate: et ego rogabo patre: et alium paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiscu in eternum spum veritatis: que mundus non pot accipere: qr non vidit eum, nec scit eum. Uos autem cognoscetis eum: qr apud vos manebit: et in vobis erit. Non relinqua vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicu: et mundus me iam non videt. Uos aute videtis me: qr ego viuo, et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, qr ego sum in pre meo: et vos in me: et ego in vobis. Qui habet mandata mea, et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui aut diligit me, diligetur a patre meo: et ego dilige eum: et manifestabo ei meipsum. Dicit ei Judas, non ille iscariotes: Dne quid factum est, qr nobis manifestaturus es teipsu, et no mundo. Respodit ei Jesus: et dixit: Siquis diligit me, sermonem meum seruabit. Et pr meus diliget eum: et ad eum veniemus, et mansionez apud euz faciemus. Qui non diligit me, sermones meos no seruat. Et sermonem, que audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manes: Paraclitus aut spus scus, quem mittet pr in noie meo, ille vos docebit oia, et suggeret vobis oia qcunqz dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quo mundus dat, ego do vobis. Non turbet cor vestrum, neque formidet. Audistis qr ego dixi vobis, vado et venio ad vos. Si diligeritis me: gauderetis vtique, quia vado ad patrem: qr pr maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Jam no multa loquar vobiscum: venit em princeps mundi huius: et in me no habet quicqz.

Sed

Sed vt cognoscat mūdus, q2 diligo patrē, ꝛ sicut mādatum dedit mihi pr̄, sic facio. Surgite, eamus hinc. Ego sum vitis vera: ꝛ pr̄ meus agricola est. Oēm palmitē in me nō ferentē fructum tollet eum: ꝛ oē qui fert fructum purgabit eum: vt fructum plus afferat. Jā vos mundi estis pp̄ sermonē, quē locutus sum vobis. Manete in me, ꝛ ego in vobis. Sicut palmes non pōt ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic ꝛ vos, nisi in me māseritis. Ego sum vitis, ꝛ vos palmites. Qui manet in me ꝛ ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Siqs in me nō manserit: mittet foras sicut palmes, ꝛ arescet: ꝛ colligēt eum: ꝛ in ignē mittēt, ꝛ ardet. Si māseritis in me, ꝛ verba mea in vobis māserint: qdcunq3 volueritis, petetis, ꝛ fiet vobis. In hoc clarificatus est pr̄ meus: vt fructū plurimū afferatis, ꝛ efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr̄, ꝛ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si p̄cepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut ꝛ ego patris mei p̄cepta seruaui, ꝛ maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: vt gaudiū meum in vobis sit: ꝛ gaudium vestrum impleatur. Hoc est preceptum meum: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt aiam suam ponat qs pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis que ego p̄cipio vobis. Jam non dicā vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dn̄s eius. Vos aūt dixi amicos: quia oīa quecunq3 audiui a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: ꝛ posui vos, vt eatis, ꝛ fructum afferatis, ꝛ fructus vester maneat, ꝛ qdcunque petieritis patrē in noīe meo, det vobis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicē. Si mundus odit vos: scitote q2 me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus qd suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis: sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei: quem ego dixi vobis: Non est seruus maior dn̄o suo. Si me persecuti sunt: ꝛ vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: ꝛ vestrū seruabunt. Sed hec oīa facient vobis propter nomen meum: q2 nesciunt eum, qui misit me. Si non venissē, ꝛ locutus eis non fuissem, pctm̄ non haberent. Nunc autem excusationem nō hn̄t de peccato suo. Qui me odit, ꝛ patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, que nemo alius fecit, pecca-

tum

tuz non hẽnt. Nunc autẽ ⁊ viderunt oderunt me ⁊ pr̃em meum: Sed vt impleať sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cum autez venerit paraclitus, quem ego mittaz vobis a pr̃e spiritu3 veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: ⁊ vos testimonium perhibebitis: q2 ab initio mecum estis. Hęc locutus sum vobis, vt non scãdalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora: vt oĩs qui interficit vos, arbitretur obsequiu3 se pr̃stare deo. Et hęc facient vobis, q2 non nouerunt pr̃em, neque me. Sed hęc locutus sum vobis, vt cum venerit hora, eoru3 reminiscamini, q2 ego dixi vobis. Hęc autẽ ab initio non dixi: q2 vobiscu3 erã. Et nunc vado ad eu3 qui misit me: ⁊ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed q2 hęc locutus su3 vobis, tristitia impleuit cor vestru3. Sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis, vt ego vadã. Si eñi non abiero, paraclitus non veniet ad vos. Si autẽ abiero, mittaz eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de pctõ, ⁊ de iustitia, ⁊ de iudicio. De pctõ quidem, q2 non crediderunt in me. De iustitia vero: quia ad patrem vado: ⁊ iam non videbitis me. De iudicio autẽ, q2 princeps mundi huius ia3 iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autẽ venerit ille spũs veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non eñi loquetur a semetipso, sed quęcunq3 audiet, loquetur: ⁊ quę ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: q2 de meo accipiet, ⁊ annunciabit vobis. Oia quęcunque habet pater mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, ⁊ annunciabit vobis. Modicum, ⁊ iam non videbitis me, ⁊ iterũ modicum ⁊ videbitis me, quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicẽ, Quid est hoc quod dicit nobis, modicu3 ⁊ nõ videbitis me: ⁊ iterum modicum, ⁊ videbitis me, ⁊ quia vado ad patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc, quod dicit nobis, modicu3? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, ⁊ dixit eis: De hoc q̃ritis inter vos, q2 dixi, modicu3, ⁊ non videbitis me: ⁊ iterum modici in videbitis me: ⁊ quia vado ad patrem. Amen amen dico vobis, quia plorabitis ⁊ flebitis vos: mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet: q2 venit hora eius. Cum autem peperit

rit filium:iam non meminit p̄ssure pp gaudium : qꝛ natus est hō
in mundum.Et vos igitur nūc quidē tristitiam habetis.Iterum
autē videbo vos,ꝛ gaudebit coꝛ vestrū.Et gaudiū vestruꝫ nemo
tollet a vobis.Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen
amen dico vobis:siquid petieritis patreꝫ in noīe meo, dabit vo=
bis. Usque modo non petistis quicq̄ in noīe meo. Petite,ꝛ acci
pietis,vt gaudiū vestrū sit plenū. Hec in prouerbijs locutus suꝫ
vobis.Uenit hoꝛa,cū iaꝫ non in prouerbijs loquar vobis:sed pa
lam de patre annunciabo vobis.In illo die in noīe meo petetis.
Et non dico vobis,quia ego rogabo patrē de vobis. Ipse eñi pr̄
amat vos:qꝛ vos me amastis,ꝛ credidistis,quia ego a Deo exiui.
Exiui a patre:ꝛ veni in mundū, Iteruꝫ relinquo mundū: ꝛ vado
ad prēm. Dicūt ei discipuli eius: Ecce nūc palam loqueris,ꝛ p̄=
uerbium nullum dicis.Nunc scimus,qꝛ scis oīa : ꝛ non est opus
tibi,vt quis interroget.In hoc credimus:qꝛ a Deo existi. Rñdit
ei Jesus.Modo creditis.Ecce venit hoꝛa,ꝛ iam venit,vt disper
gamini vnusquisqꝫ ī pꝛopꝛia,ꝛ me solum relinquatis. Et non suꝫ
solus : quia pater mecum est . Hec locutus sum vobis , vt in me
pacem habeatis.In mundo pressuram habebitis: sed confidite,
qꝛ ego vici mundum. Hec locutus est Jesus:ꝛ subleuatis oculis
in celum dixit: Pr̄ venit hoꝛa: clarifica filium tuuꝫ:vt filius tuus
clarificet te:Sicut dedisti ei ptātem oīs carnis: vt omne qđ de=
disti ei,det eis vitam eternaꝫ. Hec est aūt vita eterna:vt cogno=
scant te solum verum Deum, ꝛ quem misisti Jesum Christum.
Ego clarificaui te super terram: opus consummaui quod dedisti
mihi,vt faciam.Et nunc clarifica me pr̄ apud temetipsum, cla=
ritate quam habui pꝛiusquā mundus fieret. Pr̄ manifestaui no=
men tuum hominibus: quos dedisti mihi de mundo. Tui erant,
ꝛ mihi eos dedisti: ꝛ sermonem tuum seruauerunt. Nunc cogno
uerunt,qꝛ oīa que dedisti mihi, abs te sunt: quia verba que dedi=
sti mihi,dedi eis,ꝛ ipsi acceperunt.Et cognouerunt vere, quia a
te exiui:ꝛ crediderunt,quia tu me misisti.Ego pro eis rogo. Non
pro mundo rogo:sed pro eis, quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et
mea omnia tua sunt:ꝛ tua mea sunt: ꝛ clarificatus sum in eis.Et
iam non sum in mundo : ꝛ hi in mundo sunt : ꝛ ego ad te venio.
Pater scē serua eos in noīe tuo:quos dedisti mihi, vt sint vnuꝫ
sicut ꝛ nos.Cuꝫ essem cū eis:ego seruabam eos in noīe tuo:quos

dedisti mihi, custodiui: ⁊ nemo ex eis periit, nisi filius ꝑditionis; vt scriptura impleatur. Nūc aūt ad te venio: ⁊ hec loquor in mū-do, vt habeant gaudium meū impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuū: ⁊ mundus eos odio habuit: qꝛ nō sunt de mundo, sicut ⁊ ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut ⁊ ego de mundo non sum. Pr̄ sancte sanctifica eos in veritate: quia sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum: ⁊ ego misi eos in mundum: ⁊ pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autem rogo tm̄: sed ēt pro his, qui credituri sunt per verbum eorum in me; vt ⁊ oēs vnum sint, sicut tu pr̄ in me, ⁊ ego in te: vt ⁊ ipsi in nobis vnum sint: vt mundus credat, qꝛ tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt vnum sint, sicut ⁊ nos vnum sumus. Ego in eis, ⁊ tu in me: vt sint cōsummati in vnum, ⁊ cognoscat mundus, qꝛ tu me misisti, ⁊ dilexisti eos, sicut ⁊ me dilexisti. Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, ⁊ illi sint mecū: vt videāt claritatē meā, quā dedisti mihi, ⁊ dilexisti me ante mundi cōstitutionem. Pr̄ iuste, mundus te nō cognouit. Ego autē cognoui te: ⁊ hi cognouerunt, qꝛ tu me misisti. Et notū feci eis nomen tuum: ⁊ notum faciam: vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit: ⁊ ego in ipsis.

Predicte orationes ⁊ suffragia dicēda sunt plus ⁊ minus secundum ꝙ necessariū fuerit: qꝛ aliqui in extremis laborāt lōgiori tpe, aliq breuiori: ⁊ sꝫ hoc legēda sūt suprascripta in totū, vel i partē.

¶ De officio faciendo post egressum anime de corpore. Cap. 21.

Egressa aūt anima dr̄ hoc ℟. Subuenite sancti Dei: occurrite Angeli dn̄i, Suscipiētes aiam eius, Offerentes eā in conspectu altissimi. ℣. Suscipiat te Christus: qui vocauit te: ⁊ in sinu Abrahe Angeli deducant te, Suscipientes. ℣. Requiem eter. ⁊c. ⁊ lux perpet. ⁊c. Offerentes. Deinde. Kyrie ele. Christe ele. Kyrie eleison. Postea Pater nr̄. Et ne nos. ℣. Requiem etern. ⁊c. ℟. Et lux perpetua. ⁊c. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e aiam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dn̄e exaud. ⁊c. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

Tibi dn̄e commendamus aiam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ que per fragilitatem humane conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissime pietatis absterge.

sterge. Per Christum dominum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Commendamus dñe animam famuli tui, in manibus sanctorum Abraham, Isaac, Jacob et omniũ Patriarcharum. Cõmendamus Dñe aiam famuli tui, in manibus sanctorum Petri et Pauli et Joannis, et omniũ Apostolorum. Commendamus dñe aiam famuli tui, in manibus sanctorum Stephani, Laurentij, et Blasij, et oium sanctorum Martyrũ. Commendamus dñe aiam famuli tui, in manibus sanctorũ Sylvestri, Martini, et N. et oium Cõfessorum. Commendamus dñe aiam famuli tui, in manibus sanctorum Benedicti, Egidij, et Antonij, et oium sanctorum Monachorũ. Commendamus dñe animam famuli tui, in manibus sanctarum virginum Marię matris dñi Agnetis, Cecilię, et Catherinę, et N. et omniũ Virginũ tuarum. Commendamus dñe in manus tuas spũm famuli tui, ne princeps ei noceat tenebrarum: sed tu dñe misericorditer eum protegas in secula seculorum. ℟. Amen. Tunc illi, quibus iniunctum fuerit, lavent corpus: postea induant eum paramentis sui ordinis: et ponant eum in feretro. Et sacerdos simpliciter dicat Kyrieeleison. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater noster. secreto ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. In memoria ęterna erit iustus. ℟. Ab auditione mala non timebit. ℣. Ne tradas bestijs animam confitentem tibi. ℟. Et animam pauperis tui ne obliviscaris in finem. ℣. Non intres in iudicium cum servo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescãt in pace. ℟. Amẽ. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Suscipe domine animam famuli tui N. quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus: et libera eũ de locis pęnarum: ut quietis, et lucis ęternę beatitudine perfruatur: et inter sanctos et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Delatio corporis defuncti ad ecclesiam. Capitulum 22.


Deinde sacerdos et clerici ordinate vadunt: et corpus portant in ecclesiam cantando hoc Responsorium. Subvenite. ut infra. ℣. Suscipiat te. et ℣. Requiem ęternam. Deposito corpore in ecclesia: vel alia hora congruenti sacerdotes et

clerici

clerici preparent se ad cantandum vigiliam. Duo clerici incipiant absolute sicut decet, inuitatorium, Regem cui omnia viuunt. Psalmus. Venite exultemus Dño. Et solenniter cantent totam vigiliam. Require infra folio 161. Interim sacerdos cum ministris preparet se: et decantetur Missa solenniter et ordinate: si tempus congruum fuerit.

De officio sepulture Sacerdotis, vel clerici defuncti. Ca. 23.


Finita Missa, sacerdos sine casula, cum pluuiali et ministris, subdiaconus cum cruce, et omnes alii in gradu suo veniant ordinate cum luminaribus, incenso, et aqua benedicta: et stent in circuitu feretri in modum rote: et sacerdos a capite incipiat absolute hanc orationem sine. Oremus.





Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine: qz nullus apud te iustificabitur homo: nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio: non ergo eum (quesumus) tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei christiane commendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret insignitus est signaculo sancte Trinitatis. Qui viuis et regnas Deus in secula seculorum. ℟. Amen.


Post istam orationem statim cantor incipiat sequens responsorium.












ſcipientes animam e ius, Offerentes e am



in con ſpe ctu al tiſſi mi. ℣. Suſcipiat


te Chriſtus, qui vo ca uit te : ⁊ in ſi=


nu Abrahe An ge li de du cant te.


Su ſci pi en tes. ℟. Re qui em ęternam



do na e i Do mi ne : ⁊ lux per pe tu a


lu ce at e i. Offe ren tes.






Et dum cantatur Responsorium; sacerdos accipiat thuribulū de manu ministri, ⁊ incēset corpus. Finito responsorio, cantor cum primo choro dicit. Kyrie eleison.



Ky ri e elei son. Et secūdus chorus dicat Chri ste e lei son.

Deinde oēs simul dicāt Ky ri e e le i son. Et eo finito, sacerdos dicat alta voce.




Pa ter no ster.

Quo in silentio dicto: subiungat ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus cui oīa viuunt, ⁊ cui nō pereūt moriēdo corpora nr̄a, sed mutant̄ in melius: te supplices exoramus: vt suscipi iubeas aīam famuli tui N. quā de ergastulo huius sclī vocare dignatus es, per manus scōrū Angelorū tuorū deducendam in sinuz amici tui Abrahe patriarche, resuscitandāque in nouissimo iudicij magni die: vt quicquid viciorū diabolo fallente cōtraxit, tu pius ⁊ misericors abluas indulgēdo: Per dn̄m nr̄m Jesum Chr̄m filium tuum: Qui tecū viuit ⁊ regnat in secula seculorū. ℟. Amen.

Finita oratione cantor incipiat Responsorium.





e re cor de ris pec ca ta



me a Do mi ne, Dum vene-

veneris iudicare. se culuz per i-

gnem. ℣. Di rige domine deus me us

in con spe ctu tu̅ o vi am me am

Dum ve ne ris. ℣. Re qui em eternam

do na e i do mi ne: ⁊ lux per pe tua lu-

ce at e i. Dum ve ne ris iu dica re.

Du̅ ca̅ta̅t supradictu̅ ℟n̄soꝛiu̅. accipiat sacerdos thuribulu̅, vt supra. ⁊ dicat. Kyrie eleis. Chr̄e eleis. Kyrie eleis. P̄ n̄r. ℣ Et ne nos. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Dn̄s vo. ℟ Et cum. Oro.

Fac, q̄s dn̄e, ha̅c cu̅ seruo tuo defuncto misericordiam: vt factorum suorum in penis no̅ recipiat vice̅, q tua̅ in votis tenuit volu̅tatem: vt sicut hic eu̅ vera fides iu̅xit fideliu̅ turmis, ita illic eu̅ tua miseratio societ angelicis choris. Per dn̄z n̄rz Iesu̅ Chr̄z

 filium

filiū tuū: q̄ i Trinitate pfecta viuit z regnat i scl'a scl'oz. ℟. Am.

℣ Deinde cantor incipiat Responsorium.



Li be ra me do mi ne de

mor te e ter na in di e illa

tremenda: Quando ce li mouen di sunt z ter ra,

Dum ve ne ris iu di ca re

se cu lum per i gnem. ℣. Tremens factus

sum ego, z ti me o, dum di scus si o ve ne=

rit at que ven tu ra i ra. Quan do ce= li

li mo uen di sunt. ℣. Di es il la di es i re,

ca la mi ta tis et mi se ri e: di es magna et a-

ma ra valde. Dum ve ne, ris. ℟. Requie

e ter nam do na e i do mi ne: et lux per pe-

tu a lu ce at e i. Li be ra me do mi ne.

Et reincipit. ℟. Libera me domine. Et dum cantatur accipiat sacerdos thuribulum, ut supra. Et dicat Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Et Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine aiam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Oro.

Absolue, q̄s dñe, aiam famuli tui N. vt defunct⁹ seculo tibi viuat: et pctā, q̄ per fragilitatē carnis humana cōuersatione cōmisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christū dñm nrm. ℟. Amen. Finita oratione, p̄dictus sacerdos pe[illegible]t portatorib⁹, vt accipiāt feretrū. Illi aūt accipiētes deporēt defunctū ad tumulū. Et dū portat clerici cātēt subsequētes Añas.




In pa ra di ſum de du cant te an ge li: in tu o




aduen tu ſu ſci pi ant te mar ty res: ⁊ per du cant



te in ci ui ta tem ſan ctam Hie ru ſa lem. Antiphona.



Cho rus An ge lo rum te ſu ſcipiat: ⁊ cum La za=




ro quon dam pau pere ę ter nam ha be as re qui em.

Cum autem peruentum fuerit ad tumulum, cantatis antipho=nis, dicat ſacerdos abſolute hanc orationem ſequentem.

Deus, qui fundaſti terrã, formaſti cęlos: qui loca ſyderibus ſtabilita feciſti: qui captiuũ laqueo mortis hoĩem lauacri ablutione reparaſti: qui ſepultos Abrahã Iſaac ⁊ Iacob in ſpe=lunca duplici, in libro vitę atq; totius glorię principes annota=ſti bñdicendos, ita bene ✠ dicere digneris ⁊ hunc tumuluʒ fa=muli tui N. vt hic eũ requieſcere facias: ⁊ in ſinu Abrahę, Iſaac ⁊ Iacob collocare digneris: qui dñm nſm Ieſum Chrm con=tritis laqueis infernorũ, reſurgere, ſuorumq; membra in ſe cre=dentium reſuſcitare voluiſti: reſpice dñe ſuper hanc fabricam ſepulturę: deſcendat ad eam dñe Spiritus tuus ſanctus: vt te iu=

bente,

bente, sit in hoc loco famulo tuo N. quieta dormitio: & tpe iudicij tui cũ sanctis oibus vera resuscitatio: pręstante Dño nostro Jesu Xpo: Qui tecum, & cũ spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. ℞. Amē. Dicta ōrone sacerdos accipiat aquam benedictam: & aspergat corpus defuncti, & tumulum: & similiter incenset. His peractis in persona defuncti dicatur hęc antiph. Aperite mihi portas. Et cantor eam incipiat. Antiphona.



A pe ri te mi hi. E v o v a e. Psalmus.
C onfitemini domino, quoniam bonus, fol. 124. tum
R equiem ęternam dona ei domine. Antiphona.



A pe ri te mi hi por tas iu sti tię: & in gressus in



eas confitebor domi no. Aña. I n gre diar. E v o v a e. Ps.

Q Uemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus. S itiuit anima mea ad deũ fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciẽ Dei. F uerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? H ęc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. I n voce exultationis & confessionis: sonus epulantis. Q uare tristis es anima mea? & quare conturbas me? S pera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus. A d meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermonij a monte modico. A byssus abyssum inuocat, in voce cataractarum tuarum.

rum. O mnia excelsa tua ꝛ fluctus tui, super me trāsierunt. I n die mandauit dñs misericordiam suam: ꝛ nocte canticum eius. A pud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es. Q uare oblitus es mei? ꝛ quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? D um cōfringuntur ossa mea: exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei. D um dicunt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus? quare tristis es anima mea? ꝛ quare cō turbas me? S pera in Deo qm̄ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei ꝛ Deus meus. R equiem eternam do. Antipho.




I n grediar in locū tabernaculi admira bi lis vsq3 ad mon=



tem De i. Añа. H ec requies mea. E v o v a e. Psalꝭ.

M Emento dñe Dauid: ꝛ oīs mansuetudinis eius. S icut iurauit dño: votū vouit deo Jacob. S i introiero in tabernaculum dom⁹ mee: si ascēdero in lectum strati mei. S i dedero somnū oculis meis, ꝛ palpebris meis dormitationē. E t requiē tpibus meis, donec inueniā locū dño: tabernaculū deo Jacob. E cce audiuimus eū in ephrata: inuenimus eū in campis silue. I ntroibimus in tabernaculū eius: adorabimus in loco vbi steterūt pedes eius. S urge dñe in requiē tuam: tu ꝛ arca sanctificationis tue. S acerdotes tui induant iustitiā: ꝛ sancti tui exultent. P ropter Dauid seruū tuū: non auertas faciē Chri tui. I urauit dñs Dauid veritatē, ꝛ nō frustrabit eū: de fructu vētris tui ponam sup sedē tuā. S i custodierint filij tui testm̄ meū: ꝛ testimonia mea hec, que docebo eos. E t filij eorum vsque in seculum, sedebunt super sedem tuā. Q m̄ elegit dominus sion: elegit eam in habitationem sibi. H ec requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. V iduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus. S acerdotes eius induā salutari: ꝛ sancti eius exultatione exultabunt. I llic producam

ducaz cornu David: paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Requiem eternam dona eis domine. Antiphona.







Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā, et resurrectionē meaz. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meā et funiculum meū inuestigasti. Et oēs vias meas pˀuidisti: qz non est sermo in lingua mea. Ecce Dñe tu cognouisti oīa nouissima et antiqua: tu formasti me, et posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me: cōfortata est, et non potero ad eā. Quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiā. Si ascendero in cęlū, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo: et habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Et dixi, forsitan tenebrę cōculcabunt me: et nox illuminatio mea in delitijs meis. Quia tenebrę non obscurabuntur a te: et nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebrę eius, ita et lumen eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meę. Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, et aīa mea cognoscet nimis. Non est occultatū os meū a te, qd fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terrę. Imperfectū meū viderunt oculi tui: et in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur,

bunt, et nemo in eis. Ibi aũt nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, et sup arenã multiplicabunt: exurrexi, et adhuc sũ tecum. Si occideris Deus peccatores: viri sanguinũ declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipiẽt in vanitate ciuitates suas. Nõne qui oderũt te dñe oderã, et sup inimicos tuos tabescebã. Perfecto odio oderã illos: et inimici facti sunt mihi. Proba me Deus, et scito cor meũ: interroga me, et cognosce semitas meas. Et vide si via iniq̃tatis ĩ me est: et deduc me ĩ via eterna. Requiem. Añia.






ne resuscita me in nouissimo die. Añ. Dñe ĩ tres. Euouae. Ps.

Domine exaudi orõnẽ meã: auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudiciũ cũ seruo tuo: qr nõ iustificabit in cõspectu tuo ois viuẽs. Quia psecutus est inimicus aiam meã: humiliauit in terra vitã meã. Collocauit me in obscuris, sicut mortuos seculi: et anxiatus est sup me spũs me⁹: in me turbatũ est cor meum. Memor fui dierũ antiquorũ: meditat⁹ sum in oibus operibus tuis: et in factis manuũ tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: aĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit spũs meus. Non auertas faciẽ meã a me: et similis ero descẽdentibus in lacum. Auditã fac mihi mane misericordiam tuã: qr in te speraui. Notã fac mihi viam, in qua ambulem: qr ad te leuaui aiam meã. Eripe me de inimicis meis Dñe: ad te cõfugi: doce me facere voluntatem tuã: quia Deus meus es tu. Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectã: ppter nomẽ tuum dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aiam meã: et in mĩa tua disp̃des oẽs inimicos meos. Et pdes oẽs qui tribulant aiam meam: qm̃ ego seruus tuus sum. Requiẽ. Añia.


Non



Non in tres in iu di ci um cum ser uo



tu o do mi ne: quia non iu sti fi ca bi tur



in con spe ctu tu o om nis vi uens. Antiphona.



Om nis spi ri tus. E v o v a e. Psalmus.


Laudate dominū de cęlis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes vitutes eius. Laudate eum sol ⁊ luna: laudate eum oēs stellę ⁊ lumen. Laudate eum cęli cęlorū, ⁊ aquę oēs q̄ super cęlos sunt: laudēt nomē dñi. Quia ipse dixit, ⁊ facta sunt: ipse mādauit, ⁊ creata sunt. Statuit ea in ęternuz, ⁊ in seculū seculi: pceptū posuit, ⁊ non p̄teribit. Laudate dñm de terra dracones, ⁊ oēs abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellaruz: q̄ faciunt verbū eius. Mōtes, ⁊ oēs colles, ligna fructifera, ⁊ oēs cedri. Bestię, ⁊ vniuersa pecora, serpentes, ⁊ volucres pennatę. Reges terrę, ⁊ oēs populi: principes ⁊ oēs iudices terrę. Iuuenes, ⁊ virgines, senes cum iunioribus laudent nomen dñi: q₂ exaltatuz est nomē eius solius. Confessio eius super cęlum ⁊ terram: ⁊ exaltauit cornu populi sui. Hymnus oīb₉ sanctis eius: filijs Israel populo appropinquanti sibi. Cantate dño canticū nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Lętetur Israel in eo q fecit eum, ⁊ filię Siō exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro:

in tym-

in tympano, psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est Dño in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorũ, et gladij ancipites in manibus eorũ. Ad faciẽdã vindictã in nationibus, increpationes in populis. Ad alligãdos reges eorũ in cõpedib⁹: et nobiles eorũ in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudiciũ cõscriptũ: gloria hec est oib⁹ sctis ei⁹. Laudate dñz in sctis ei⁹: laudate eũ ĩ firmamẽto virtutis eius. Laudate eũ in virtutib⁹ eius: laudate eũ scdm multitudinẽ magnitudinis eius. Laudate eũ in sono tube: laudate euz in psalterio, et cithara. Laudate eũ in tympano, et choro: laudate eũ in cordis, et organo. Laudate eũ in cymbalis bñsonãtib⁹: laudate eũ in cymbalis iubilationis: ois spũs dominus. Requie. Añ.




Antiphona.



Canticum.

Benedictus Dñs Deus Israel: qa visitauit, et fecit redemptionez plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorũz, qa seculo sunt prophetarũ eius. Salutem ex inimicis nostris, et de manu oium, qui oderũt nos. Ad faciẽdã misericordiã cũ patribus nostris, et memorari testamenti sui sci. Iusiurandum, quod iurauit ad Abrahã patrem nostrum: daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicoꝝ nostroꝝ liberati: seruiamus illi. In sanctitate et iustitiã corã ipso: oibus diebus nrĩs. Et tu puer, propheta altissimi vocaberis: pibis enim ante faciem dñi, parare vias ei⁹. Ad dandã scientiam salutis plebi eius: in remissionẽ pcõꝝ eoꝝ. Per viscera misericordie Dei nrĩ, in quibus visitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his, q in tenebris, et umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nrõs in viã pacis. Requiẽ eternaz. Añ.

Ego



Ego sum re sur re cti o ꝛ vi ta: qui cre dit in me



e ti am si moꝛtuus fu e rit, vi uet: ꝛ omnes qui vi uit ꝛ



cre dit in me, non mo ri e tur in e ter num.

Et interim dum istę infrascriptę antiphonę cum suis psalmis cantãtur, sacerdos dicat has sequentes orationes.

Oremus fratres charissimi pro spiritu fratris nři N. quem Dominus de laqueo huius seculi liberare dignatus est: cuius corpusculũ hodie sepulturę traditur: vt cum pietas Dei in sinu Abrahę, Isaac, ꝛ Jacob collocare dignet: vt cũ iudicij dies aduenerit, inter sctõs ꝛ electos suos cũ in parte dextra collocãdũ resuscitari faciat. Per Christum dñm nostrum. ℟ Amen. Oro.

Deus cui oĩa viuunt, ꝛ cui non pereunt moriendo fideliũ corpora, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur: vt quicquid aĩa famuli tui N. vitiorũ, tuęqꝫ voluntati ꝯtrariũ fallente diabolo, seu propria iniquitate, vel fragilitate ꝯtraxit, tu pius ꝛ misericors abluas indulgendo: eamqꝫ suscipi iubeas per manus sanctorũ angelorum tuorũ deducendã in sinũ Patriarcharũ ꝛ Prophetarũ tuorum, Abrahę scilicet amici tui, ꝛ Isaac electi tui, ꝛ Jacob dilecti tui: a quo aufugit dolor atque tristitia ꝛ suspiriũ, fideliũ quoqꝫ aię felici iucunditate lętantur: ꝛ in nouissimo magni iudicij die inter sctõs ꝛ electos tuos eam facias ꝑpetuę glorię percipere portionẽ: quã oculus nõ vidit, nec auris audiuit, ꝛ in cor hoĩs non ascendit: quã ꝑparasti diligentibus te. Per Christum dñm nostrum. ℟ Amen. Oro.

Teneritatis quidem est dñe, vt homo hominem, cinis cinerem,

nerem, mortalis mortalem tibi domino Deo audiat cōmendare: sed quia terra suscipit terrā, et puluis conuertitur in puluerē: donec oīs caro in suam redigatur originē: inde tuā piissime pater lachrimabiliter quesumus pietatem: vt huius famuli tui N. animam, quam de huius seculi cenulenta voragine ducis ad patriam, Abrahe amici tui sinu recipias: et refrigerij rore perfundas. Sit ab estuantis gehenne truci incendio segregata, et beate requiei tue, te donāte, cōiuncta. Et si q̄ sunt illi Dñe digne cruciatibus culpe, tu eas grā mitissimi lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicē, qui tuā in votis tenuit voluntatē: sed indulgentie tue piaz sentiat suauitatē. Cumque finito mundi termino supnuz cunctis illuxerit regnum, nouus homo sanctorū oīum cetibus aggregatis cum electis tuis resurgat in parte dextra collocandus. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

O Pus est misericordie Domine sācte, pater omnipotēs, eterne Deus rogare pro alijs. Et quia pro nobis non sufficimus, suscipe (rogamus) animam serui tui N. reuertentem ad te Adsit ei Angelus testamenti tui Michael: et per manum sanctorum Angelorum tuorū inter sanctos et electos tuos in finibus, Abrahe, Isaac, et Jacob patriarcharum tuorum eam collocare digneris. Libera eā Dñe de principibus tenebrarū, et de locis penarum: ne famulus tuus vllis iam primeue natiuitatis vel ignorantie confundatur erroribus. Agnoscatur a tuis, et misericordia bonitatis tue ad locum refrigerij et quietis in sinum Abrahe transferatur. Per Chrm̄ dñm nostrum. ℟. Amen. Oratio.

D Ebitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes, Deuz cui oīa viuunt, deprecamur: vt hoc corpus fratris nostri N. a nobis in infirmitate sepultum, in ordine sanctorum suorum resuscitet: et eius spiritum sanctis ac fidelibus aggregare iubeat: cū quibus inenarrabili gloria, et perenni felicitate perfrui mereat. Per Chrm̄ dñm nrm̄. ℟. Amen. Oro.

O Mnipotens sempiterne deus, qui humano corpori animā inspirare dignatus es, dum te iubente puluis redit in puluerem, tu imaginem tuam cum sanctis et electis tuis eternis sedibus precipias sociari. Per dñm nostrum. His oībus expletis: postq̄ defunctus sepultus fuerit, sacerdos cum aqua benedicta aspergat tumulū: et dicat alta voce, Orate oēs. Et oēs sub silentio dicant


dio dicant. Pater noster. ℣ Et ne nos inducas. ℟ Sed libera nos. ℣ Non intres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe. ℟ Quia nõ iustificabit in cõspectu tuo oĩs viuens. ℣ A porta inferi. ℟ Erue dñe aĩam eius. ℣ Requiescat in pace. ℟ Amen. ℣ Dñe exaudi. ℟ Et clamor meus. ℣ Dñs vob. ℟ Et cũ spir. Oremus. Oro.


Satisfaciat tibi, q̃s dñe Deus noster, pro anima famuli tui fratris nostris, beatissime Dei genitricis semperque virginis Marie, et beatorũ Apostolorũ Petri et Pauli, et beati N. patroni nostri, oĩumq; sanctorũ tuorũ oro, et p̃sentis familie tue humilis et deuota supplicatio: vt peccatorũ oĩum veniã, quã precamur, obtineat: nec eũ patiaris cruciari gehẽnalibus flammis, quem filij tui Dñi nr̃i Jesu Chr̃i p̃cioso sanguine redemisti. Qui tecũ et spũ scõ viuit et regnat Deus, p oĩa secula seculorũ. ℟ Amen. ℣ Dñs vobiscũ. ℟ Et cũ spiritu tuo. Et sacerdos dicat. Aĩa eius et aĩe oĩum fideliũ defunctorũ p misericordiã Dei, requiescãt in pace. ℟ Amen. Et statim cantor incipiat ℟. Memento mei Deus: q̃r vẽtus est vita mea. cũ quo reuertant̃ i ecclesiã ℟.




Emento me i De us: quia ventus est vi ta me a. Nec aspi ci at me vi sus ho mi nis. ℣ De p̃fundis cla ma ui ad te do mi ne: Domine exaudi

vo-







Cũ aũt reuertũt in Ecclesiã, ordinate stent in choro. Et finito responsorio, sacerdos dicat Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. A porta inferi. ℟. Erue dñe animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus.

Tibi domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus seculo, tibi viuat: ⁊ quę per fragilitatē mundanę cõuersationis peccata commisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ An aliquid sit exigendum pro sepultura. Cap. 24.

Ad eruditorũ sacerdotum instructionem non minus incõgrue visum est visitatam quęstionē interponere: An liceat sacerdotibus parochialibus aliquid exigere pro sepultura defunctorum: ⁊ an aliqđ pactum cum heredibus defuncti interponendum sit. ¶ Ad hoc dubium respondet Reuerendus pater dominus Michael Lochmaier sacrę Theologię ⁊ vtriusqȝ iuris Doctor ĩ suo parochiali curatorum, ti. 6. c. 3. in hũc modum. ¶ Ad proposite quęstionis euidentiã propono causam facti, in nonnullis parochijs prouincię Saltzburgen. maxime diecesis Patauin. inoleuit cõsuetudo talis, ꝙ defuncto aliquo parochiano, rector parochialis, aut eius vicarius pro sepultura aliquid, quod cõmuni vocabulo Remediũ vocãt, ab heredibus defuncti in

cti in

cti in pecunia cõsueuit exigere ꝛ recipere: dubitatum sepius fuit a nõnullis ↄsciẽtię timoratę viris, an hoc pretextu cõsuetudinis licite fieri possit. ꝛ vr̃ ꝙ sic. Nam illud in cõi practica in pluribus locis solet hñi ex antiqua ↄsuetudine. Et iam eps̃ ꝛ eorum officiales hoc sciunt ꝛ tolerant. Igitur ꝛc. Sed contra, vr̃ ꝙ fieri non possit, q2 in talibus frequenter interuenit pactum vel exactio contra cõis iuris dispõnem, ꝙ pro sepultura tanquã pro spirituali bono nihil ex pacto exigi debeat, vt in ca. abolendę. de sepul. ꝛ c. non satis. de simo. Et q2 materia Remediorum est de lana ꝛ lacte, hoc est de vtilitate pecuniaria curatorũ, de quorũ numero me profiteor: ne alij domini non curati forsitan latius ꝙ̃ ipsis videbitur, procedere me excutientẽ, aut fauorizantem existiment: aut certe dñi curati, si interduz rigorẽ, aut equitatẽ ↄsuetudini forte prępo suero, me persecutorẽ proprij ordinis accusent: intendo quantũ potero inter deuia remediorũ, exequiarũ, ꝛ aliorũ circa sepulturas defunctorum obuenientium, pari passu incedere. Et primo quid sit Remediũ, ꝛ acceptionez huius prępositionis, Pro, declarare. Deinde me paucis conclusionibus circa quęsitum absoluere. Pręuisa igit̃ acceptione sepulturę, ꝛ aliorũ in precedenti articulo: cũ non reperiã aliquẽ antiquuz, aut modernum doctorẽ, quid sit Remediũ diffinisse, ad cõem practicaz eorũ, quę rei nomẽ imposuerunt, recurro. Et dico ꝙ s̃z practicã eoꝝ, Remediũ est illud, quod p̃ter id qđ pro exequijs, siue officio defunctoruz ꝛ cultu diuino peragendo solitum est dari ex rebus defuncti, aut eius heredis, in pecunia, siue existimatione, occasione iuris funerandi, siue sepulturę ꝛ cemeterij, a rectore parochiali aut eius vicario petitur, siue exigitur: quasi aię remediuz: quod solitũ est dari pro exequijs ꝛ cultu diuino. Et probatur hoc idem ex acceptionibus sepulturę supradictis: vbi nulli alteri modorũ sepulturę cõuenienter applicari põt remediũ, cũ ista ꝑpositione, Pro, de cuius significato nunc dicemus. Pro quo nota ꝙ hec prępositio, Pro, s̃m doc. in 4. dis. 25. quos imitatur Arch. in c. Agatho. 63. dist. ꝛ in c. Iudices. ꝛ ca. ordinationes. 1. q. 1. pluribus modis accipitur. ¶ Uno modo notat appreciationez, vel cãitatem, vel cãm principaliter ꝛ primo mouentem: ꝛ sic qualitercunq3 capiatur sepultura, preterquam tertio modo, nõ est licitũ aliquid exigere, aut recipere pro sepultura: immo est simoniacum,

niacum, ita q illud tēporale, siue sit pecunia, siue alia res sit, est ꝑcium sepulture, que est quoddam spūale. Et peccat mortaliter qui sic dedit et recipit, et qui meditator siue cooꝑator ad hoc fuit. 1.q.1.reperiuntur. et q.3. vendentes. Nec in hoc excusat ignorantia, cum sit iuris diuini, que neminem excusat. Nec excusat cōsuetudo aliqua: vt patet in iuribus supra pro falsitate quesiti adductis: qr consuetudo non preiudicat iuri naturali vel diuino, quod prohibet simoniā. Et sic intelligi debēt iura, que dicunt, q recipere aliquid pro sepultura, aut exequijs, sit simoniacum. ¶ Secundo hec ꝓpositio, Pro, notat cām finalē, et motiuā, non remotā propinquā, sed occasionalē: et tunc licitū est et dare et accipere tpale pro spūali: et tunc sensus est. Iste dat denarios pro Missa, idest pro veneratione Misse, vel pp venerationē, siue pp venerādam Missam. Sic ēt intellige, cum dī, iste dat pecunias, vel recipit pro sepultura, aut exequijs, etc. ¶ Tertio nota cām efficiētē, vt sit sensus: iste dat denarios pro Missa, vel pro exequijs, idest pro deuotione Misse, siue exequiarū: que mouent eū ad dandū: vel idest pro deuotione, quā habuit ad Missam, vel ad exequias. Et hoc licite pōt fieri et concedi: qr deuotio, quam habet quis ad predicta, licite pōt eū mouere ad dandum aliquid. Et pōt ēt sacerdos licite recipere: ita tamē q cesset oīs pactio et conuentio. 1. q.1.c. quā pio. ¶ Quarto notat cām adminiculatiuā et consecutiuā: que reducitur ad efficientē, vt cum dī, Ille ministrat librū sacerdoti pro celebranda missa: vel, Ille dat pecuniā presbytero pro ecclesia officianda: et tunc ēt pōt concedi sic. 74. dis. ca. vlt. vbi glo. cū similib. ¶ Quinto notat causā excitatiuā: et secundū hoc dicunt quidā, q ep̄s licite pōt conferre beneficium familiari suo pro seruitio licito. Nam ibi ista preꝑositio, pro, non notat causam finalem, sed excitatiuā. Obsequiū eīn tale non debet esse causa finalis, sed potest esse excitatiua. Vide de hoc latius Archi. in d.c. ordinationes. 1.q.1. Sunt et alie acceptiones huius preꝑositionis, Pro: sed non sunt ad propositū nrm: nam qnque valet tm̄, sicut loco: vt pro dote, idest loco dotis. ff. de dot. preleg. l. vir vxori. qnqz pro, idest noīe: vt p se, idest noīe suo: pro te, idest noīe tuo. vel ad commodum tuū. ff. de postu. l.1.§.1. de cōmod. l. si vt certo. Sed hec transeo, et conuerto me ad conclusiones: et sit hec prima conclusio. ¶ Aliquid accipere, aut exigere occasione funerum

nerum ex pacto pro sepultura est omnino illicitũ. Hec conclusio probatur in ca. aboledę. de sepul. & in c. questa. 13. q. 2. Nec ratione terrę, vt dr: neque rõne officij, vt in c. non satis. & c. cum ecclesię. de simo. Impedat ergo rector curatus predicta: & postea laudabiles consuetudines exigat: vt in c. ad Apostolicã. de simo. & latius infra dicetur. ℭ Scda cõclu. non põt ɔsuetudine introduci vt aliquid detur pro sepultura: siue Remediũ, aut alio noĩe vocetur: vbi pcessit pactio, siue exactio. Probatur: qr initium consuetudinis fuit simoniacũ & vitiosũ: ideo non poterat bonã consuetudinẽ introducere. Et in illis duobus casibus qñ pcessit pactio vel exactio', intelligetur a, vt3 ca. non satis. & seq. cum simil. de simo. q̃ annullat ɔsuetudinẽ in hmõi. Non valet ergo cõsuetudo, vt ante insepultũ funus, vel ẽt tpe sepulturę aliquid pro sepultura, vel nomine Remedij exigat ab inuito: qr nõ habet talis cõsuetudo principiũ volũtariũ. Ideo' pretextu huius non debet quis cogi. Et maxime psumeretur de simonia, siquis funus pro pignore arrestaret. Secus vbi ex postfacto consueuit aliquid dari. Habes ergo conclusiue, q vbi pactio vel exactio pcedẽs dedit cãm cõsuetudinis, talis ɔsuetudo non valet. Et de hoc vide Panor. in c. suã. & c. ad Aplicã. de simo. ℭ Tertia ɔclusio: põt induci cõsuetudine, qñ nõ precessit pactio aut exactio, vt sic ex mera liberalitate & deuotione populi talis consuetudo sit introducta, q pro sepultura, siue exequijs, aut officio defunctorũ aliquid detur: ita tñ q predicta prius liberaliter exhibeantur. Probatur: qr talis ɔsuetudo tunc non habet initiũ, nec fundamentũ vitiosum, sed laudabile. Nam ex quo dantes a principio libere soluerunt, vñr se ad hoc obligasse sub noĩe cuiusdã oblationis: quam laici solent facere clericis tpe spũalium, vt no. de ɔsc. di. 1. omnis Christianus. Ita no. Pan. in d. c. ad Aplicam. & c. Jacobus. de simo. & late in d. c. suaz. eo. tit. vbi ẽt disputat qño possit induci consuetudo ex libera donatione, & ex his, quę sunt merę facultatis. ℭ Collige igitur ex predictis, q tria requiruntur ad hoc, vt valeat ɔsuetudo, q pro sepultura, aut nomine remedij, siue pro officio defunctorũ aliquid exigat & det. Primũ, q ɔsuetudo talis habuerit principium volũtariũ, hoc est q primo tale quid liberaliter soluerint, ita q non sit inuite ab eis exactũ. Scdm, q talis cõsuetudo non habuerit fundamẽtum vitiosum, aut simoniacũ, ita

Notabilis, & omni digna prorsus acceptione est hec pro consuetudinum varietate exceptio.

q̄ nō interuenerit pactū, siue ꝯuentio in futurū de tali qd̄ soluendo, tanq̄ preciū sepulturę. Tertium, q̄ p̄dicta, pp̄ q̄ aliquid dat, prius liberaliter exhibeant: ꝛ q̄ pretextu consuetudinis talis, nequaq̄ denegent. Ex postfacto tñ non soluentes laudabilē cōsuetudinē, vbi p̄dicta tria ꝯcurrunt, vel non seruantes de soluendo certū quid, cōpelli p̄nt, non per rectorē parochialis eccl'ę, sed per ep̄m suū: vt est tex. in d. c. ad Aplicam. ¶ Quarta ꝯclusio: rector parochialis, qui ex officio ꝛ rōne curę ad sepulturam ꝛ exequias suo parochiano defuncto tenet, nō pōt licite pro his aliquid petere. Si aūt cōsuetudo habet q̄ aliquid detur, p̄nt laici compelli ad obseruandū laudabilē consuetudinē. Prima pars probatur per d. c. Abolendę. ꝛ ibi per glo. Secunda pars probatur ex iam dictis in precedenti conclusione. ¶ Quinta cōclusio: Si parochialis rector habet vnde viuat, tunc cessante consuetudine nō pōt aliquid pro sepultura, exequijs, siue nōīe Remedij exigere, sed gratis oblatū licite pōt recipere. Hec conclusio est Panor. in d. c. suā. Probatur prima pars: quia in tali casu cessante cōsuetudine rector parochialis tenetur ex officio ꝛ rōne curę gratis spiritualia impēdere, immo si in dicto casu aliquid recipit, tenet restituere: vt ibi dicitur. Secūda pars probatur in c. sicut ep̄s. 1. q. 2. ¶ Sexta concl. Si rectori parochiali desūt sumptus necessarij, potest sibi aliunde acquirere victū, tunc cessante cōsuetudine nō pōt occasione predictorum aliquid exigere. Hec concl. ēt est Panor. loco allegato: Imputet eīm sibi, qui tale beneficiū exile ꝛ tenue acceptauit. Querat ergo honeste sibi victū manibus vel industria: puta scribēdo: pueros docendo: vel qd̄ simile exercendo: vt in c. clericus victū. 91. dist. Nā ꝛ Aplus q̄rebat sibi victum tp̄e predicationis: vt h̄r 2. Thessalo. 3. ꝛ 1. Cor. 4. in ca. actus Apl'o. de censi. Si vero rector parochialis in tali casu nō potest honeste sibi victū aliter querere, tunc vel ep̄s prouidebit sibi: vel parochiani p̄nt compelli ad prestandum sibi necessaria victui. De hoc vide bo. gl. in c. oīs christianus. de consec. dis. 1. que dicit, sacerdotem indigentem posse subtrahere parochianis sp̄ualia, nisi faciāt oblationes, vnde possit viuere: Ad hoc etiā vide quod no. in c. de his de eccl. edi. ¶ Septima conclu. clerici extranei, qui non tenentur ex officio ad exequias, aut alia spiritualia impendenda, possunt licite operas suas spirituales locare, ꝛ cōuenire

vt ali-

vt aliquid p labore hẽant: non vt directe pro spũalibus recipiant tpale: sed recõpensationẽ laborũ & dãnorũ, que sustinẽt in exhibendo pñtias suas: & trahendo morã in spũalibus impendẽdis. cõclusio pbatur per Inn. in c. pen. ne prel. vi. su. Ad hoc est gl. in c. abolende. de sepul. & in c. suã. de simo. vbi Panor. contra gl. tenet q extranei sacerdotes etiã si abundant, pñt exigere: cum ad hoc est officio non teneãtur: & restringit gl. in c. pcipim9. 21. q. 2. que simplr̃ vicit sacerdotẽ posse aperas suas spũales locare. Vide de hoc doc. in c. significatuz. de preb. ¶ Octaua cõclusio: rector parochialis, qui sepulturas & exequias suo parochiano defuncto impendit, sola hac intẽtione, vt aliquid pcipiat, alias non facturus, licet non incurrat simoniaz conuentionalẽ, incurrit tñ vere simoniã mẽtalem: & grauiter peccat. Prima pars probatur in c. vlti. de sim. ex quo non pcessit pactuz expressum, nec emptio, nec venditio, nec exactio, nec eccl'a iudicat de tali simonia in foro contentioso: Scda pars pbatur: qz pcessit intẽtio deprauata: & sic incurrit simoniaz mentalez: q sola pnia purgatur, vt ibi dĩ: qz nullã cẽsurã ecclasticã incurrit. Ad hoc est gl. in simili casu in c. vnico. de cle. non resi. lib. 6. ¶ Nona conclo: consuetudine introduci põt, vt clerici curati ex bonis defuncti certũ quid percipiant. Hanc conclus. probat Hos. in sum. de cõsuetudine in quibusdaz terris: vbi clerici curati de consuetudine recipiunt & exigunt lectũ, in quo defunctus moritur: Itez & vestes in qbus moritur. Alicubi consuetudo est q curati hẽant pãnũ qd feretro superponit. Alibi q ex armẽto hẽant melius caput pecoris. Exemplificat et Pan. in d. c. ad apl'icam. de consue. in Britania, vbi in morte dat curatis tertia pars oium bonorũ defuncti, cõuertẽda tñ ad cultũ diuinũ & eleemosynas pauperũ. Dicũt tñ doc. q subsistẽte tali consuetudine tãq laudabili, si clerici funus sepelire non vellẽt, nisi ab hẽdibus defuncti fieret eis cautio de redemptione lecti, aut vestimẽtorũ, & aliorũ, q ex consuetudine de rebus defuncti veniũt, simoniã committerẽt: multo magis, qñ absq pecunia hoc exigũt, nolentes aliter sepelire, vt in c. qsta. 13. q. Si autez clerici pacto faciũt de redimẽdo lecto, aut pãno, & hmõi etiã antequã funus sepeliatur, per hoc non incurrunt simoniã: sed est licitũ, cuz illa sint tpalia: dũmodo p hoc nõ neget sepultura, vel immisceatur ius sepulture. Et si post sepulturaz hẽdes nollent ob-

seruare pactu aut consuetudinem, possunt clerici agere contra eos: ut superius dictum est. ¶ Decima conclusio: concurrentibus tribus ad laudabilem consuetudinem in hac materia introducenda requisitis, valet consuetudo, ubi rector parochialis pro sepultura nomine remedij certum quid, siue ante sepulturam, siue ex postfacto ab heredibus defuncti recipit uel exigit. Hec conclusio elicitur ex precedentibus: et probo casu de laudabili consuetudine in officialatu curie. Pata. in Vienna, cui ad annos plures officialis prefui: Ubi cum adultus, qui saltem semel communicauit, moritur, dant heredes occasione sepulture nomine Remedij .12. denarios Vienn. pro puero .7. denarios: que consuetudo si predicta tria, de quibus supra in tertia conclusione, concurrunt, nequaquam venit condemnanda. Et debet hec propositio, p, i hac conclusione et similibus sumi non primo modo, sed altero ex tribus sequentibus. ¶ Uenio nunc ad undecimam conclusionem, que est responsiua ad casum facti quesiti: et est hec. Non valet consuetudo ubi remedium antequam exigatur a debentibus, ex consuetudine tanquam incerto consistens in quota ignoratur: si per rectorem parochialem et heredes defuncti, aut alias interpositas personas ad certum quid et quotam ex conuentione, aut pacto reductum exigitur et recipitur. Hec conclusio est contra communem practicam, circa quasdam ecclesias dioecesis Salzburgensis et Patauien. in Bauaria et Austria superiori solitam obseruari. Ubi cum aliquis moritur, heredes defuncti ignorant, uel ad minus dubitant, ad quam quotam determinate rectori curato nomine Remedij teneantur: sed tandem ex conuentione, aut pacto certificantur, quantum dare debent. Et probo hanc conclusionem, primo ex eo, quia est contra naturam consuetudinis, ut incertum introducat, et super incerto fundetur. Nam ex quo consuetudo habet vim legis, ut ex ea Remedium, et non alias licite peti possit: tunc debet esse certa sicut lex: ut in c. erit autem lex. 4. dis. ergo si consuetudo esset laudabilis, et sic valeret, oporteret quod heredes statim ex ea scirent ad quid certum, et ad quam quotam nomine Remedij pro sepultura tenerentur. Item talis consuetudo immo potius abusio continet in se expresse pactum, aut conuentionem, que in huiusmodi reprobatur: ut sepius dictum est supra. Nam quandoque rector, aut vicarius pro remedio .12. floren. Ren. petit: si tandem ex tractatu et conuentione tantum ad quinque conueniatur. Item talis consuetudo non presumitur habuisse principium voluntarium, sed exactum, aut conuentum. Quis enim dicet laicos a principio adeo fuisse liberales, et ad sepulturam sic deuotos, quod occasione se-

pulture

pulturę funeri impendendę vltra exequias dederint.15. Floren. Renen. aut circa. Item talis cõsuetudo tanq̃ corruptela pluribus rectoribus, & maxime vicarijs, qui plus curat de lana, q̃ de ala, pręstet cãm delinquendi, & grauandi pauperes heredes defunctorũ: vt sepius vltra vires & solitũ plus exigant: qr quasi ex arbitrio eorũ dependet quid pro remedio recipere velint. Nam hęc quota, quę fuit hoc anno ex ↄsuetudine nõie Remedij soluta dari, non erit anno sequenti, ſm eos: cũ pestilentia viget, vel cũ nouus rector, aut vicarius superuenerit, cõsuetudo mutatur: immo plus, aut minus: vt videmus in practica. Itẽ talis consuetudo dat occasionẽ rectoribus ecclãs suas locantibus, ꝙ cõsuetã pensionẽ, siue absentiã augmentant. Nã videntes vicarios eorũ ex Remedijs ditari, ecclesiã quã quis hoc anno arrendauit pro 50. Flor. Renen. in absentia, sequenti anno locat pro 60. & tandẽ 80. prout vidi in practica. Et sic vicarijs per magnas absentias grauati, sub pietate Remediorũ, abradunt oues moriẽtes de cute vsq; ad carnem & ossa: qđ est oĩno inhumanũ. Itẽ cõtra naturã aliarũ consuetudinũ, facit illud qđ inducit crescere, & nunq̃ decrescere. Remediũ eñi semp cũ cremento exigit: qr nunq̃ cõsueuerũt rectores dicere, ꝓgenitores tui dederũt pro Remedio 12. denarios, sed sic, auus tuus dedit 10. Floren. Renen. pr̃ tuus, qui possedit hunc marsum silr̃ dedit 10. aut 12. & tu solum exhibes 7. aut 4. Floren. Renen. Qđ oĩno hẽt spẽ mali. ¶ Nec valet dicere ꝙ hmõi Remedia iuxta morẽ eorũ licite recipiantur, Primo, ꝑp malã decimationẽ prędialem, & maxime propter personalẽ, quę raro laicis soluitur, Secũdo, ꝑp offertoria, & alia iura parochialia debita, neglecta: vt sic quę defunctus in vita non persoluit, saltem eius heredes post mortẽ de bonis suis sub nõie Remedij persoluãt: quia super decimis soluendis talis consuetudo eos non excusat. De quo tñ dic vt notatur in cap. 1. de deci. lib. 6. & c. ad Apostolicę. & c. a nobis. & ca. tua. de deci. Propterea posset contingere ꝙ in tribus diebus successiue morerentur pater, filius, & nepos: & sic de eisdẽ bonis exigeretur occasione prędictorũ eadẽ taxa per viam Remedij: quod est inconueniens. Quidã tñ astuti rectores, siue vicarij perpendentes Remedium sic exigendum fore illicitũ, miscent Remediũ cũ exequijs, siue cultu diuino peragendo, & simul ex conuentione taxant: quod

tamen ex predictis et cõstat esse illicitum. ¶ Conclusio vltima: que ab antiquo solita sunt ecclesijs et ecclesiarum ministris tribui, nõ debent aliquo mõ immutari. tex. est in l. priuilegia. in fi. C. de sacros. eccl. per quem tex. dicit Barth. q si cõmunitas est solita certũ quid dare ecclesie, non põt per statutum immutare. Ex quo põt inferri, q parochiani non pñt per statutum tollere, quo minus oblagium, aut Remedium solitum, ex laudabili consuetudine introductum, debeatur et exigi possit. Si tamẽ Remedium esset laicis nimis onerosum, et per lapsum, siue deprauatam consuetudinem introductum, pñt laici per statutum ad certum quid reducere et statuere inter se, q sepultura ipsius officio peracta aliquid in certa quota detur, siue remedium, aut alio vocabulo nominetur: Probatur hoc: qz si ex cõsuetudine laudabiliter introducta videntur se quasi tacite ad aliquid dandũ a principio obligasse, multo fortius se possint ad hoc expresse per statutũ obligare: dummodo tñ coacti per rectores curatum hec non statuant, ita q ex parte ipsius rectoris circa statutum omnis pactio, et cõsentio cesset, vt patet ex supradictis. Et valde expediret huiusmodi statutum fieri. Primo, ex parte laicorum, vt de cetero circa remedia amputaretur eis materia querelandi. Secundo, etiam ex parte curatorum: vt eis per statutum huiusmodi circa remedia exigenda precluderetur vie et modi simoniace prauatis.

¶ An facienda sint conuiuia sacerdotibus in funere defunctorum. Cap. 25.

Ex his infero, q non valet consuetudo, q post sepulturam homines, et maxime sacerdotes conueniant in loco vno ad prãdium sumptibus defuncti, vt in c. nullus. de presb. de cõsec. dist. 5. quẽ text. oĩno vide. vbi gl. dãnat hanc cõsuetudinem, q est in Anglia, et etiã in certis locis Bauarie. Et ex hoc ẽt reprehenduntur qdam fraternitates sacerdotum: in quibus ex statuto fratres in anno aliquoties, et post exequias fratres conueniunt: et de bonis fraternitatis relictis, siue donatis, lautum prãdiũ faciunt: prout in facto vidi in Pandeñ. Austrie. Finaliter ex oibus supradictis concludo negatiuã partẽ ad casum facti qsiti, vcz, q curatus nõ põt licite ex pacto aliquid pro sepultura exigere: potest tñ Remedium cũ ex laudabili cõsuetudine introductũ est, licite recipere, cum limitationes supra in conclusionibus recitatas. Nec obstat

ratio

ratio pro veritate q̄siti adducta, q illud solet h̄ri in cōi practica et ex consuetudine: q2 practica talis non est cōsuetudo laudabilis, sed potius depravata corruptela. Nec excusat in hmōi recipientes, et exigentes, ēt si sit longeua et diuturna. Nā diuturnitas tēporis in talibus nō diminuit pctm̄, sed auget: vt in d.c. non satis. de simo. et vt inquit tex. in c. cū ecclesie corpore. eo. titu. et in fi. de consue. tanto grauiora sunt crimina, quanto diuitius infelicem aīam detinent alligatā, etc. Neqz tolerantia ep̄orum et suorū officialium p̄dictos excusat: neqz facit talē consuetudinē licitā: q2 tolerantia talis non inducit tacite dispensationē cū recipiente, siue exigente: cū nec Papa in talibus q̄ sunt prohibita, q2 simoniaca possit dispensare: vide gl. in c. cum iā dudū. de preb. per docto. in c. super eo. de cogna. spi. et in c. constitutis. de fil. presbyt. Ex quo ēt habes, q per istam malā consuetudinē non derogantur antiqua et noua iura, que prohibent aliquid ex pacto pro sepultura recipere et exigere: quia cum iura illa contineant ius nature et diuinum, ex quo simonia tam diuino, quam naturali iuri sit contraria: non possunt per contrariam cōsuetudinem, vtpote irrationabilem abrogari. Et de hoc vide S. Tho. quolibe. nono. art. 2. Episcopus etiam talem consuetudinem corruptam simulans, siue expresse tolerans a peccato minime excusatur: quia ex officio ad ipsum pertinet prauas tollere loci consuetudines, et inhibere clericis, ne quicquam hac de causa exigant: vt no. Panor. in d.c. abolende. de sepul. in 2. notab.

¶ Quibus personis denegatur sepultura ecclesiastica. Cap. 26.

AD cuius euidentiam quero qui sunt, qui priuantur ecclesiastica sepultura. Solutio. quindecim differentijs personarū interdicitur ecclesiastica sepultura. ¶ Primo, excōicatis. cle. 1. de sepul. Et hoc verum nisi absoluant ēt in extremis: sed heredes pro eis satisfacere tenentur: vt in c. parochiano. eo. tit. Et secundū Gul. idē est de excōicatis minori, si notorie excōmunicati sunt. Idem de excōicatis ēt iniuste, vt no. gl. in c. literas. de restitu. spolia. Sepelientes vero nominatī excōicatos maiori, sūt ipso facto excommunicati, vt in clem. 1. de sepul. ¶ Secūdo, manifestis vsurarijs. d. clem. 1. et c. quanquam. de vsuris. lib. 6. Hoc verum nisi peniteat, et faciant cautionem. ¶ Tertio, qui in torneamentis moriuntur, ca. 1. de tornea. Et exponit Hosti. etiam si quis

Excōmunicatis interdicitur sepultura ecclesiastica.

Vsurariīs.

Morientibus in torneamentis

quis ibi letale vulnus acceperit, licet postea supuixerit: q quamuis peniteat, et ei Eucharistia non neget, carebit tn ecclesiastica sepultura. Hoc intellige fm Guil. tā de militibus, q de armigeris eorū, qui ibidem in armis se exercent. Secus de illis, qui illuc vadunt causa curiositatis, vel ad videndū, vel alia quacunqz de causa. Adde et predictis qd no. Ricar. in 3. dist. 37. q illi, qui hastiludia faciūt, peccant mortaliter: cū simili rōne videant esse pħibita, vt torneamenta. Et ex hoc innuit, q morietes in illis non sepelient in sacrato. Et hoc vr verum per rōnez. d. c. 1. ibi. vbi mortes hominū et aīarum pericula sepe proueniūt: nā in talibus hastiludijs sepe pdicta pueniunt. Secus dicendum vr in currentibus ad brauiū. vt Vienę, et in multis ciuitatibus: nā raro vel nūquā eueniunt in tali cursu mortes hoīum. ¶ Quarto, noīatiz interdictis. d. cle. 1. et hoc sub excōicationis pena. Alij aūt interdicti sllr priuantur. Qd intellige de interdictis a diuinis et participatione sacrorū fm Panor. qz interdicti a iurisdictione, vel ab aliquo officio nō priuant sepultura. ¶ Quinto, raptoribus, qui pertinaciter, cū possint, in vita non satisfacit, et in morte nō pnt. cap. 2. de rap. Archieps Flor. dicit, q si raptor potuit restituere, et non restituit, nec securitatē dedit, denegabuntur ei sacra et sepultura. Si vero cuz hēt vnde redderet, distulit vsque ad mortē penitere, et tunc est impotens ad restituendū, si est alias cōtritus et dispositus ad restituendū, si posset, dabuntur ei sacra, sed priuabitur ecclastica sepultura ad terrorē aliorū: nisi parentes, vel amici eius vellent restituere pro eo: quia tūc sepel etur in sacrato. Panor. vero in ca. super eo. de rapt. dicit de mente glos. quę cōiter tenetur. Quod aut decessit quis in pctō rapinę, nec penituit: et tunc etiā sibi cemeteriuz denegatur: qz decessit in mortali. Aut penituit in morte et satisfecit: et tunc ex toto conceditur sepulturam: et clerici debēt interesse sepulturę: et ita proprie loquitur tertius casus d. c. super eo. Et ista interpretatio tanq benignior tenenda est. ¶ Sexto, blasphematoribus Dei, et qui sancta cōtēnunt. ¶ Septimo, illis qui se occidunt. 13. q. 2. Quibus. 23. q. 5. placuit. Et hoc intelligēduz est secundū Guili. si se peremerūt ex desperatione, vel indignatione, aut iracundia. Secus si ex furore, vel a casu. Unde siquis propter fugam precipitaret se in aquam, quia sic credebat euadere posse: non imputatur ei, sic contrariū

Interdictis.

Raptoribus.

Blasphematoribus.

Se occidētibus.

eueniat,

eueniat, arg. c. nerui. 13. dist. & d. c. ex parte. in gl. Concordat Hosti. Nota tñ ſm quosdam, q̃ si ille, qui occidit se ex desperatione, aliquandiu post vulnus viueret, ita q̃ cum peniteret, & confiteretur, & ostenderet signa contritionis in morte: tali non est deneganda ecclesiastica sepultura, ex quo non decedit in peccato mortali. ¶ Octauo prohibetur ei sepultura, de quo certum est & manifestũ, non fuisse confessum, vel non cõmunicasse semel in anno: iuxta c. oĩs vtriusque. de pe. & remis. Quidam hoc limitant, nisi se [illegible] hoc emendasset in articulo mortis, & confitendo, & cõicando: vel saltẽ signa contritionis ostendisset in fine: q̃ tunc nõ negabitur sepultura ſm eos. Contrariũ tñ puto verũ. s. q̃ per illam ẽt non euadit penã. d. c. oĩs. pp rõnes quas adduxi supra. cap. 4. in secũda parte. prime par. ibi vide. Si vero occultum est: q̃ quis non est confessus infra annum: non negabitur ei sepultura: quia ex quo est occultum, non debet publicari peccatũ: Aut si dubitetur: q̃ forte confessus alicui mendicantiũ: & de eius consilio abstinuit ab Eucharistia. ¶ Nono, illi, cui interdictus est ingressus ecclesie. c. is qui. de sen. ex c. lib. 6. ¶ Decimo, monacho propriũ hñti: vt in c. super quodam. de sta. mo. ¶ Undecimo, illi, qui sacerdotẽ tutorem filijs suis instituit. 98. dist. c. neq̃ apud glo. ibi cõtrarium tenet. ¶ Duodecimo, Judeis, paganis, & hereticis. de conse. dist. 1. c. ecclesiã. & c. seq. ¶ Tertiodecimo, corporibus exẽteratis vel diuisis, vt ossa ad sepulturã deportentur, vt in extrauag. Bonif. viij. detestande. sub ti. de sepul. ¶ Quarto decimo, illis, qui post mortem de heresi conuincuntur: vt in c. siquis epis de here. ¶ Quintodecimo, gñaliter nullus notorius decedens in ipso notorio mortali pctõ, sepeliendus est. d. c. quibus. & c. non estimemus. & c. pro obeuntibus. & c. cũ gratia. 13. q. 2. oẽs cũ casus supradicti locũ hñt in notorijs: pctõres cũ occulti sunt sepeliendi: hñt ẽt locũ in non reconciliatis. Si cũ confiteantur, sicut eis conceditur corpus Christi, ita ecclesiastica sepultura. 13. q. 3. quesitũ. Si ẽt signa penitentie apparuerunt, si loquelam amiserant, tunc post mortem sunt absoluendi, & ad orationes & ad alia ecclesiastica suffragia recipiendi & sepeliendi: sed heredes pro eis satisfacere tenentur proximus: vt in d. c. parochiano. eo. titu. & de rapto. c. literis. & cap. a nobis. 2. de sent. exc. Et ad probandam huiõi signa, sufficit in hoc casu vnus testis. 26. q. 6. qui recedunt.

Non confessis & non cõicatis semel in anno.

Interdicto Monacho proprietario.

Tutorem filijs facer dotem instituenti.

Iudeis, paganis, & hereticis.

Diuisis corporibus.

Post mortem de heresi cõuictis.

Notorijs.

&c.seq. Fallit tamen hoc in raptoribus: & violatoribus ecclesie: & illis, qui moriuntur in torneamentis: & alijs similibus supra recitatis: quibus ecclesie sepultura interdicitur. Adde etiam predictis quod no. Panor. in ca. ex parte. pe alle. q decedens sine cōfessione exteriori in extremo vite facta, debet sepeliri in cemeterio ecclesie: ex quo confessionem nō contempsit: sed morte preuētutis est. Non est enim credendum, q decesserit in mortali peccato. de quolibet enim presumendu3 est bonu3: nisi contempsisset per annum ɔfessione3: vt dictum est supra: Et si mors fuisset casualis. ¶ Quid fiet, si tales, de quibus dictum est, de facto sepeliuntur in ecclesia vel cemeterio? Solutio. si corpora eorum discerni pōt, exumandi sunt, alias non. ca. sacrum. eo. tit. & ecclesia vel cemeterium est reconciliandu3, vt in c. consuluisti. de con se. eccl. vel alt. Quid fiet, si dubitetur de cadauere: vtrum fuerit cuiusdam Christiani, pagani, vel heretici, vel excōicati? Solutio. videtur in meliorem partem interpretandum d. ca. sacrum. ¶ Sed qua pena puniendi sunt, qui ad sepulturam aliquē recipiunt in casu non concesso? Solutio. tenent ad restitutione3 corporis si petatur, & omnium, que occasione illius receperunt. ca. fraternitatem. & c. ex parte. i. & cum liberum. eo. tit. & alijs penis, vt supra dictum est. Utrum suspensi & hmōi sint sepeliendi? Solutio secundū Panor. in c. ex parte. 2. eo. ti. q sic, quacūq3 pena moriantur, dummodo penituerint. Et possunt sepeliri in cemeterio cum solēnitate Misse & aliorum officiorum. Nec sacramēta ecclesie talibus sunt deneganda. vt in ca. i. 13. q. 2. Tales tamē non sunt deponendi de furcis sine licentia principis: qui tamen debet se in hoc facilem reddere. vt in l. i. & 2. ff. de cadaue. pu.

¶ Ordo sepeliendi aliquem secularem defunctum. Cap. 27.

Cum defunctus aliquis ad ecclesiam, vel cemeterium defertur sepeliendus, persepe diuersarum religionum clerici adesse solent: qui propter varias suas ordinationes & ritus varie legunt, & varie cantant: & vt plurimum non consonantiam, sed potius dissonantiam gignunt. Idcirco vt talis dissonātia euitetur, modus cantandi non antiquus. sed quem nunc ritus Romanus tenet, hic inferius annotatur. Postquam corpus defuncti positum fuerit in ecclesia, in qua tumulari debet sacerdos cum stola & pluuiali incipiat absolute.

Non

NOn intres in iudicium cum seruo tuo domine: quoniam nullus apud te iustificabitur homo: nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum quesumus domine, tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei christiane commendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudiciū vltionis: qui dum viueret insignitus est signaculo sancte Trinitatis. Per Christum dominum. ℟. Amen. Et cātores illius loci debent incipere. ℟. Subuenite sancti Dei. fol. 141. & omnes alij clerici debēt inceptum ℟. totum vsque in finē psequi versum vero Suscipiat te Christus cantabūt ipsi cātores: vel alij duo, quibus iniunctum a cantore pro sue voluntatis libito fuerit: post repetitionem vero. f. Suscipientes, alij duo, quibus cantor innuerit, vel ipsimet cantores dicent ℣. Requiem eternam. ceteri vero clerici cantabunt repetitionem. f. Offerentes eam in conspectu altissimi. ℟. Subuenite, vt su. ¶ Dum autem cantatur predictum ℟ium, sacerdos accipiat aquam benedictā de manu ministri, & aspergat corpus defuncti: & postea similiter incēset illud, Et finito Respōsorio, cantor cū primo choro dicat Kyrie el. Et secundus chorus Christe el. Deinde omnes simul dicant. Kyrie el. Quo finito sacerdos dicat alta voce Pater noster. ℣. Et ne nos. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo.

DEus, cui omnia viuunt, & cui nō pereunt moriendo corpora nostra, sed mutuantur in melius, te supplices exoramus: vt suscipi iubeas aīam famuli tui N. per manus scōrum Angelorū deducendā in sinū amici tui Abrahe Patriarche, resuscitandāque in nouissimo iudicij magni die: vt quicquid vitiorum diabolo fallēte cōtraxit, tu pius & misericors abluas indulgendo. Per Chrm. ℟. Amen. Finita oratione, cantores incipiant ℟. Libera me dñe. fo. 143. Et repetit ℟. Libera me domine, & interim q dictum ℟. scdo cantatur, fiat de aqua benedictā & incenso, vt sup. Cōpleto vero ℟. dicatur vt su. Kyrie elei. & Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animā eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exau. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

ABsolue, quesumus Domine, animam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat: & que per fragilitatem carnis humana conuersatione peccata commisit, tu venia misericordissime

sime

sume pietatis absterge. Per Christum. ℟. Amen. Finita oratione aliqui de circunstantibus accipiant feretrū, ⁊ deportent defunctū ad tumulū: ⁊ dū portatur, clerici cantent sequētes Añas. In paradisum deducant te angeli. fo.143. Aña. Ego sum. vt sup. fol.146. Canticum. Benedictus dñs deus Israel. Finito cantico cantetur aña. Ego sum. tota. His omnibus finitis, sacerdos accipiat aquā benedictā: ⁊ aspergat corpus defuncti, ⁊ tumuluz: ⁊ postea incenset fil'r: ⁊ dicat alta voce Pater nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo oīs viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te ve. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oīo.

Satisfaciat tibi quesumus dñe Deus noster, pro aīa famuli tui Dei genitricis semperqz virginis Marie, ⁊ sanctissimoꝝ Petri ⁊ Pauli Aplorum, ⁊ sancti N. omniumqz Scōrum tuoꝝ oīo: ⁊ pñtis familie tue humilis ⁊ deuota supplicatio, vt pctōrum omnium veniam, quam precamur, obtineant: nec euz patiaris cruciari gehennalibus flammis, quē filij tui dñi nostri Jesu Christi precioso sanguine redemisti. Qui tecum ⁊ cuz Spiritu sancto viuit ⁊ regnat Deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum spiritu tuo. Et idem Sacerdos dicat. Anima eius, ⁊ anime omnium fidelium defunctoꝝ per misericordiam Dei, Et cantores immediate subiungant.



Et tunc statim cantores incipiant ℟. Memento mei Deus. fol. 148. Dum predictum ℟. cantatur, reuertantur in ecclesiam. Et postquam reuersi fuerint, stent ordinate in choro. Et finito ℟io sacerdos dicat alta voce Pater noster. ℣. Et ne nos indu. ℟. Sed libe. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine aīam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobisc. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Tibi domine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus seculo tibi viuat: et que per fragilitatem mundane conuersationis peccata cōmisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De officio sepulture paruulorum. Cap. 34.

Incipit officium sepulture paruulorum Christianorum. Quando puer extrahitur de domo, et deportatur ad ecclesiam: dicuntur psalmi graduales, videlicet psal. Ad dominuz cū tribularer. cum reliq. infra. fol. 181. Quilibet cum Gloria pat. et Sicut erat. ¶ Uel sic, cum puer extrahitur de domo, incipitur psalmus Beati immaculati, etc. fol. 124. et ps. Laudate pueri dnm. fol. 37. Et dicitur cum Gloria patri. et Sicut erat. Et qn puer fuerit in ecclesia, incipitur Aña. Hic accipiet benedictionem a dño: et misericordiam a Deo salutari suo: qz hec est generatio querentium dnm. ps. Domini est terra, et cū Gloria pat. et Sicut erat. fo. 38. Quo finito dicatur Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Me autez propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in eternum. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Omnipotens et mitissime Deus, qui oībus paruulis renatis fonte baptismatis, dum migrant a seculo, sine vllis eorum meritis vitam illico largiris eternam: sicut anime huius paruuli hodie credimus te fecisse: fac nos, qs dñe: per intercessionez beate Marie virginis, et oīum sctōrum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari: et in paradiso cuz beatis paruulis perenniter sociari. Per Christum dominum. ℟. Amen. ¶ Dū portatur ad tumulum dicatur Aña. Iuuenes et virgines, senes cum iunioribus laudent nomen dñi. ps. Laudate dñm de ce. fol. 347. Deinde dicatur Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Sinite paruulos venire ad me. ℟. Taliū est eīm regnuz celorum. ℣. Dns vo. ℟. Et cū spi. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, sancte puritatis amator: qui animam huius paruuli ad celorum regna hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam domine ita nobiscum misericorditer agere: vt meritis tue sanctissime passionis, et intercessione beate Marie virginis, et omnium sanctorū tuorum, in eodem regno nos cum omnibus sanctis et electis

tuis

tuis semper facias congaudere celestibus. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per oia sec. &c.

¶ Quando reuertuntur ad ecclesiam, pronunciatur Antipho. Benedicite dnm, deinde dicat Cant. Benedicite omnia opera domini dno. sup. fol. 91. Quo finito: di tota Antiph. Benedicite dnm omnes electi eius: agite dies letitie: & confitemini illi. Deinde dicatur ℣. Dns vobis. ℟. Et cum Spiritu tuo. Oratio.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Oratio.


Concede nos famulos tuos, quesumus domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beate Marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, & eterna perfrui letitia.

Oratio.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Ritus sepeliendi defunctum secularem, secundum vsum Patriarchatus Venetiarum. Cap. 29.


Cum clerici ad funus aliquod accedunt: acolytis & cruce precedentibus, ordinate pergut ad locu, vbi est corpus. s. vel ad ecclesiam: vel ad domu defuncti: legendo psalmos graduales distincte & morose. Et cu peruenerint ad ecclesiaz, vbi tumulandus est defunctus, ingrediendo eam cantent sequens responsorium: vt hic inferius notatum est, cum suo versu & resumptione.




Non timebis a ni ma: qui a Christus passus est.



Per cu ius passi o nem nos redempti su mus. ℣. Do-



Do mi nus cu sto di at te ab omni ma lo. cu=




sto di at a ni mam tu am do mi nus. Per cu ius.


Finito Responsorio si non fuit cantatum nocturnum triu3 lectionum, cantetur. Quo finito incipiatur responsorium sequẽs, cum versu & resumptione.




Q uomodo cõfitebor tibi do mi ne quãdo veneris i iudi=




ci o tu o. Fiat cor meum mundum: non custodiui animam



meam in car ne po si tam: pollui i templũ corporis me i:



& o pe re iniquitatis co in qui na ui: precor te do mi=



ne antequam discutias me: miserere me i. Ti bi

℣ soli




Kyrie eleis. Chꝛe eleis. Kyrie elei. Pr nr. ℣. Et ne nos induc. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīas eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor meus ad te ven. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto, q̄s dñe, supplicationibus nostris, ⁊ pias aures tuas ad p̄ces nr̄as inclinare digneris: vt nos de throno maiestatis tue clementer exaudias, ⁊ orationes famulatus nostri dignanter admittas. Te inuocamus dñe sancte pater op̄s, eterne, Deus pro aīa famuli tui, quam hodierna die de hac luce vocare dignatus es: vt iubeas ei preparari paradisi tui loca virētia: non eam exurat flāma ignis crudelis gehenne: quia propterea Dñs noster Jesus Chrs filius tuus in ligno crucis sub Pontio Pilato pati dignatus est, vt animas, q̄ per Ade transgressionē perierant, sua sancta resurrectione ab inferni claustris liberaret. Confundantur ergo gehenne ianitores, ⁊ ministri nequitie erubescant: deducāt eam angelice p̄tātes in sinū patriarcharū Abrahā, Isaac, ⁊ Jacob patrū nr̄oꝝ: ꝯsequat a tua potentia paratā electis iucūditatē: ⁊ a dextris h̄reditatē adepta letet: vt cum dies ille tremendus agnitionis tue aduenerit, vna cum sanctis ⁊ electis tuis, qui tibi placuerūt, in gloria maiestatis tue resurgere mereat ad indulgentiā, nō ad penā: ⁊ aiaꝫ illā, quam fontis vnda p̄fudit, ⁊ chrisma salutis inūxit, nō sinas flāmaruꝫ ardoribus cruciari, nec pctōꝝ vinculis alligari: sed liberā redde paradiso tuo, p indulgētiam pietatis tue: q2 tuā clementiā dū in hoc seculo cōstitit, nō negauit. Per Chrm. ℟. Amen. ℟. Aia huius dū derelinqueret munduꝫ soli Deo deuota est. Caro enim requiescet donec tempus veniat. ℣. Ad te dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescaꝫ. Caro. Oremus. Orō.

Deus vniuersoruꝫ creator ⁊ cognitor: q es beatitudo sanctorū: p̄sta nobis petentibus: vt spūꝫ fratris, vel sororis nr̄i corporis nexibus absolutū, in lucis eterne facias regione gaudere. Per Chrm. ℟. Amē. Aña. Aiam de corpore, quam assumpsisti

psisti dñe, fac gaudere cũ sanctis tuis in gloria. Oremus. Oro.
Supplices exoramus pietatem tuã dñe sancte, pater oñs, eterne Deus pro anima famuli tui, quam de hac luce ad te accersiri iussisti: vt eã in regione viuorũ cõstituas: & partẽ beatę resurrectionis inter sctõs & electos tuos habere cõcedas, Per Chr̃m dñm nr̃m. ℟. Amen. ℟. In paradisum. fol. 142. Ad Bñs, Añã. Ego sum resurrectio fol. 145. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. A porta inferi. ℟. Erue dñe. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amẽ. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.
Obsecramus misericordiam tuã eterne Deus: qui hominẽ ad imaginem tuam creare dignatus es: vt animam famuli tui, quam hodierna die a rebus humanis eximi, & ad te accersiri iussisti, blande & misericorditer suscipias: non ei dominentẽ vmbrę mortis, nec tegat eã chaos & caligo tenebrarũ: sed exuta omniũ criminũ labe, in sinu Abrahę collocata, locũ lucis & refrigerij se adeptã esse gaudeat: & cũ dies iudicij aduenerit, cũ sanctis & electis tuis eam resuscitari iubeas, Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem ęternam dona ei domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
¶ In die 7. vel 30. atq; in anniuersario responsorium. Cap. 30.









Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie elei. Pater noster. V. Et ne nos inducas in ten. R. Sed libe. V. A porta inferi. R. Erue domine animā eius. V. Requiescat in pace. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meaz. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Te dñe sancte, pr ops, eterne Deus suppliciter deprecamur pro aïa famuli tui, quaz a voraginibus huius seculi ad te accersiri precepisti: vt digneris ei dñe dare locū lucidum, et locū refrigerij et quietis: liceatqz ei transire portas infernorum, et penas tenebrarum: maneatqz in mansionibus sanctoruz, et in luce sancta quam olim Abrahe promisisti et semini eius: et cum magnus dies ille resurrectionis aduenerit, resuscitare euz digneris domine ad requiem vna cū sanctis et electis tuis: deleas eius delicta atque peccata, vsque ad nouissimum quadranteꝫ: tecumqꝫ immortalitatis tue vitam et regnum consequatur eternuꝫ. Per Christum dñm nostrū. R. Amen. Aña. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Oremus. Orō.

Viri

D Iri vulneris nouitate percussi, et quodammodo cordibus sauciati misericordiã tuam mundi redemptor flebilibus vocibus imploramus, vt chari nostri animam proprium ad te datorem reuertentem, blande leniterque suscipias: et siquas ille ex hac carnali cõmoratione cõtraxit maculas, tu Deus solita pietate clementer indulgeas: obliuioniq; in perpetuũ tradas: atq; eandem tibi cum ceteris redituram, et ad corpus qñque reuersuram, sanctorũ tuorũ cetibus aggregari precipias. Per Christum dñm. ℟. Amen. Añã. Animam p̃camur, quã creasti dñe, vt suscipi iubeas in regnũ tuum: et in sinu Abrahe collocari facias, vt cum beato Lazaro portionem accipiat. Oremus. Oro.

O Mnipotentis Dei misericordiam deprecemur, cuius iudicio nascimur et finimur, vt spiritu; fratris, vel sororis nostri, quem domini pietas de incolatu mundi huius transire p̃cepit, requies eterna suscipiat: et cum beate resurrectioni presentet: et in sinibus Abrahe, Isaac, et Jacob collocare dignet. Per Chr̃m dñm nostrũ. ℟. Amen. Añã. Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectã: propter nomẽ tuũ dñe viuificabis me in equitate tua: et educes de tribulatione animã meam. Oremus. Oro.

D Eus, qui iustis supplicationibus semper p̃sto es, q pia vota dignaris intueri, da famulo tuo, cui hodie officia p̃stamus, cum sanctis atque electis tuis beati muneris portionem. Per Chr̃m dñm nrm. ℟. Amen. Añã. Credo dñe Deus carnis resurrectionem, et vitã eternã: sed tñ deprecor tuã clementiã, vt nõ inter hedos, sed iter oues ꝯsortiũ merear. Oremus. Oro.

C Lementiã tuã suppliciter exoramus dñe sancte, pater omnipotens, eterne Deus, redẽptor animarũ, pro aĩa famuli tui, quã de hac luce accersiri iussisti: vt angelus tuus suscipiat eã: et spũs tuus refrigeret eam: et cũ iudicabitur non eat cõdenata. Ps. De profundis, cũ Requiem eternam. infra. f. 161. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Oremus. Oro.

A Bsolue, quesumus dñe, animam famuli tui: et animas omnium famulorum tuorum confratrum nostrorum ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos, et electos tuos resuscitati respirent. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.


¶ Incipit officium in agenda moꝛtuoꝛum.

¶ Ad vesperas absolute incipitur. Cap. 31.




Añā. Pla ce bo do mi no. E v o v a e. Psalmus.

Dilexi qm̄ exaudiet dñs: vocē oꝛonis meę. Q2 inclinauit aurem suā mihi: ⁊ in dieb⁹ meis inuocabo. Circūdederūt me doloꝛes moꝛtis: ⁊ picula inferni inuenerūt me. Tribulationē ⁊ doloꝛē inueni: ⁊ nomē dñi inuocaui. O dñe libera aīa meā: misericoꝛs, dñs ⁊ iust⁹: ⁊ de⁹ nr̄ miserꝫ. Custodiēs puulos dñs, humiliat⁹ sū: ⁊ liberauit me. Cōuertere aīa mea i reqē tuā: q2 dñs bñfecit tibi. Q2 eripuit aīaꝫ meā de moꝛte, oculos meos a lachꝛymis, pedes meos a lapsu. Placebo dño: i regione viuoꝝ. Requiē. An.



Pla ce bo do mi no in re gi o ne vi uo rum. Añā.




Hei mi hi. E v o v a e. Psalmus.

Ad dñz, cū tribularer, clamaui: ⁊ exaudiuit me. Dñe libera aīaꝫ meā a labijs iniqs: ⁊ a lingua dolosa? Quid detr tibi? aut qd apponatr tibi ad linguā dolosaꝫ? Sagittę potētis acutę: cū carbonibus desolatoꝛijs. Hei mihi, q2 incolatus meus prolongatus est habitaui cū habitantibus cedar, multū incola fuit aīa mea. Cum his qui oderūt paceꝫ erā pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Requiem ęternam. Añā.




Hei mi hi: qui a in co la tus me us pro longatus est.

Añā.




Levaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi? Auxilium meũ a dño: qui fecit celum & terram. Non det in cõmotionem pedẽ tuum: neque dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit, neq3 dormiet, qui custodit Israel. Dñs custodit te, dñs protectio tua, super manu3 dexterã tuam. Per diem sol non vret te: neque luna per noctẽ. Dñs custodit te ab oĩ malo: custodiat aĩa3 tuam dñs. Dñs custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in seculum. Requiem eter.





De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine, domine qs sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsq3 ad noctem: speret Israel in domino. Quia apud dominum misericordia: & copiosa apud eu3 redemptio. Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Requiem eternam. Antiph.






su sti ne bit. Aña. O pe ra. E v o v a e. Psalmus.

Confitebor tibi dñe i toto corde meo: qm̃ audisti verba oris mei. In cõspectu angelorũ psallã tibi: adorabo ad templuȝ sanctũ tuũ, ⁊ confitebor nõi tuo. Super misericordia tua ⁊ veritate tua: qm̃ magnificasti super omne nomẽ sanctũ tuũ. In quacunque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in aĩa mea virtutẽ. Cõfiteant tibi dñe oẽs reges terre: q2 audierũt oĩa verba oris tui. Et cãtẽt in viis dñi: qm̃ magna est gloria dñi. Qm̃ excelsus dñs, ⁊ humilia respicit: ⁊ alta a lõge cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: ⁊ sup irã inimicorũ meorum extẽdisti manum tuã, ⁊ saluũ me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me, dñe misericordia tua in seculum: opera manuuȝ tuarũ ne despicias. Requiem eternam dona ei. Aña.




Ope ra manuuȝ tu a rum do mi ne ne de spi ci as. ℣.



Au di ui vo cem de ce lo di cen tem mi hi. ℟. Be a ti




mortu i, qui in do mi no mo ri un tur. Antiphona.




Om ne. E v o v a e. Canticum.

Magni-

Magnificat anima mea Dñm. Et exultauit spūs meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillę suę: ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs gñationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est: ⁊ sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eū. Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: ⁊ exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerū suum: recordatus misericordię suę. Sicut locutus est ad p̃res nostros: Abrahā, ⁊ semini eius in secula. Requiē ęternā. Aña.





Deinde dicat Pater nr̃, secre. Et notandum q̄ in diebus ferialibus in vesperis triū, siue nouem lectionū. q̄n sine nota dicunt, ⁊ in laudibus cōtinuo dicit Pater nr̃, cū psalmo Lauda anima mea dñm. ⁊ versiculis, ⁊ debitis orōnibus, flexis genibus. In alijs vero diebus in officio defunctorum genua non flectuntur, nec dicit psalm. Lauda anima mea dñm. Pater noster, qui. ℣. Et ne nos inducas in tentatio. ℟. Sed liba nos a malo. Ps.


Lauda aīa mea dñm: laudabo dñm in vita mea: psallā Deo meo q̄diu fuero. Nolite confidere in principibus: in filijs hoīum, in qbus non est salus. Exibit spiritus eius, ⁊ reuertet in terrā suā: in illa die peribunt oēs cogitationes eorum. Beatus cuius Deus Jacob adiutor eius: spes eius in Dño Deo ipsius, qui fecit cęlum ⁊ terrā: mare ⁊ omnia quę in eis sunt. Qui custodit veritatē in seculū: facit iudiciū iniuriā patientibus, dat escā esurientibus. Dñs soluit cōpeditos: dñs illuminat cęcos. Dñs erigit elisos: dñs diligit iustos. Dñs custodiat aduenas: pupillū ⁊ viduā suscipiet: ⁊ vias peccatorum disperdet. Regnabit dñs in secula: Deus tuus sion, in generatione ⁊ generationem.

uem. ℟. Requiē ęter. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīas eorū.
℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla=
mor meus ad te ve. ℣. Dñs vob. ℟. Et cū spi. Oremus. Oratio.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos ponti=
ficali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: pſta, quęsu=
mus, vt eorū quoque perpetuo aggregētur consortio. Oratio.


DEus venię largitor, ⁊ humanę salutis amator, q̄s clemen=
tiam tuam: vt nostrę congregationis fratres, sorores, pro
pinquos, amicos, ⁊ benefactores, qui ex hoc seculo transierunt,
beata Maria semper virgine intercedente cū oībus sanctis tuis,
ad perpetuę beatitudinis consortiū peruenire concedas. Oīo.

FIdeliū Deus oīuꝫ cōditor ⁊ redemptor, aīabus famulorum
famularumqꝫ tuarū remissionem cūctorū tribue pctōrū, vt in=
dulgentiā, quā semp optauerunt, pijs supplicationibus ꝯsequā=
tur. Qui viuis ⁊ regnas cuꝫ Deo patre in vnitate spiritus sancti
Deus, Per oīa secula seculorū. ℟. Amen. ℣. Requiē ęternam
dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescāt
in pace. ℟. Amen. ¶ Ad matutinum incipitur inuitatorium.




Inuita. Regem cu i om ni a vi uunt, Ve ni te adoremus. ps.







Enite exultemus domino: iubilemus




Deo sa lu ta ri no stro: pręoc cu pe=




mus fa ci em eius in cō fes sione: ⁊ in psalmis iubilemus
ei.



e i. Regem. Quo niam Deus ma gnus do mi nus,



⁊ rex magnus super om nes de os: quo ni am non re=


pel let do mi nus ple bem suam: quia in manu e ius


sunt om nes fi nes ter re: ⁊ al ti tu dines mon ti um


ip se con spi cit. Ue ni te. Quoniam ip si us est mare,


⁊ ipse fecit il lud: ⁊ a ri dam fun da ue runt ma nus


e ius: ve ni te a do remus ⁊ pro ci da mus an te deum:

plore=

plo remus coram do mino qui fecit nos: quia ip se est

do mi nus de us no ster: nos au tem po pu lus e ius, et

o ues pa scu e e ius. Regem cui. R o di e si

vo cem e ius au di e ritis, no li te ob du ra re cor da

vestra: si cut in e xa cerba tio ne secundum diem ten=


ta ti o nis in de ser to: v bi ten ta ue runt me pa tres ve=

stri: pro ba uerunt et vi de runt o pe ra me a. Venite.

Qua



Q ua dra gin ta an nis pro xi mus fui genera tio-



ni huic: ⁊ di xi sem per hi er rant corde: ip si ve ro




non cogno ue runt vi as me as: qui bus iu ra ui in ira



me a: si in troi bunt in re qui em me am. Re-



gem cu i. R e qui em e ter nam do na e is domine:



⁊ lux perpetua lu ceat e is. Venite. Re gem cu i. totum.

¶ Dictum inuitatorium cū suo psalmo non dicitur: nisi in crastino omnium sanctorū: ⁊ cum funus presens fuerit. In primo nocturno. Antiphona.





Di ri ge. E v o v a e.

Psalmus.


Psalmus.

Verba mea auribus percipe dñe: intellige clamorem meum. Intende voci orõnis meę, rex meus ꝛ Deus meus. Quoniam ad te orabo dñe: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi, ꝛ videbo: quoniã non Deus volens iniquitatem tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te malignus: neqꝫ pmanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti oẽs qui operantur iniquitatem: perdes oẽs qui loquuntur mendacium. Uirum sanguinum ꝛ dolosum abominabit dominus: ego autẽ in multitudine misericordię tuę. Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuuꝫ in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viã meã. Quoniam non est in ore eorũ veritas: cor eorũ vanũ est. Sepulchrũ patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: iudica illos Deus. Decidant a cogitationibus suis: scd̃m multitudinem impietatũ eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine. Et lętentur omnes qui sperant in te: in ęternum exultabunt, ꝛ habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto. Domine vt scuto bonę voluntatis tuę: coronasti nos. Requiem ęternam dona eis domine. Antiphona.







Aña. Conuertere domine. Euouae. ps. Domine ne in furore tuo arguas me: Psalmus. vt supra folio 58. cum Requiem ęternam dona eis domine. Antipho.



quo-




quo ni am non est in mor te qui me mor sit tu i. Antiph.



N e quan do. E v o v a e. Psalmus.


Domine Deus meus it te speraui: saluum me fac ex oībus persequentibus me, et libera me. Ne quando rapiat vt leo alam meā: dū non est qui redimat, neq̃ qui saluum faciat. Dñe Deus meus, si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidā merito ab inimicis meis inanis. Persequat̃ inimicus alam meā, et cōprehendat, et conculcet in terra vitā meam: et gloriā meā in puluerem deducat. Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorū meorum. Et exurge Dñe Deus meus in precepto qđ mandasti: et synagoga populorū circumdabit te. Et ꝑꝑ hanc in altum regredere: Dñs iudicat populos. Iudica me domine ſm iustitiā meā: et ſm innocentiā meā super me. Cōsumet̃ nequitia pctōrū, et diriges iustū: scrutās corda et renes Deus. Iustū adiutoriū meū a Dño: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus, fortis et patiens: nunquid irascetur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladiū suū vibrabit: arcū suū tetendit, et parauit illū. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturijt iniustitiā: cōcepit dolorē: et peperit iniquitatem. Lacū aperuit, et effodit eū: et incidit in foueā, quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor domino ſm iustitiam eius: et psallam nomini Domini altissimi. Requiem eternam dona.





Aña. N e quan do ra pi at vt le o a ni mam meam:

dum









Deinde dicitur Pater noster, qui. secret. Quo completo dicat hebdomadarius alta voce versu3. Et ne nos inducas in tentationem. Respondeant omnes. Sed libera nos a malo. Tunc lector absolute incipiat lectionem, ꝛ eandem terminet fine Tu autem Domine miserere nobis. Et sic legantur omnes lectiones in officio mortuorum.

Lectio prima.

Parce mihi Dñe: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, qꝛ magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuu3? Uisitas eum diluculo: ꝛ subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam saliuam mea3? peccaui: Quid faciam tibi o custos hominu3? Quare posuisti me contrariū tibi, ꝛ factus sum mihimetipsi grauis? Cur non tollis peccatū meū? ꝛ quare non aufers iniquitatem meā? Ecce nunc in puluere dormiam: ꝛ si mane me quęsieris, non subsistam. Finita lectione secundum vsum patriarchalem, dicitur post oēs lectiones. Beati mortui qui in Domino moriuntur. ꝛ sequitur Responsorium

Credo



Redo q redemptor me us vi-

uit: et in nouissimo di e

de terra surrecturus sum: et in carne me a videbo de

um Saluatorem meum ℣. Quem vi su r us


sum ego ip se et nō a li us: et oculi mei con spectu

ri sunt. ℣. Et in car ne. Lectio secunda.

Tedet animam meam vite mee: dimittā aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine aie mee: dicam Deo, noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices. Nunqd bonū tibi videtur, si calūnieris, et opprimas me opus manuum tuarū, et consilium impiorū adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt? aut sicut videt homo, et tu vides? Nūqnid sicut dies hominis dies tui? et anni tui sicut humana sunt tēpora? Ut queras

℟ iniqui-

Iniquitatem meã: ⁊ peccatũ meũ scruteris. Et scias quia nihil impium fecerim: cũ sit nemo, qui de manu tua possit eruere. ℟.

Qui Lazarum resuscitasti a



monumento fœtidum. Tu eis do-



mine dona requiem ⁊ locum indulgentiæ. ℣.




Qui venturus es iudicare viuos ⁊ mortu-




os ⁊ seculum per ignem. Tu eis. Lectio iiij.


Manus tuę dñe fecerũt me: ⁊ plasmauerũt me totũ in circuitu: ⁊ sic repẽte pcipitas me. Memento q̃so, q sicut lutũ feceris me, ⁊ in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, ⁊ sicut caseum me coagulasti? Pelle ⁊ carnibus vestisti me, ossibus ⁊ neruis compegisti me. Vitam ⁊ misericordiam tribuisti mihi, ⁊ visitatio tua custodiuit spiritum meum. ℟.


Domine, quando veneris iudi-



iu di ca - re terram, v bi me ab scon-




dam a vul tu i re tu e. Qui a pec caui ni-




mis in vita me a ℣. Cōmissa mea



domine pauesco: & ante te e rube sco: dū ve-



ne ris iu di ca re, no li me con dem na-



re. Quia. ℣. Requiem eternam dona



e is domine: & lux perpetu a lu ce at e-

 is. Quia




In secundo nocturno. Aña.



Psalmus.

Dominus regit me, ⁊ nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitię: propter nomen suum. Nam ⁊ si ambulauero in medio vmbrę mortis: non timebo mala, quoniam tu mecum es. Uirga tua ⁊ baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: ⁊ calix meus inebrians quam pręclarus est. Et misericordia tua subsequatur me, omnibus diebus vitę meę. Et vt inhabitem in domo domini, in longitudine dierum. Requiem ęternam dona eis domine. Antiphona.



Antiphona.




Psalmus.


Ad te dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. Et cõfundant omnes iniqua agentes superuacue. Uias tuas domine demonstra mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua, ⁊ doce me: quia tu es Deus saluator meus, ⁊ te sustinui tota die.

Remi-

Reminiscere miserationū tuarū dñe: ⁊ misericordiarū tuarꝫ, q̄ a sclō sunt. Delicta iuuētutis meę ⁊ ignorātias meas: ne memineris. Scdꝫ misericordiā tuā memēto mei tu: pp bonitatem tuā dñe. Dulcis ⁊ rectus dñs pp hoc legē dabit delinquentib⁹ in via. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Uniuersę vię dñi misericordia ⁊ veritas, requirētibus testamentū ei⁹ ⁊ testimonia eius. Propter nomē tuū dñe propitiaberis pctō meo: multū est enim. Quis est hō q timet dñm? legē statuit ei in via quā elegit. Aia ei⁹ in bonis demorabit: ⁊ semē ei⁹ hēditabit terrā. Firmamentū est dñs timētibus eū: ⁊ testm̄ ipsius, vt manifestet illis. Oculi mei semp ad dñm: qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice i me, ⁊ miserere mei: qꝛ vnic⁹ ⁊ paup sū ego. Tribulationes cordis mei multiplicatę sūt: de necessitatib⁹ meis erue me. Uide humilitatē meā ⁊ laborē meū: ⁊ dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos, qm̄ multiplicati sunt: ⁊ odio iniquo oderūt me. Custodi aiaꝫ meā, ⁊ erue me: nō erubescā, qm̄ spaui i te. Innocētes ⁊ recti adhęserūt mihi: qꝛ sustinui te. Libera de⁹ israel, ex oib⁹ tribulatiōib⁹ suis. Req.



Aña. Delicta iuuen tu tis me ę ⁊ igno ran ti as me as



ne me mi ne ris do mi ne. Antiphona.



Cre do vi de re. E v o v a e. Psalmus.

Dominus illuminatio mea ⁊ salus mea: quē timebo? Dñs protector vitę meę: a quo trepidabo? Dū appropiāt super me nocentes: vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt, ⁊ ceciderūt. Si cōsistāt aduersum me ca=

ſtra: non timebit cor meū. S i exurgat aduerſuȝ me plīū: in hoc ego ſpabo. V nā petij a dn̄o, hāc reqrā: vt ihabitē in domo dn̄i oīb⁹ dieb⁹ vite meę. V t videā volūtatē dn̄i: ⁊ viſitē tēplū eius. Q m̄ abſcōdit me in tabernaculo ſuo: in die maloꝝ ꝓtexit me in abſcōdito tabernaculi ſui. I n petra exaltauit me: ⁊ nunc exaltauit caput meū ſup inimicos meos. C ircuiui ⁊ immolaui in tabernaculo ei⁹ hoſtiā vociferationis: cātabo ⁊ pſalmū dicā dn̄o. E xaudi dn̄e vocē meā, q̄ua clamaui ad te: miſerere mei, ⁊ exaudi me. T ibi dixit cor meū, exq̄ſiuit te facies mea: faciē tuaȝ dn̄e reqram. N e auertas faciē tuā a me: ⁊ ne declines in ira a ſeruo tuo. A diutor me⁹ eſto, ne derelinquas me: neqȝ deſpicias me Deus ſalutaris meus. Q m̄ pr̄ meus ⁊ mr̄ mea dereliquerunt me: dn̄s aut aſſumpſit me. L egē pone mihi dn̄e in via tua: ⁊ dirige me in ſemitam rectā ꝓp inimicos meos. N e tradideris me in aīas tribulantiū me: qm̄ inſurrexerunt in me teſtes iniqui, ⁊ mētita eſt iniqtas ſibi. C redo videre bona dn̄i in terra viuētiuȝ. E xpecta dn̄m, viriľr age: ⁊ ꝯfortet̄ cor tuū, ⁊ ſuſtine dn̄ȝ. R̄ eq.







Tunc ſecrete dicitur P ater noſter. ℣. Et ne nos induc. ℟. Sed libera. Lectio iiij.

R Eſponde mihi quantas habeo iniqtates ⁊ peccata: ſcelera mea ⁊ delicta oſtende mihi. Cur faciē tuam abſcondis: ⁊ arbitraris me inimicum tuū? Contra foliū qḋ vento rapit̄ oſtendis potentiā tuā: ⁊ ſtipulam ſiccā perſequeris. Scribis enim cōtra

me

me amaritudines: ꝛ consumere me vis peccatis adolescentie mee. Posuisti in neruo pedē meū: ꝛ obseruasti omnes semitas meas: ꝛ vestigia pedū meorum considerasti. Qui quasi putredo consumēdus sum: ꝛ quasi vestimentū, qd̓ comeditur a tinea. ℟.



Emento me i de us: qui a. ven tus est vi ta me a. Nec a spi ci at me vi sus ho mi nis. ℣. De pfundis clamaui ad te do mi ne: domine exau di vo cem me am. Nec a spi ci at me.

Lectio quinta.

Homo natus de muliere, breui viuēs tpe, replet multis miserijs. Qui quasi flos egredit ꝛ cōterit: ꝛ fugit velut vmbra: ꝛ nūq̄ i eodē statu pmanet. Et dignū ducis sup huiuscemodi aperire oculos tuos, ꝛ adducere eū tecū in iudiciū? Quis pōt facere mūdū de immūdo cōceptū semine? Nōne tu qui sol⁹ es? Breues dies hoīs sunt: numerus mēsiū eius apud te est. Constituisti terminos eius: q̄ preteriri non poterunt. Recede ergo paululū ab eo: vt quiescat donec optata veniat, ꝛ sicut mercenarij dies eius. ℟.



Eu mihi do mi ne, qui a pec ca ui

ni mis in vi ta me a: quid

faciam mi ser? v bi fu gi am m si ad

te Deus me us? Mise re re me-


i, dum ve ne ris in nouissimo

di e. ℟. A nima me a tur ba ta est

val de: sed tu do mi ne suc cur re

e-


i. Mi-



Lectio sexta.

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, ꝛ abscōdas me, donec ptrāseat furor tuus, ꝛ ɔstituas mihi tp̄s, in quo recorderis mei? Putas ne mortuꝰ hō rursum viuat? Cūctis dieb9, qb9 nūc milito, expecto, donec veniat imutatio mea. Vocabis me, ꝛ ego rñdebo tibi. Opi manuū tuarū porriges dexteraȝ. Tu qdem gressus meus dinumerasti: sed parce pctis meis.


℟. vi. Ne recorderis pctā mea. quare supra. f. 143. In iij. noct.



Psalmus.

Expectans expectaui dñm: ꝛ intēdit mihi. Et exaudiuit p̄ces meas: ꝛ eduxit me de lacu miserię, ꝛ de luto fęcis. Et statuit supra petrā pedes meos: ꝛ direxit gressus meos. Et immisit in os meū canticū nouū: carmen Deo nr̄o. Videbūt multi, ꝛ timebunt: ꝛ sperabūt in dño. Beatus vir cui est nomen dñi spes eius: ꝛ non respexit in vanitates ꝛ insanias falsas. Multa fecisti tu dñe Deus meus mirabilia tua: ꝛ cogitationibus tuis nō est qui similis sit tibi. Annūciaui ꝛ locutus sum: multiplicati sunt sup numerū. Sacrificiuȝ ꝛ oblationē noluisti: aures autē pfecisti mihi. Holocaustū ꝛ p pcō nō postulasti: tūc dixi, ecce venio. In capite libri scriptuȝ est de me: vt facerē voluntatē tuā: Deus meus volui, ꝛ legem tuaȝ in medio cordis mei. Annūciaui iustitiā tuaȝ in ecclesia magna: ecce labia mea nō prohibebo: dñe tu scisti. Iustitiā tuā nō abscondi in corde meo: veritatē tuā, ꝛ salutare tuū dixi. Non abscōdi misericordiā tuā, ꝛ veritatem tuā a ɔcilio multo. Tu aūt dñe ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua, ꝛ veritas tua semp susceperūt me. Qm̄ circundederūt me mala, quorū nō est numerus: cōprehenderunt me iniqtates meę, ꝛ nō potui vt viderē. Multiplicatę sunt super capillos capitis mei: ꝛ cor meum dereliquit me.

me. Complaceat tibi dñe, vt eruas me: dñe ad adiuuandum me respice. Confundant̃ ꝛ reuereant̃ simul qui q̃runt aĩam meã: vt auferant eã. Conuertant̃ retrorsũ ꝛ reuereant̃: qui volũt mihi mala. Ferant confestim confusionẽ suã: qui dicunt mihi, euge, euge. Exultent ꝛ letentur super te omnes querentes te: ꝛ dicant semper magnificetur dominus, qui diligũt salutare tuum. Ego autem mendicus sum ꝛ pauper: dominus solicitus est mei. Adiutor meus ꝛ protector meus es tu; Deus meus ne tardaueris. Requiem eternam dona eis domi. Sequitur Antiphona.



Cõplaceat tibi dñe vt eripias me: dñe ad adiuuãdũ me festina.




Aña. Sa na do mi ne. E v o v a e. Psalmus. Beatus qui intelligit. cum Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. supra. fo. 59. Antiphona.



Sa na domine a nimam me am: qui a peccaui ti bi. Aña.




Si ti ui. E v o v a e. Psalmus. Quemadmodũ desiderat ceruus ad fon. sup. fol. 145. Aña.




Si ti uit ani ma mea ad Deum fontem viuum: quando ve-

niam



niam ꝛ appare bo ante faciem domini. ℟ Ne tradas



be stijs a nimas con fi ten tes ti bi. ℣. Et a ni mas




pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Ut supra dicitur.
Pater noster. ℣. Et ne nos induc. ℟. Sed libera. Lectio vij.

Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: ꝛ solùm mihi superest sepulchrum. Non peccaui: ꝛ in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, ꝛ pone me iuxta te: ꝛ cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt: cogitationes meę dissipatę sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem: ꝛ rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est: ꝛ in tenebris straui lectulũ meũ. Putredini dixi, pater meus es: mater mea ꝛ soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea, ꝛ patientia mea? Tu es Domine Deus meus. Responsorium.





Peccantem me quo ti di e ꝛ non me pe-



ni ten tem ti mor mor tis con tur bat me,

me. Qui a in in fer no nulla est redemptio: mi-


se re re me i de us, et sal ua me. De us in


no mi ne tu o sal uum me fac: et in virtu te tu a


li be ra me. Qui a in. Lectio octaua.


Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum: et derelicta sunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro stilo ferreo, vel plūbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursus circundabor pelle mea: et in carne mea videbo Deū Saluatorem meū. Quem visurus sum ego ipse: et oculi mei conspecturi sunt, et non alius.


℟. Domine secundum actum me um noli

















Lectio nona.

Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de vtero transla-

ro translatus ad tumulum. Nunquid nõn paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, ⁊ non reuertar ad terram tenebrosam, ⁊ opertam mortis caligne, terram miserię ⁊ tenebrarum, vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Responsorium.



I be ra me Do mi ne de vi is

in fer ni: qui portas ę re as confre gi-

sti, ⁊ visi ta sti in fer num; ⁊ de di sti

e is lu men, vt vi de rent te. Qui erant

in pę nis tenebra-

rum. ℣. Clamantes ⁊ dicen tes: adue ni sti redemptor




Supra dictũ responsoriũ dicat tãtũmodo cum fit pro defunctis vigilia triũ lectionuz, vel nouẽ lectionũ sine nota Respõsoriũ. Libera me Dñe de morte. cũ suis versiculis dicit solũmodo in crastino oĩum Sanctoꝝ, ⁊ quandocũqꝫ nouẽ lectiones ꝓ defunctis cum nota dicuntur: quere supra fol. 134. Et repetitur. ℟. Libera me domine. Ad laudes incipitur absolute, Añ.




Miserere mei Deus sm magnã misericordiam tuam. f. 59. Añ.






TE decet hymnus Deus in sion: ⁊ tibi redetur votum in hierusalem. Exaudi orationẽ meam: ad te omnis caro veniet. Uerba iniquorum preualuerũt sup nos: ⁊ impietatibus nostris tu ꝓpitiaberis. Beatus quẽ elegisti, ⁊ assumpsisti, habitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tuę: sanctũ est templum tuũ, mirabile in ęquitate. Exaudi nos Deus salutaris noster: spes oĩum finiũ terrę, ⁊ in mari longe. Preparãs montes ĩ virtute tua accinctus potẽtia: q cõturbas ꝓfundũ maris, sonũ fluctuum eius. Turbabunt gẽtes: ⁊ timebũt qui habitãt terminos a signis tuis: exitus matutini, ⁊ vesperę delectabis. Uisitasti ter-

sti terrā, ⁊ inebriasti eā: multiplicasti locupletare eam. Flumē dei repletū est aqs: parasti cibū illoꝝ: qm̄ ita est pparatio eius. Riuos eius inebriās, multiplica genimina eius: in stillicidijs ei⁹ letabitur germinās. Benedices coronę anni benignitatis tuę: ⁊ cāpi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti: ⁊ exultatione colles accingent. Induti sunt arietes ouiū: ⁊ valles abūdabūt frumēto: clamabūt, etenim hymnū dicēt. Regez.






Antiphona.




Psalmus.

Deus Deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea. In terra deserta, inuia ⁊ inaquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderē virtutem tuam ⁊ gloriā tuā. Qm̄ melior est misericordia tua sup vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicā te in vita mea: ⁊ in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur aīa mea: ⁊ labijs exultationis laudabit os meū. Si memor fui tui sup stratū meū: in matutinis meditabor in te, qꝛ fuisti adiutor meus. Et in velamento alarum tuarū exultabo: adhesit aīa mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanū qsierūt aīam meam: introibūt ī inferiora terrę, tradent in manus gladij: partes vulpiū erūt. Rex vero letabit in Deo: laudabuntur oēs, q iurāt in eo: qꝛ obstructū est os loquentiū iniqua. Deus misereat nr̄i, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos, ⁊ misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra viā tuā: in omnibus

bus gentibus salutare tuū. Confiteātur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi oēs. Letentur, et exultent gentes, qm̄ iudicas popylos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi Deus: confiteātur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: et metuant eum oēs fines terre. Requiē eter. Añs.



Antiphona.



Psalmus.


Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi. Quesiui residuum annorum meorum: dixi non videbo Dn̄m Deum in terra viuentium. Non aspiciam hominem vltra, et habitatorem quietis. Generatio mea ablata est, et conuolata est a me: quasi tabernacula pastorum. Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me: de mane vsqz vesperam finies me. Sperabam vsque ad mane: quasi leo sic contriuit ossa mea. De mane vsque ad vesperam finies me: sicut pullus hirūdinis sic clamabo: meditabor vt columba. Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelso. Domine vim patior, responde pro me: quid dicam? aut quid respondebit mihi, cū ipse fecerim? Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine anime mee. Domine si sic viuitur, et in talibus vita spiritus mei: corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam, vt non periret: proiecisti post tergum tuum oīa peccata mea. Quia nō infernus confitebitur tibi, neqz mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie: pater filijs notam faciet veritatē tuam. Dn̄e saluum me fac, et psalmos nostros cātabimus cunctis diebus vite nostre in domo dn̄i. Requiem. Añs.




A por ta in fe ri e r u e do mi ne a ni mam me am. Antiph.



O mnis spi ri tus. E v o v a e. Psalmus.
Laudate dñm de celis: laudate eum in excelsis. fol.147. Aña.



O m nis spi ri tus laudet dominũ. ℣. Audiui vocem de ce-



lo dicentẽ mihi. ℟. Beati mor tu i qui in do mi no mo-



riuntur. Aña. E go sum. E v o v a e. Canticum.
Bñdictus dñs Deus Israel: qꝛ visitauit ⁊ fec. fol.174. Aña.




E go sum re sur re cti o ⁊ vi ta: qui cre dit in me



e ti am si mortuus fu e rit, viuet: ⁊ omnis qui vi uit

⁊ cre-



Qua añа finita, dĩ ps̄ ĩnf. scere. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a ma.

z credit in me, nõ morietur in eternuz,

ps. De profundis. fol. 160. ¶ Nota q ps̄. De profundis. dĩ ad laudes defunctoꝝ diebus ferialibus: z nullo alio tpe dĩ. Sed dicto versu. Et ne nos. z rñso. Sed libe. dicantur versus sequētes. scilicet. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe alas eoꝝ. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veni. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum spũ tuo. Oremus.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pōtificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere, presta quesumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Oĩo.

Deus, venie largitor, z humane salutis amator, quesumus clementiam tuam: vt nostre congregationis fratres, sorores propinquos, z benefactores, qui ex hoc seculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum oĩb9 sctis tuis, ad perpetue beatitudinis consortium peruenire cōcedas. Oĩo.

Fidelium Deus omnium conditor z redemptor, aiabus famulorũ famularumqz tuarũ remissionē cunctorum tribue peccatorũ: vt indulgentiã, quã semper optauerunt, pijs suplicationibus consequantur. Qui viuis z regnas cum Deo patre in vnita. ℣. Requiē eternã dona eis dñe. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ¶ Vel dicatur vna de infrascriptis orationibus. ¶ In die depositionis defuncti. Oratio.

Deus, cui propriũ est misereri semper z parcere, te supplices exoramus pro aĩa famuli tui N. quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt nõ tradas eã in manibus inimici, neqz obliuiscaris in finē: sed iubeas eã a sanctis angelis suscipi, z ad patriã paradisi perduci: vt qr in te sperauit, credidit, non penas eternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per dñm.

¶ In die 3. 7. vel trigesimo depositionis defuncti. Oratio.

Quesumus dñe, vt aĩe famuli tui N. cui9 depositionis diem tertiũ, vel septimũ, vel trigesimũ cōmemoramus sanctorũ atqz electorum suorum largiri digneris consortiũ, z rorē misericordie tue perēnē infundas. Per dñm no. ¶ Pro viro defuncto. Oro.

INclina domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui N. quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per dominum nostrum Jesum. ¶ Pro vna defuncta. Oratio.

QUesumus dñe pro tua pietate miserere anime famule tue N. et a contagijs mortalitatis exutam, in eterne saluationis partem restitue. Per dñm. ¶ Pro patre, et matre. Oratio.

DEus qui nos patrem et matrem honorare precepisti, miserere clementer animabus patris et matris mee: eorumque peccata dimitte, meque eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per dominum nost. ¶ Pro pluribus parentibus. Oratio.

DEus, qui nos patrem et matrem honorare precepisti, miserere clementer aĩabus parentum nostrorum: eorumque peccata dimitte: nosque eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per dominum nostr. ¶ Pro pluribus defunctis. Oratio.


OMnipotẽs sempiterne deus, cui nunquam sine spe misericordie supplicatur, propitiare aĩabus famulorum famularumque tuarũ: vt qui de hac vita in tui nõis confessione decesserũt, sanctorũ tuorum numero facias aggregari. Per do. ℣. Requiẽ eternã dona eis dñe. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescãt in pace. ℟. Amen. ¶ Sequitur Missa pro defunctis in cantu.

¶ Missa in agenda pro mortuis. Cap. 32.





R Equiem e ter-




nam do na e is




do mi ne: et lux per pe tu a lu ce-


at




at e is. p̄s. Te de cet hymnus




De us in Si on: ⁊ tibi red de tur votum in Hie ru=



sa lem: ex au di ora ti o nem me am: ad te omnis




ca ro ve ni et. Re qui em e ter nam.



Ky ri e e leison. Chri ste e le i son.



Ky ri e e le i son. ij.




Ky ri e e le i son. i. Grad.




Equiem e ter nam do na e is Domi ne: et lux per pe tu a lu ce at e is.

In memoria e ter na e rit iu stus:



ſtus: ab au di ti o ne



ma la non




ti me bit.

¶ Tractus.






bſol ue Do mi ne a ni-




mas om ni um fi de li um de fun cto rum



ab omni vin cu lo de li cto-




rum. ℣. Et gra ti a tu a il lis ſuc cur ren-












Sequitur sequentia.









sciturus. Tuba mirũ spar gẽs sonũ per sepulcra regio-

nũ, coget om nes ante thronuz. Mors stupebit ꝛ

natura: cum resurget creatura iudican ti responsura.

Liber scriptus pro feretur: in quo totuz cõtine tur: vn


de mũdus iudicetur. Iudex ergo cum sedebit: quicqd la-

tet apparebit: nil inultũ remanebit. Quid suz miser tũc

dicturus: quẽ patronũ rogaturus, dum vix iustus sit securus.

Rex

Rex tremende maiestatis, qui sal uan dos saluas gratis, salua me fons pi e tatis. Recor da re Je su pi e, quod sum causa tu e vi e, ne me per das illa di e. Querens me se di sti lassus, redemisti crucē passus: tantus labor nō sit cassus. Juste iudex vl tionis, donū fac remissi o nis, ante di ē ra tio nis. Ingemisco tanquam reus: culpa rubet vultus meus: supplicanti parce de⁹. Qui Mariam




riam absoluisti, ⁊ latronē exaudisti, mihi quoqꝫ spē dedisti.



Preces meę non sunt dignę: sed tu bonꝰ fac benigne, ne pe=



renni cremer igne. Inter oues locum pręsta: ⁊ ab hę=



dis me sequestra, statuēs in parte dextra. Confutatis




ma ledictis, flāmis acribus addictis, voca me cū bene=



dictis. Oro supplex ⁊ acclinis: cor contritu quasi cinis: gere




curā mei finis. Lacrymosa dies illa: qua resurget ex
fauilla.







Offertorium.

















sanctus


sanctus Michael repræsentet e as in lu cem



san ctam. Quam o lim Abrahe pro mi si sti. et se


mi ni e ius. ℣. Ho




sti as et preces tibi Domi ne laudis of fe ri mus:


tu su sci pe pro a nimabus il lis, qua rum



hodi e memo ri am facimus, fac e as Domine de morte


tran si re ad vitam. Quam o lim Abrahe pro mi si sti.

Sanctus

Anctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus



saba oth. Ple ni sunt cę li ⁊ ter ra glo ri a tua,



ho san na in ex cel sis. Be ne di ctus qui venit in no=



mi ne do mi ni, ho san na in ex cel sis.





Gnus De i, qui tol lis pec ca ta mun=



di, dona e is re qui em. A Gnus De i, qui




tol lis peccata mundi dona e is requiem. A Gnus Dei



Dei, q tollis peccata mũdi, dona eis requiẽ sempiternã.

℃ Communio.






Ux ę ter na lu ce at e is Do mi ne,



Cum san ctis tuis in ę ter num: qui a pi us es:



℣. Requiez ęternam dona eis domine: ⁊ lux perpetu a luce-



at e is. Cum sanctis. ℣. Requi e scãt in pace. ℟. Amen.

℃ Ordo visitandi tumulos defunctorum. Cap. 33.

ORdo visitandi tumulos defunctorum immediate, postquã pro eis cantata fuerit Missa, in die depositionis eorum tertio, septimo, trigesimo, vel anniuersario. Cũ Missa pro aliquo defuncto decantanda fuerit, ante inchoationem Missę Sacrista, vel alius, cui ipse commiserit pannum nigrum super sepulcrum illius defuncti apponat: ⁊ duo candelabra cũ duobus cereis accensis, vnum ad caput, aliud ad pedes collocare non obliuiscatur. Tempore vero cõgruo dictus Sacrista campanã pulset: vt tali signo clerici ad sepulcrũ defuncti processionalr visitãdũ ꝯuenire possint. Et dũ cantat. Agnus Dei, pparent ab ipso Sacrista aqua bñdicta, incensum, ⁊ pluuiale nigrum, vel viride:

Et

Et data bñdictione a sacerdote, cõpleta missa, ꝛ inchoato a cãtoribꝰ. ℟. io, Qui Lazarũ resuscitasti a munumẽto. sup. f. 165. Acolytus accepta cruce vadat ad sepulchrum defuncti: ipsum quę sequant clerici bini ꝛ bini, ita ꝙ vltimo loco veniat sacerdos pluuiali indutus; ꝛ in manu librũ gestãs habẽs a dextris diaconũ cũ aqua benedicta, a sinistris vero subdiaconũ cũ incenso. Cum aũt ad sepulchrũ ventũ fuerit, acolytus cũ cruce ꝛ habdomadarius cũ ministris, ꝛ oẽs alij clerici sacerdotes, siue fratres circa sepulcrũ ordinate se disponant; Et hebdomadarius accipiat aquam benedictam de manu diaconi, ꝛ aspergat sepulcrũ defuncti: deinde thuribulũ, vt idẽ adoleat incenso. Quibus peractis, ꝛ responsorio finito, cantor cũ primo choro dicat Kyrie eleison. fol. 142. Et eo finito, sacerdos dicat alta voce P ĩ nr̃. Quo in silẽtio dicto, dicat ℣. Et ne nos indu. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animã eius. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te ve. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Absolue quęsumus Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos ꝛ electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Pro vna defuncta. Oratio.


Inueniat, q̃s dñe, anima famulę tuę lucis ęternę consortium, cuius perpetuę misericordię consecuta est sacramentum. Per Chr̃m dñm. ℟. Amen. ¶ Pro pluribus defunctis. Oõ.

Deus vita viuentium, spes morientium, salus omnium in te sperantium, pręsta propitius: vt animę famulorum famularumque tuarum a nostrę mortalitatis nexibus absolutę, beata Maria semper virgine intercedente, in perpetua cum sanctis tuis luce lętentur. Per Christum dominum nostrũ. ℟. Amen. ℣. Requiem ęternã dona eis dñe. ℟. Et lux ꝑpetua luceat eis.

Deinde cantores dicant.



Et dicto a clericis circumstãtibus.



Re qui e scant in pa ce. Amen.

Cantores immediate incipiant respõsoriũ. Memento mei deus. fol. 148. Et dũ cãtat̃ ꝑdictũ responsoriũ reuertant̃ in ecclesiam.

Et

Et postq̄ reuersi fuerint, stent ordinate in choro: ꝛ finito respō-
sorio sacerdos dicat alta voce. Pater noster. ꝛ eo ī silētio dicto,
subiungat versuz. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. A porta
inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace.
Amen. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.
Tibi dn̄e cōmendamus aīam famuli tui N. vt defunctus se-
culo tibi viuat: ꝛ q̄ per fragilitatē mundanę conuersationis
peccata commisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge.
Per Chr̄m dn̄m nostrū. ℟. Amen. ❡ Pro vna defuncta. Oīo.
Tibi dn̄e cōmendamus aīam famulę tuę N. vt defuncta se-
culo tibi viuat: ꝛ quę per fragilitatē mundanę cōuersationis
peccata commisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge.
Per Chr̄z dn̄z nr̄z. ℟. Amē. ❡ Pro pluribus defunctis. Oīo.
Tibi dn̄e cōmendamus aīas famulorū famularūq3 tuarum,
ꝛ omnīū fideliū defunctorꝰ, vt defuncti seculo tibi viuant: ꝛ quę
per fragilitatē mundanę conuersationis peccata cōmiserūt, tu
venia misericordissimę pietatis absterge. Per Chr̄m. ℟. Amen.


❡ Incipiunt septem psalmi penitentiales. Cap. 14.

Aña. Ne reminiscaris. ps. Domine ne in furore. j. folio 58. f 8.
Beati quorū remissę sunt iniqtates: ꝛ quorum tecta sunt pec-
cata. Beatus vir cui nō imputauit dn̄s peccatum: nec est in
spū eius dolus. Quī tacui inueterauerunt ossa mea: dum clama
rem tota die. Qm̄ die ac nocte grauata est super me manus tua:
conuersus sum in ęrumna mea, dū configitur spina. Delictū
meū cognitū tibi feci: ꝛ iniustitiā meā non abscondi. Dixi, cōfi-
tebor aduersum me iniustitiā meam dn̄o: ꝛ tu remisisti impietatē
peccati mei. Pro hac orabit ad te oīs sanctus, in tēpore opportu
no. Uerumtamen ī diluuio aquarum multarū, ad eū nō appro-
ximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione, q̄ circundedit
me: exultatio mea erue me a circundantibus me. Intellectū ti-
bi dabo, ꝛ instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te
oculos meos. Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus: quibus non est
intellectus. In chamo ꝛ freno maxillas eorꝰ cōstringe: ꝛ q nō
approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantes autē
in dn̄o misericordia circundabit. Letamini ī domino ꝛ exultate
iusti: ꝛ gloriamini omnes recti corde. Gloria patri. ps. Domi-


ne ne in furore tuo arguas me. ij. supra folio 58. ps. Miserere mei Deus fm magnam misericordiam tuam. supra. fol. 59 ps.
Domine exaudi orõnẽ meam, et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuã a me: in quacũqz die tribulor, inclina ad me aurẽ tuã. In quacunqz die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerũt sicut fum⁹ dies mei: et ossa mea sicut cremiũ aruerunt. Percussus sum vt fenũ, et aruit cor meũ: qr oblitus sum comedere panẽ meũ. A voce gemit⁹ mei, adhesit os meũ carni mee. Similis factus sũ pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Uigilaui, et fact⁹ sũ sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrauerunt mihi inimici mei: et qui laudabãt me aduersum me iurabãt. Quia cinerẽ tanq̃ panẽ mãducabã: potũ meũ cũ fletu miscebã. A facie ire indignationis tue: qr eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerũt: et ego sicut fenũ arui. Tu aũt dñe in eternũ pmanes: et memoriale tuum in gñatione et gñationem. Tu exurgẽs misereberis sion: qr tẽpus miserendi eius, qr venit tps. Qm̃ placuerũt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomẽ tuũ dñe: et oẽs reges terre gloriã tuã. Quia edificauit dñs sion: et videbit in gloria sua. Respexit in orõnem humiliũ: et non spreuit p̃ces eorũ. Scribãtur hec in gñatione altera: et populus qui creabitur laudabit dñz. Quia prospexit de excelso sctõ suo: dñs de celo in terrã aspexit. Ut audiret gemitus cõpeditorũ: vt solueret filios interẽptorũ. Ut annũciẽt in siõ nomẽ dñi: et laudẽ ei⁹ in Hierlm. In conueniendo populos in vnũ, et reges, vt seruiant dño. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatẽ dierum meorũ nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ: in gñatione et gñationem anni tui. Initio tu dñe terrã fundasti: et opera manuuz tuarum sunt celi. Ipsi peribunt, tu aũt pmanes: et oẽs sicut vestimẽtũ veterascent. Et sicut opertoriũ mutabis eos et mutabuntur: tu aũt idẽ ipse es, et anni tui non deficient. Filij seruorũ tuorũ habitabunt: et semen eorũ in seculũ dirigetur. Gloria pat. Psalm.
De profundis clamaui ad te domine. supra. fol. 164. Psalmus.
Domine exaudi orationem meam, auribus perci. supra. fo. 149.
Añã. Ne reminiscaris dñe delicta nr̃a, vel parentũ nr̃orũ: neqz vindictam sumas de pctis nostris. Oratio dicẽda ante Litanias.
Ineuar...

INenarrabilem magnitudinis tuę potentiã, omnipotens Deus, petimus & oramus: vt nos patriarcharum fides ędificet, prophetarũ sciẽtia illuminet, apostolorũ charitas ad Dei nostri & mutuã fraternę dilectionis charitatẽ inuitet, martyrũ tolerantia corroboret, cõfessorũ perseuerãtia cõfirmet, & oĩa exẽpla sanctorum instruant: ac precipua illorum inuocamus merita quorũ noĩa in libro vitę scripta esse non dubitamus: vt pro nobis & pro omnibus in hoc loco & in toto mundo famulantibus ante te Deũ nostrũ intercessores adesse dignent. Per Christum dñm nostrũ. ℟. Amen.

Litania. Cap. 35.



Kyrie eleison. Christe eleison. Christe audi nos.




Christe exaudi nos. Pater de cęlis Deus miserere nobis.



Fili redẽptor mũdi deus, miserere nobis. Spiritus sancte



Deus, miserere nobis. Sancta Trinitas vnus Deus,



miserere nobis. Sancta Maria ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix ora. Sancte Michael ora.

Sancta virgo virginum ora. Sancte Gabriel ora.

Sancte Raphael ora.
Omnes sancti angeli et archangeli orate.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines orate.
Sancte Joannes Baptista ora.
Omnes sancti patriarche et prophete orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Joannes ora.
Sancte Thoma ora.
Sancte Jacobe ora.
Sancte Bartholomee ora.
Sancte Matthee ora.
Sancte Simon ora.
Sancte Tadee ora.
Sancte Matthia ora.
Sancte Barnaba ora.
Sancte Marce ora.
Sancte Luca ora.
Omnes sancti Apostoli et Euangeliste orate.
Omnes sancti discipuli Domini orate.
Omnes sancti Innocentes orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vicenti ora.
Sancte Fabiane ora.
Sancte Sebastiane ora.
Sancti Joannes et Paule orate.
Sancti Cosma et Damiane orate.
Sancti Geruasi et Protasi orate.
Omnes sancti Martyres orate.
Sancte Sylvester ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Augustine ora.
Sancte Ambrosi ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Nicolae ora.
Omnes sancti pontifices et confessores orate.
Omnes sancti Doctores orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Francisce ora.
Sancte Antoni ora.
Omnes sancti monachi et eremite orate.
Omnes sancti sacerdotes et leuite orate.
Sancta Maria magdalena orate.
Sancta Agnes ora.
Sancta Lucia ora.
Santa Cecilia ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Catherina ora.
Sancta Margarita ora.
Omnes sancte virgines et vidue orate.
Omnes sancti et sancte Dei, intercedite pro nobis.




Pro pi ti us e sto par ce no bis do mi ne.


Propitius esto: exaudi nos domine.

Ab omni malo libera nos domine.

Ab omni peccato libe.
Ab ira tua libe.
Ab insidijs diaboli libe.
A subitanea ꝛ improuisa morte libe.
Ab ira ꝛ odio ꝛ omni mala volūtate libe.
A fulgure ꝛ tempestate libe.
A spiritu fornicationis libe.
A morte perpetua libe.
Per mysterium sanctę incarnationis tuę libe.
Per aduentum tuum libe.
Per natiuitatem tuam libe.
Per baptismum ꝛ sanctuꝫ ieiunium tuum libe.
Per crucē ꝛ passionē tuā libe.
Per sctāꝫ resurrect. tuā libe.
Per mortē ꝛ sepulturā tuā li.
Per admirabilem ascensionem tuam libe.
Per aduentuꝫ Spiritus sancti paracliti libe.
In die iudicij libe.



Peccatores, te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas te rog. Ut nobis indulgeas te rog.
Ut ad veram pęnitentiam nos perducere digneris te rog.
Ut ecclesiam tuā sanctā regere ꝛ conseruare digneris te rog.
Ut domnum apostolicum ꝛ omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris te rog.
Ut inimicos sanctę Ecclesię humiliare digneris te rog.
Ut regibus ꝛ principibus christianis pacem ꝛ veram concordiam donare digneris te rog.
Ut cūcto populo chriano pacē ꝛ vnitatē largiri digneris, te r.
Ut nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare ꝛ conseruare digneris. te rog.
Ut mentes nostras ad cęlestia desideria erigas. te rog.
Ut oībus bñfactoribus nr̄is sempiterna bona retribuas, te ro.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, ꝛ benefactorum nostrorum ab ęterna damnatione eripias, te rog.
Ut fructus terrę dare, ꝛ conseruare digneris, te rog.
Ut oībus fidelibus defunctis requiē ęternā donare dig. te rog.
Ut nos exaudire digneris te rog.
Fili Dei, te rogamus audi nos.



Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. miserere nobis.
Chr̄e audi nos. Chr̄e exaudi nos. Kyrie eleison. Chr̄e eleis. Kyrieleis. Pr̄ nr̄. Et ne nos. Deus in ad. &c. fol.17. Saluos fac seruos tuos & ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Esto nobis dn̄e turris fortit. A facie inimici. Nihil proficiat inimicus in nobis. Et filius iniquitatis nō apponat nocere nobis. Dn̄e nō scd̄m pctā nr̄a facias nobis. Neq3 scd̄m iniquitates nr̄as retribuas nobis. Oremus p Papa nr̄o. Dn̄s conseruet eū & viuificet eū, & beatū faciat eū in terra: & nō tradat eū in aīas inimicorū eius. Oremus pro bn̄factoribus nr̄is. Retribuere dignare dn̄e oībus nobis bona faciētibus pp nomen scm̄ tuū vitā eternā. Oremus pro fidelibus defunctis. Requiē eternā. &c. & lux perpe. &c. Requiescāt i pace. Amē. Pro fratribus nr̄is absentib. Saluos fac seruos tuos. Deus meus sperātes in te. Mitte eis dn̄e auxiliū de scto. Et de Sion tuere eos. Dn̄e exau. Et cl. Dn̄s vob. Et cū. Oro.

Deus cui propriū est misereri semper & parcere, suscipe deprecationē nr̄am: & nos & omnes famulos tuos, quos delictorū catena cōstringit, miseratio tue pietatis clemēter absoluat. Oro.

Exaudi, q̄s dn̄e, supplicū preces, & cōfitētium tibi parce pctīs: vt pariter nobis indulgentiā tribuas benignus & pacem. Oro.

Ineffabilem nobis domine misericordiam tuam clementer ostende: vt simul nos & a peccatis omnibus exuas, & a penis quas pro his meremur, eripias. Oratio.

Deus, qui culpa offenderis, penitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tue iracundie, que pro peccatis nostris meremur, auerte. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pape nostro N. & dirige eum scd̄m tuā clementiā in viā salutis eterne: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. Oratio.

Deus,

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Oratio.

Ure igne sancti spūs renes nostros, & cor nostrū dñe: vt tibi casto corpore seruiamus, & mūdo corde placeamus. Oratio.

Fidelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Oratio.

Actiones nostras, quęsumus domine, aspirando pręueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio a te semper incipiat, & per te cępta finiatur. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse pręnoscis, te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel pręsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus oībus sanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum.
℣. Dñe exaud. ℟. Et clam. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. ℣. Exaudiat nos omnipotens & misericors dñs. ℟. Amen.

¶ Psalmi graduales, in feriali officio tantum dicuntur in Quadragesima. Cap. 36.

Canticum graduum ante incboationē matutini absolute incipitur: Psalmi dñr sedendo: orationes vero & versiculi flexis genibus: & omnia per ordinem, vt hic sequitur. Psalmus.
Ad dñm cum tribularer cl. fol. 160. Et dicuntur hi primi psalmi sine Gloria pat: ℟ Requiem ętern. vltimo excepto. Leuaui oculos meos in montes, vnde ve. fol. 160. Psalmus.

Letatus sum in his quę dicta sunt mihi: in domum dñi ibim⁹. Stantes erant pedes nři: in atrijs tuis Hierlm. Hierlm, q̄ ędificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus dñi, testimonium Israel: ad cōfitēdum nomini dñi. Quia illic sederūt sedes in iudicio: sedes super domū Dauid. Rogate q̄ ad pacē sunt Hierlm: & abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: & abūdantia in turribus

 tuis.

tuis. Propter fratres meos ꝛ proximos meos: loquebar pacem de te. Propter domum Dñi Dei nostri: quesiui bona tibi. Ps.
A. D te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruoꝝ in manibus dñoꝝ suoꝝ. Sicut oculi ancil-le in manibus dñe sue: ita oculi nr̃i ad dñm deũ nr̃m, donec mi-sereat nr̃i. Miserere nr̃i dñe, miserere nr̃i: qꝛ multum repleti su-mus despectione. Quia multum repleta est anima nostra: op-probrium abundantibus ꝛ despectio superbis. Psalmus.
N Isi qꝛ dñs erat in nobis: (dicat nũc Israel) nisi qꝛ dñs erat in nobis. Cum exurgerẽt hoĩes in nos: forte viuos deglu-tissent nos. Cum irasceret furor eoꝝ in nos: forsitan aqua ab-sorbuisset nos. Torrentẽ pertransiuit aia nr̃a: forsitan pertrã-sisset aia nr̃a aquã intolerabilẽ. Benedictus dñs, qui non dedit nos in captionem dentibus eoꝝ. Aia nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ. Laqueus ɔtritus est: ꝛ nos liberati sumus. Adiutorium nr̃m in noĩe dñi: qui fecit celũ ꝛ terrã. Requiem eter. Et lux perpetua luce. Pater nost. secre. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe alas eorum. ℣. Re-quiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaud. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.
A Bsolue, q̃s dñe, alas famuloꝝ famularũqꝫ tuarum, ꝛ oium fideliũ defunctoꝝ ab oĩ vinculo delictoꝝ: vt in resurrectio-nis gloria inter scõs ꝛ electos tuos resuscitati respirẽt. Per. Ps.
Q Ui ɔfidunt in dño, sicut mõs sion: nõ cõmouebit in eternũ, qui habitat i Hierl'ẽꝫ. Montes in circuitu eius, ꝛ dñs in cir-cuitu ppl'i sui: ex hoc nunc ꝛ vsqꝫ in seculũ. Quia nõ re-linquet dñs virgã petõꝛꝫ super sortẽ iustoꝛũ: vt nõ extendãt iu-sti ad iniqtatẽ manus suas. Benefac dñe bonis: ꝛ rectis corde. Declinantes aũt in obligationes adducet dñs cũ operantibus iniquitatem: pax super Israel. Gloria patri, ꝛ filio. Psalmus.
I N conuertendo dñs captiuitateꝫ sion: facti sumus sicut ɔsola-ti. Tunc repletum est gaudio os nr̃m: ꝛ lingua nostra exulta-tione. Tunc dicent inter gentes: magnificauit dñs facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letã-tes. Conuerte dñe captiuitatẽ nostrã: sicut torrens in austro. Qui seminant in lacbrymis: in exultatione metẽt. Euntes ibãt ꝛ flebant: mittentes semina sua. Uenientes autem venient cum

exulta-

exultatione: portantes manipulos suos. G loria pa. Psalmus:
N Isi dñs ędificauerit domum: in vanũ laborauerũt qui ędificant eam. N isi dñs custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam. V anum est vobis ante lucẽ surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panẽ doloris. C um dederit dilectis suis somnum: ecce hęreditas dñi, filij merces fructus ventris. S icut sagittę in manu potentis: ita filij excussorum. B eatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. G loria patri. ps. B eati omnes qui timent dominum: qui ambu. supra. fo.37. Psalmus.
S Aepe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc Israel. S ępe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim nõ potuerũt mihi. S upra dorsum meũ fabricauerũt pctõres: prolongauerũt iniquitatẽ suã. D ñs iustus ↄcidet ceruices pctõrum: confundant̃ & conuertant̃ retrorsum oẽs qui oderũt sion. F iant sicut fęnũ tectorũ: qđ priusq̃ euellat̃, exaruit. D e quo non implebit manũ suã qui metet: & sinũ suum qui manipulos colliget. E t non dixerunt qui pteribant, bñdictio dñi super vos: bñdiximus vobis in noĩe dñi. G loria pa. Kyrie ele. Christe eleis. Kyrie eleis.
℣. Pater nr̃. secr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. Memento congregationis tuę. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum Spiritu tuo. Oratio.
D Eus cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram: & nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuę pietatis clementer absoluat. Per Christũ dñm nostrũ. Psal. D e profundis clamaui ad. fol. 161. cum G loria pa. Psalmus.
D Omine non est exaltatũ cor meũ: neque elati sunt oculi mei. N eque ambulaui in magnis: neq; ĩ mirabilibus super me. S i non humiliter sentiebã: sed exaltaui aĩam meã. S icut ablactatus est super matrem suam: ita retributio in aĩa mea. S peret Israel ĩ dño: ex hoc nunc, & vsque in seculũ. G loria patr. Psal. M emento domine Dauid & oĩs. fo.146. cum G loria pat. Psal.
E Cce q̃ bonum & quam iucundum: habitare fratres in vnum. S icut vnguentum in capite, quod descendit in barbã: barbã Aaron. Q uod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros hermon: qui descendit in montem Sion. Q uoniam illuc manda-

nit dñs benedictionem et vitam vsqz in seculum. Gloria pat. Sicut
Ecce nunc benedicite dominuz: omnes serui domini. Qui sta-
tis in domo domini: in atrijs domus Dei nostri. In noctib⁹
extollite manus vestras in sancta: et benedicite dñm. Benedicat
te dñs ex Sion: qui fecit celum et terram. Gloria pat. Kyrie ele.
Christe elei. Kyrie elei. Pater noster. secreto ℣. Et ne nos ind.
℟. Sed libera. ℣. Saluos fac seruos tuos, et ancillas tuas. ℟.
Deus meus sperantes in te. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clam. ℣.
Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.
PRetende domine famulis et famulabus tuis dexteram celestis
auxilij: vt te toto corde perquirant, et que digne postulant,
consequi mereantur. Per Christum dominum nost. ℟. Amen.

¶ Finit quintus et vltimus Tractatus prime partis libri Sacerdotalis de Sacramento extreme vnctionis; et de sepulturis, et alijs annexis.

¶ Secunda Pars Libri Sacerdotalis, de officio Sacerdotis curati.

Prohemium.

¶ De varijs benedicendi, seu benedictionum acceptionibus ex diuina scriptura acceptis.



COnsummata per Dei gratiam priori parte huius libri Sacerdotalis de quinqz Sacramentis ecclesie, et eorum annexis, per Sacerdotem inferioris ordinis; idest non Epi, cõsecrandis et ministrandis: eadem Dei gratia preueniente, in hac secunda parte, de Benedictionib⁹ ad sacerdotem non Episcopũ pertinentibus, tractandũ videtur. ¶ Benedicere, vel benedictio accipitur in sacra sciptura et in malum et in bonum sensum. Et in malum quidem benedicere, idem est quod blasphemare. Job. 2. Benedic Deo et morere: dixit vxor Job ad eum: idest blasphema, vel maledic Deo, vt te de hac vita eijciat. Et 3. Reg. 21. Benedixit Naboth Deum et regem: idest blas-

blaspemauit. Et hoc ideo sub noie benedictionis eam proferebant antiqui, pp horrorem nominis blasphemię. Sed de hoc non intendimus. ¶ Accipitur secundo benedicere, vel benedictio, pro bonis imprecandis, vel tribuendis alicui. Gen. 1. Creauit deus hoiem ad imaginē & similitudinē suā, masculum & feminā: benedixitq; illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terrā: & subijcite eā: & dominamini piscibus maris, & volatilibus celi, & vniuersis animantibus, q̄ mouentur super terram. Et eiusdē 22. Dixit Deus Abrahę. In semine tuo benedicentur oēs cognationes terrę: idest salutem habebunt in Chro, qui sm carnem natus est ex semine Abrahę. Gal. 3. Et semini tuo, qui est Christus. Rursus Gene. 27. Isaac benedicens filium suum Iacob, bona illi imprecatus est dicens. Det tibi Deus de roze celi, &c. Eccle. 3. benedictio patris firmat domos filiorum. ¶ Benedicere etiam, seu benedictio sumitur tertio pro laude. Psal. 33. Benedicam dnm in omni tpe, semper laus eius in ore meo. Psal. 57. In ecclesijs benedicite Deo dño. Gen. 34. Melchisedech benedixit Abrahę, pp victoriam, quam ɔsecutus est de inimicis: idest laudauit eum. Et psal. 127. Ecce sic benedicetur homo, q timet Dñm, idest laudabitur. ¶ Quarto loco sumitur benedicere, seu benedictio pro gratiarum actione, ac si diceretur; bene dico, i. gratias ago. Deut. 8. Benedicas Dño, cum saturatus fueris. 1. Paral. 29. Benedixit omnis ecclesia Deum. Tobię 4. omni tpe benedic Deum. Et eiusd. 12. Benedicite Deum cęli, idest, ei gratias agite: quia fecit vobiscum misericordiam suam. Psal. 15. Benedicam Dñm, qui tribuit mihi intellectum: idest ei gratias agam. Et de his tribus, hic minime tractandum est. ¶ Accipitur quinto benedicere, pro sanctificare. Gene. 2. Benedixit Dominus diei sabbati. i. sanctificauit illum. Similiter Leuiti. 9. Aaron extēdens manum ad populum, benedixit ei, idest sanctificauit. Saluator etiam noster dñs Iesus, vt dicitur Matth. 26. Accepit panem, & benedixit, idest in corpus suum transubstantiauit. Contingit aūt aliquando benedici & sanctificari homines, quandoque res inanimatas. De hominibus quidem dicitur Exod. 31. Ego Dñs, qui sanctifico vos. 2. Paral. 5. Sanctificati sunt omnes sacerdotes. Res vero sanctificantur, sicut templum, vel ecclesia, altare, vasa ministerialia cultus diuini.

nini. Exo. 39. postq̃ Moyses vidit omnia vasa in ministerium Dei completa, benedixit eis. Et quia homines potissimum per sacra ecclesię sanctificantur: quę epõrum ⁊ inferioris ordinis sacerdotum ministerio sunt exhibenda, de quibus in pontificali, ⁊ in priori parte huius libelli tractatum est: nunc videndum restat qualiter res benedicantur ⁊ sanctificentur, ⁊ consecrentur, ⁊ ad salutem hoĩum disponantur. Quia vero princeps huius mundi satan pessimus hoĩum saluti ⁊ vitę tam spũali, q̃ ẽt corporali inuidet, multa nociua rebus humano vsui deputatis adinuenit: vt ipsis ⁊ spũaliter ⁊ corporaliter noceat: ideo ecclesia instituit res benedici in virtute Dei: vt inimici prauitas eradicetur, ⁊ fideles in bono statu ⁊ quiete conseruentur. Quamuis autem iuxta beati Pauli apostoli dictum. i. Thim. 4. oĩs creatura Dei bona sit, inquantum a Deo est: tñ ad effugandam virtutem inimici ab ipsa, nihilominus per ecclesiam ⁊ sacerdotẽ sanctificatur: vt ibidem idem Paulus subiungit dicens: creatura sanctificatur per verbum ⁊ orõnem. s. sacerdotis, ex institutione ecclesię. Cum igitur ad sacerdotem, tanq̃ ad personã ad tale ministerium deputatã, pertineat, eiusque officium sit, creaturas ad vsum humani generis a deo creatas benedicere ⁊ sanctificare: ideo in hac parte huius libri Sacerdotalis tractabitur de bñdictionibus, quas sacerdos non epũs, potest facere super rebus ipsis. ¶ Habuit autem originem hęc benedictionis series a Christo: qui in saturatione quinq3 millium hominum panem benedixit. Joan. 6. cap. Et etiam in benedictione ⁊ consecratione sacramenti Eucharistię. ¶ De qua rerum benedictione tractaturi, incipiemus a benedictione aquę: qua ⁊ populus ⁊ omnes res benedicendę asperguntur ⁊ sanctificantur.

¶ De aquę benedictę, qua in ecclesia populus aspergitur, institutione ⁊ effectu. Cap. i.

¶ Ex concilio Nanctensi.



Omnibus diebus dñicis vnusquisque presbyter in sua ecclesia ante Missarũ solennia aquã benedictã faciat in vase nitido, ⁊ tãto ministerio ɔuenienti, de qua populus intrans ecclesiã aspergat. Et atriu3 eiusdẽ ecclesię cũ crucibus circũeundo silr aspergat: ⁊ pro aĩabus ibide3 quiescentibus oret. Et qui voluerit in vasculis suis accipiat ex

ipsa

qua: ⁊ p mansiones ⁊ agros ⁊ vineas, sup pecora quoqȝ sua atqȝ super pabula eorū, necnon super cibos ⁊ potū suum cōspergat.

¶ Et epistola beati Alexandri Papę primi ⁊ martyris fratribus per Aegyptum missa.



Quā sale conspersam populis benedicimus: vt ea cūcti aspersi sanctificent. Qd ⁊ oibus sacerdotibus faciendū esse mandamus. Nam si cinis vitulę aspersus populū sanctificabat atqȝ mundabat: quanto magis aqua, quę sale aspersa, diuinisqȝ precibus sacrata est, populū sanctificat atqȝ emundat? Et si sale asperso per Eliseum prophetā sterilitas aquę sanata est: quanto magis diuinis pcibus sacrata aqua sterilitatem rerum aufert humanarū, ⁊ coinquinatos sanctificat, atqȝ purgat, ⁊ cętera bona multiplicat, ⁊ insidias diaboli auertit, ⁊ a phantasmatum versutijs hominem defendit?

De bndictiōe salis ⁊ aq̄ sʒ ɔsuetudinē scē Romanę ecclę. Ca. 2.

Sacerdos benedicturus aquam pro aspergendo populo indutus superpelliceo, ⁊ stola ad collum posita, veniens ad vrceolum aquę benedicendę dicat ℣ Adiutorium nostruȝ in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. Et clerico tenente coram eo sal in aliquo vasculo ad hoc deputato, sacerdos eleuata dextera super sal, benedicit illud. Et notandū ꝙ isti modi. s. de superpelliceo ⁊ stola ⁊ ℣ Adiutorium nostrū. ⁊ eleuatione manus in omnibus benedictionibus sunt obseruandi. Dicto ergo. ℣. Adiutorium nostrum. Sacerdos incipit absolute exorcismus salis.

¶ Exorcismus salis.




Exorcizo te creatura salis per Deum viuum: ✠ per Deuȝ verum: ✠ per Deuȝ sanctum: ✠ per Deum, qui te per Eliseuȝ Prophetam in aquā mitti iussit, vt sanaret sterilitas aquę: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentiuȝ: vt sis omnibus te sumentibus sanitas aię ⁊ corporis: ⁊ effugiat atque discedat ab eo loco, in quo aspersum fueris, oīs phātasia ⁊ nequitia vel versutia diabolicę fraudis, oīsqȝ spiritus immundus, adiuratus per eum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mor-

¶ Añа, q̃ cātari debet qñ aq̃ in eccl'a aspergit̃ super populū. c.3.
In oib⁹ dñicis p annū, finita tertia benedicta aqua a sacerdote celebraturo Missam, primo aspgat̃ altare maius ipsa aqua undicta genib⁹ corā altari flexis: ꝛ statī a sacerdote incipiat̃ añ. Aspges me. ꝛ chorus sequat̃. ꝛ dū cōiter cantat̃ cum suo versu ꝛ Gloria pri, ab eodē sacerdote primo clerici, deinde scl'ares aspgant. Et sacerdos aspgēs ppl'z dicat psal'z. Miserere mei. Añа.


A sper ges me do mine hysso po ꝛ mū da bor: la ua bis me, ꝛ super niuez de al ba bor: Ps.

Mi se rere me i De us, se cun dum magnam mi se= ri cordi am tuam. ℣. Glo ri a patri, ꝛ fi li o, ꝛ spi ri= tu i sancto. Si cut e rat in prin ci pio ꝛ nunc ꝛ semper ꝛ in se cu la se cu lo rum a men. Añа. A sper ges me,


tota



lu ia, Al le lu ia. ps Con fite mi ni do=



mino quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordi a eius.




℣. Glori a patri ⁊ fi li o ⁊ spi ri tui sancto, Vi di aquam.

✠ sculi ⁊ oĩo vt sup. Repetat tota aña: postea dicat introit⁹ missę.


¶ De bñdictione aq̃ in vigilia Epiphanię, q̃ licet in Romana curia nõ fiat, in multis tñ ecclesijs solenniter celebrat. Cap. 4.

¶ In Vigilia Epiphanię post Completorium, vel etiam lecta nona lectione in matutinis, sacerdos indutus sacris vestibus cum pluuiali, ⁊ diaconus ⁊ subdiaconus sacris sui ordinis vestibus induti, pręcedentibus acolytis, cum cereis, ⁊ cruce, ⁊ thuribulo. ⁊ alijs sequentibus clericis, veniant ad locum, vbi paratus est aliueolus cum aqua. Et dum recedunt de choro, cantent sequens responsorium, cantoribus illud inchoantibus, ⁊ procedentibus. Deinde totus chorus sequatur. Responsorium.






Odi e cę li a per=



ti sunt: ⁊ ma re dul ce factum est:




est ter ra exul tat: mon tes ꝛ col les lę tan-



tur. Qui a a Jo an ne in Jor da-



ne Christus ba pti za tus est. ℣. Quid est



ti bi mare, ꝙ fu gi sti: ꝛ tu Jor da nis




qui a conuer sus es re tror sum? Qui a.

Finito respōsorio, ante alueū aquę cantor incipiat antiphonā.




Vox Domini su per aquas, Al le lu ia: Deus ma iesta-



tis in to nuit: Al le lu ia. E v o v a e. Psalmus. Affer-

Afferte dño filij Dei: afferte dño filios arietũ. Afferte dño gloriã ꝛ honorẽ: afferte dño gloriã noĩ eius: adorate dñm in atrio sancto eius. Vox dñi sup aquas: Deus maiestatis intonuit: dñs super aquas multas. Vox dñi in virtute: vox dñi i magnificentia. Vox dñi cõfringentis cedros: ꝛ confringet dñs cedros libani. Et cõminuet eas tanq̃ vitulum libani: ꝛ dilectus quemadmodum filius vnicornium. Vox dñi intercidentis flãmam ignis: vox dñi concutientis desertum: ꝛ commouebit dñs desertum cades. Vox dñi preparantis ceruos: ꝛ reuelabit condensa: ꝛ in templo eius oẽs dicent gloriã. Dñs diluuium inhabitare facit: ꝛ sedebit dñs rex in eternum. Dñs virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Antipho.







Psalmus.

Exurgat Deus, ꝛ dissipentur inimici eius: ꝛ fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie Dei. Et iusti epulent, ꝛ exultent in conspectu Dei: ꝛ delectentur in letitia. Cantate Deo, psalmũ dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dñs nomen illi. Exultate in conspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorũ ꝛ iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulcris. Deus cũ egredereris in ꝯspectu ppli tui, cũ ptransires in deserto. Terra mota: etenim celi distillauerũt a facie Dei sinai: a facie dei Israel. Pluuiam volũtariã segregabis Deus hẽditati tuę, ꝛ infirmata est: tu vero pfecisti eã. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dñs dabit verbũ euãgelizantibus: virtute

multa. Rex virtutum dilecti dilecti: ⁊ speciei domus dividere
spolia. Si dormiatis inter medios cleros: pennę colũbę dear-
gẽtatę: ⁊ posteriora dorsi eius in pallore auri. Dũ discernit cę-
lestis reges super eã: nive dealbabuntur in selmon, mons Dei,
mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid su-
spicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est
Deo habitare in eo: etenim dñs habitabit in finem. Currus
Dei decẽ millibus multiplex, millia lętantiũ: dñs in eis in sina
in sancto. Ascẽdisti in altum, cepisti captiuitatẽ: accepisti dona
in hominibus. Etenim non credentes, inhabitare dñm deum.
Benedictus dñs die quotidie: prosperũ iter faciet nobis deus
salutarium nostrorũ. Deus noster deus saluos faciendi, ⁊ Dñi
dñi exitus mortis. Veruntamen Deus confringet capita ini-
micorũ suorum, verticem capilli perambulãtiũ in delictis suis.
Dixit dñs, ex basan cõuertam, conuertam in profundũ maris.
Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex
inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei
mei, regis mei, qui est in sctõ. Preuenerũt principes coniuncti
psallentibus: in medio iuuencularũ tympanistriarũ. In eccle-
siis bñdicite deo dño: de fontibus Israel. Ibi Beniamin ado-
lescentulus in mẽtis excessu. Principes iuda duces eorũ: prin-
cipes Zabulõ ⁊ principes Neptalim. Mãda deus virtuti tuę: cõ-
firma hoc deus, qđ operatus es in nobis. A tẽplo tuo in hieru-
salem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis cõ-
gregatio taurorũ in vaccis populorũ: vt excludãt eos qui pro-
bati sunt argento. Dissipa gentes quę bella volunt: venient le-
gati ex Aegypto: Aethiopia preueniet manus eius Deo. Re-
gna terrę cantate Deo: psallite dño. Psallite Deo, qui ascen-
dit super cęlum cęli ad orientem. Ecce dabit voci suę vocem
virtutis: date gloriã Deo: super Israel magnificẽtia eius, ⁊ vir-
tus eius in nubibus. Mirabilis Deus in scis suis, Deus Israel
dabit virtutẽ ⁊ fortitudinem plebi suę: benedictus Deus. Aña.



I pse li be ra uit me, Al le lu ia: de la que o venan-
tium,



tium, Alleluia. E v o v a e.

Psal. Qui habitat in. vt supra. fol.60. deinde cantat aña. Exaudi nos dñe. fol.200. qua finita, dicātur litanię cantando, vt supra. fol.187. Cantetur litania vsque ad versum: Ut dōnum apostolicū &c. inclusiue. Quo versu cantato, sacerdos surgat, & cantet tres sequentes versus: videlicet Ut hanc aquam bene ✠ dicere digneris, te rogamus audi nos. Ut hanc aquam bene ✠ dicere & con ✠ secrare digneris, te rogamus audi nos. Ut hanc aquam bene ✠ dicere, & conse ✠ crare, & sancti ✠ ficare digneris, te rogamus audi nos. Postea iterum genuflexus sequatur ℣. Ut inimicos sctē ecclesię, & cęteros vsq; in finē. Kyrie elei. Christe eleis. Kyrie ele. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. Saluos fac nos dñe Deus nr. ℟. Et congrega nos de nationibus. ℣. Ut cōfiteamur nomini sancto tuo. ℟. Et gloriemur in laude tua. ℣. Bñdictus dñs Deus Israel a seculo. ℟. Et vsq; in sclm, fiat, fiat. Sufflat in aquā tribus vicibus sic dicē. q.

Exufflo te oīs legio satanę in noīe Pa ✠ tris & Fi ✠ lij & Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. Exorcismus in tono lectionis.

Exorcizo te creatura aquę in nomine Pa ✠ tris & Fi ✠ lij & Spūs ✠ sancti: ne communi sis vlli spiritui immundo: sed dabis honorem viuenti, atq; regnanti patri & filio & spiritui sancto: & vbicūq; aspersa fueris, spūs immūdus ab eo loco recedat. Itaq; adiuro te creatura aquę in nomine Jesu Christi Nazareni filij Dei viui, regis & iudicis nr̄i: vt sis purgatio & sanctificatio hominum: quos Deus ad suā sanctā gloriā vocare dignatus est. Te ergo inuoco dñe sancte, pr̄ oṗs, ęterne Deus: vt hanc aquam exorcizare, & bn ✠ dicere pro tua pietate digneris. vt oīs immūdus spūs locum in ea vltra nō habeat: sed vbicunq; aspersa fuerit, angelorū tuorū ibi descēdat exercit⁹: Per eundē dñm nr̄m Jesum Chrm filiū tuū: q vētur⁹ est iud. Lcō libri numeri in tono feriali.

In diebus illis. Conuenerunt filii Israel ad Moysen, & Aarō: & versi in seditionem dixerunt: Da nobis aquam, vt bibamus. Ingressus Moyses & Aaron, dimissa multitudine, ante tabernaculum fęderis: corruerunt proni in terram: clamaueruntque ad dominū, & dixerunt: Dñe Deus exaudi clamorem populi huius:

τ aperi eis thesaurum tuū fontē aque viue, vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. ℣. adiu.



Iti mo se stiui ta tis di e di=

cebat Je sus: qui in me cre dit, flumina de vē=

tre e ius flu ent a que vi ue. Hoc autē dixit de

spi ri tu, quē accep turi e rāt credentes in e=

um. Al le lu ia: al le lu ia.

℣. Si quis si tit, ve ni at τ bi bat: τ de

ventre eius flu ent a que vi ue. Hoc.

Alle=



Secũdũ Joãnẽ: in tono feriali.

IN illo tempore: in nouissimo die magnę festiuitatis stabat Jesus et clamabat, dicens: si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę vivę. Hoc autẽ dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Exorcismus aquę in tono lectionis.

EXorcizo te creaturę aquę per deum viuum, per deum verũ, per deum sanctum, per deum totius creaturę: vt te mundam exhibeas contra omnem morbum, atque insidias inimici, atque diabolicas potestates: vt vbicunque aspersa fueris, sit propitio deo defensa domus ipsa: sicut defensę fuerunt in Aegypto domus hebręorũ per signũ sanguinis agni: sic defendantur dñe domus famulorũ famularũq; tuarũ p aspersionẽ huius aquę. In ipsius

noie te exorcizo: qui verbo suo fontē manare pcepit. Et in ipsius noie te exorcizo: qui filios Israel per medium mare eduxit. In ipsius noie te exorcizo: qui sup te suis sanctis pedibus ambulauit. In ipsius noie te exorcizo: quē Joannes in te baptizauit: vt ois spūs erroris, & oēs phantasię demonuz p te aspersę effugiāt, & separentur de eodem loco. Per eundem Christum dominum nostrum, Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculuz per ignem. ℟. Amen. Sequitur exorcismus in tono lectionis.

Exorcizo te creatura aq̄ i noie ✠ dei pa ✠ tris omnipotentis, & in noie Dñi nři Jesu ✠ Chři, vt ois immundus spūs, vel incursio satanę separet a te creatura aquę. Proinde ergo efficere aqua exorcizata ad effugandū omne phātasma inimici: & ipsum inimicū effugare & eradicare valeas in noie dei pris oipotētis: q cū eodē filio suo, & spū sctō viuit & regnat in secula seculorum. ℟. Amen. Oratio. Et cantatur i tono solenni orationum.

Bene ✠ dic dñe hāc aquā bñdictione celesti: & assistat super eā virtus spūs sancti: &, vt vbicunqȝ aspersa fuerit, lōge recedat virtus inimicoꝝ, vmbra phantasmatū, incursio turbinum, pcussio fulminū, lęsio tonitruorū, calamitas tēpestatū, ois spūs pcellarū, te ipsuȝ oipotentē deprecamur: qui viuis & regnas per oia secula seculoruȝ. ℟. Amen. Oro super salem in eodem tono.

Virtutis tuę inuictā fortitudinem deprecor dñe sancte, pater oipotēs ęterne deus sup hoc sal: cui nō minimā gratiam cōferre dignatus es, vt ex illo possint vniuersa ɔdiri, q̄ hoibus ad escam per tuū filiū dñm nřm pcreari iussisti: p queȝ te dñe suppli ces exoramus: vt sal istud sancti ✠ ficare, bñ ✠ dicere, & consecrare pro tua pietate digneris: vt ex vultu diuinę maiestatis tuę virtutē tuā cōtra oēs immūdos spūs possit accipere: expellat de tabernaculis famulorum famularūqȝ tuarū qcquid potest pestiferū esse: & exhibeat plenum salutis effectū: deterreat pręstigia: phātasiasqȝ cōpescat, p signum sanctę cru ✠ cis filij tui dñi nři: tutelā fidelissimaȝ desiderantibus pręstet per hoc tuum dñe signa ✠ culum: quod nullius dolus, nulli⁹ pertinacia designauit. Per eūdeȝ dñm nřm. Alia bñdictio salis in tono lectionis.

Bene ✠ dico te creatura salis in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij & Spūs ✠ sancti: qui te ad tutelam humano generi procreauit: & populo venięti ad credulitatem per seruos suos cōsecrari pręce-

pręcepit: proinde rogamus te dñe deus nr: vt hęc creatura salis in noie sanctę Trinitatis efficiat salutare sacramentum: sitqz pfecta medicina in visceribus fideliũ tuorũ. Per eũdẽ dñm nrm Jesum Christum. ℟. Amen. Oratio super sal in tono orationis.

Inmtuere domine hãc creaturã salis, quã vsibus humani generis tribuisti: ꝛ petimus oĩps ęterne deus, vt signum cru ✠ cis vnigeniti filij tui Dñi nr̃i Jesu Chr̃i, vbi aspersa fuerit aqua hoc sale cõmista, sit efficax ad euacuandũ oẽm inimici aduersariam ptãtẽ, ꝯsumat, arefaciat, nihilqz ibi remaneat immũdum, nihil pestiferũ: sed ad inuocationẽ nois tui sit nobis mundũ ac bñdictũ, Per eũdẽ dñm nr̃z Jesuz Chr̃z filiũ tuũ. In tono lectionis.

Exorcizo te creatura salis per deũ ✠ verum: per deũ ✠ sanctũ: per deum ✠ totius creaturę: qui te per Eliseum prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquę: qui per apostolum Paulum dicere dignatus est, sit cor vestrum sale conditum: ideoqz efficere sal ad euacuandum, ꝛ expellendum inimicũ, omnemqz virtutem ꝛ putredinez eius: in nomine Dñi nostri Jesu Chr̃i: Qui vẽturus est iudicare. In tono lectionis.

Dominus ꝛ saluator noster Jesus, anteq̃ ad cęlos ascenderet, apostolis suis mandauit dicens, habete in vobis sal: ꝛ pacem habete inter vos. ¶ Hic ponat sal in aquam dicens.

Haec commistio salis ꝛ aquę pariter fiat: in noie pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spũs ✠ scĩ: ꝛ in virtute Dñi nr̃i Jesu Chr̃i: cui est honor, ꝛ gloria in secula seculorũ. ℟. Amen. In tono lectionis.

Exorcizo te creatura salis ꝛ aq̃ in nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spũs ✠ scĩ. Exorcizo te p deum viuũ. Exorcizo te per crucifixũ. Exorcizo te per spũz scũz. Per eũ te exorcizo, qui per Eliseũ prophetã te in aquaz mitti iussit dicens: Hęc dicit dñs: Sanabit aqua ista, ꝛ nõ erit in ea mors, neqz sterilitas. Per ipsius nomẽ te adiuro, q diuina voce oris sui apostolis suis locutus est dicẽs: Uos estis sal terrę, ꝛ cor vestrũ sale sit ꝯditũ: Ut oẽs qui ex te sumpserint, sint sanctificati in aĩabus ꝛ corporibus: vt vbicunqz aspersa fueris, effuges inimicũ, ꝛ pręstes oĩbus remissionẽ peccatorũ, expellas insidias, ꝛ excludas oẽs demonũ tẽtationes. Te aũt cõditor ꝛ restaurator oĩum elementorũ tuorũ, q hęc fluenta noie tuo sc̃ificata ad purgationẽ locorũ pficere iussisti, depcor: vt nois tui inuocata maiestate, gratiã spũs scĩ hęc aqua accipiat:

accipiat: valeatq; ad expellendas diabolicas artes per manus
seruorum tuorum aspersa: per sanctificationem, quã tu dñe sancti=
ficando sanctificas, ⁊ benedicendo benedicis: vt omnis immun=
dus spiritus aspersione huius aquę repulsus ⁊ perfusus discedat:
⁊ omnis incursus satanę, ⁊ omne phantasma, omnisq; immun=
ditia, ⁊ putredo inimicorũ longe recedat: nec cõsistendi, aut re=
sistendi habeat potestatem, nec in eodem loco standi aut cõmo=
randi: sed victus ⁊ destructus abscedat diabolus cũ omni pom=
pa sua: Per virtutem ⁊ gloriam Dñi nři Jesu Christi: qui viuit ⁊
regnat cum Deo p̃re ⁊ spiritu sancto, per omnia secula seculorum.
℟ Amẽ. Exorcismus sup aquã sale cõspersam in tono lectionis.

E Xorcizo te creatura aquę sale cõspersa p deũ viuũ: per deum
verum: per deũ totius creaturę: qui te in principio separauit
ab arida, ⁊ in quatuor fluminibus diuidere dignatus est, vt vbi=
cunq; portata, vel aspersa fueris, effugetur ⁊ separet inimicus, ⁊
oĩs putredo eius: vt ipsa domus deo sit dicata per virtutem Dñi
nři Jesu Chri: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ sclm
per ignẽ. Item super aquã in eodem tono vsq; ad prefationem.


T E aũt creatura aquę adiuro per deum viuum: per deum ve=
rum: per deum sanctum: per eum te adiuro, qui te in princi=
pio separauit ab arida. Adiuro te per deum viuum, qui te de fonte
paradisi manare fecit, ⁊ in quatuor fluminibus exire iussit, ⁊ totã
terram rigare precepit. Hic diuidat aquam ⁊ effundit in quatuor
mundi partes. Adiuro te per eũ, qui te in Chana Galilee sua po=
tentia conuertit in vinum: qui super te suis sanctis pedibus am=
bulauit: qui tibi nomen imposuit Siloa. Adiuro te per eum, qui in
te Naamã syrũ a sua lepra per manũ Elisei prophetę mundauit:
Hic tangat aquam manu dicens: Aqua ✠ sancta: aqua bene=
✠ dicta: aqua la✠uans sordes, ⁊ mundans peccata, adiuro te
per deũ viuũ, vt te mundã exhibeas, nec aliquã phantasiam in te
retineas: sed efficiaris exorcizata ad effugandũ inimicum ⁊ oẽs
actus fulguris: ⁊ vbicunque aspersa fueris, siue in domo, siue in
agro, siue in vineis, siue in seminatis cãpis, siue in fluctibus, siue
in angulis cubiculorum, siue in nauibus, siue in puteis, vel siquis
ex te gustauerit, fias ei defensio, ⁊ remediũ sanitatis: ipse quoque
diabolus elonget ⁊ separet, quãtũ elõgatũ est cęlũ a terra, lux a
tenebris, veritas a mendacio iustitia ab iniustitia, dulce ab ama=
ro:

ro:tantũ elõgetur, ⁊ separet ille immundus spũs ab habitationibus famulorũ famularũq3 Dei: Per nomẽ Dñi nri Jesu Chri: q viuit ⁊ regnat cũ deo patre ⁊ spũ sancto. Hic dicit in tono pfationis. Per oĩa scl'a seculorũ. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣. Gratias agamus Dño Deo nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est.


VEre dignũ ⁊ iustum est, ęquum ⁊ salutare, Nos tibi semper ⁊ vbiq3 gratias agere, dñe deus cęli ⁊ terrę: cuius virtuti subdita sunt vniuersa: cuius verbo creata sunt oĩa: supermitte (q̃s) virtutẽ spũs sancti tui super hanc creaturã, vt fiat aqua sanctificata in noĩe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sancti. Te igitur oĩpotens Deus, altissima salus, ⁊ respector perpetuus, humiliter rogamus ⁊ petimus: vt nos exaudias: ⁊ miserearis pc̃ibus nostris: quatenus vbicunq3 hęc aqua aspersa fuerit, fiat, te iubente, causa purificationis: habeat quoq3 perpetuã gratiã ipsa domus: fidẽ rectã: spẽ certã: charitatẽ perfectã: gaudiũ verũ, honorem perpetuum: vt oẽs maleuoli ⁊ inuidi spũs ab ea expellantur, ⁊ separent. Per Chrm dñm nrm. In tono lectionis.

Jterumq3 te alloquor aqua: quę habes lucis similitudinem: tu sub cęlo: tu super cęlum: tu sub terra: tu super terrã. Super te inuoco nomen sanctũ atq3 mirabile Dei oĩpotentis: qui te sua potentia conuertit in vinum: suspendit sup celos: congregauit in terra: miscuit in mari: Qui te arcanis ⁊ velocibus ventis pluere pcepit: ⁊ ad vsum hoĩum lauacrum dedit, ⁊ sitientibus potũ subministrauit: Super aquã etiã spũs dñi non solum ferebatur, sed etiam fertur. Adiuro ergo te creatura aquę per septiformẽ spiritũ Dei viui. Adiuro te per nouẽ ordines angelorũ. Adiuro te p vocẽ tonitrui coruscationis tremẽdi ⁊ cęlestis regis. Adiuro te p lignũ misterij: de quo aqua pcussa statim dulcis facta est. Adiuro te per eũ, qui oĩa creauit: ne cõtẽnas vocem humilitatis meę: sed expellas oẽm vmbrã, oẽs satellites aduersariorũ, oẽs machinationes diaboli: siue spirituũ immũdorũ: siue biothanatorũ: siue errãtiũ: siue ex inuocatione magicę artis, siue pcãtatorũ argumenta: siue draconũ, ⁊ oĩu3 volucrũ vel viperarũ: q̃ imperat tibi dñs Jesus Chrs filius dei viui: q mox vt aspersa fueris in noĩe dei sabbaoth: siue in hoĩb9: siue in domibus, siue i vineis: siue in pecoribus, vel q̃buslibet alantibus: siue in seminatis cãpis: siue


pis: siue in qualicunqz creature vniuersali: siue quocunque loco aspersa fueris, siue sup infirmū, vel languentez: siue in potū data fueris homini in valetudine detento, aut maligni spiritus infestatione percusso: mox expellas & excludas omnē malignuz: vt possit homo velocius saluus fieri per virtutem Dñi nři Jesu Chři: qz neqz dici, neqz scribi, neque cōputari pōt, cui nomen est Dei. In tono prefationis. Tu aūt dñe, qui per Angelum tuum, fontē Agar ostendisti: & ex eo Jsmael sitientem potasti: Qui pueri tui Abrahe in Mesopotamia preces exaudisti: & omnia desideria cordis eius impleuisti: Qui famulo tuo Moysi in diserto eremi petram percutere, ex ea aquam producere, & populum rigare iussisti. Ter dicatur sequens versus. Qui aquā amaraz immisso ligno dulcorasti: Benedicere & sanctificare digneris domine hanc creaturam aque, Jn nomine Pa ✠ tris & Fi ✠ lij & Spiritus ✠ sancti. Hic mergat sacerdos crucem in aqua tribus vicibus: signando fontem cum cruce. Cantores autem cantent semel has sequentes antiphonas infrascriptas. Antiphona.

Aptizatur Christus, & sanctificat omnis mun=




dus: & tribuit nobis remissionem peccatorū: aqua & spiritu



omnes pu ri fi ca mur. Añā. Ba pti zat mi les



re gem, seruus dominum suum, Joannes sal ua to= rem:





Deinde sacerdos cruce deposita dicta in eodem tono prefationis.

Vt vbicunque aspersa fuerit in noie tuo oēs iaculationes seuas inimici expellat. Illud etiam rogamus et petimus deus ops, vt sicut ad domū Raguelis sanctū angelū tuū Raphaelē mittere dignat⁹ es, vt Asmodeū demonē alligaret similē quoqz beneficiū domibus nr̄is donare digneris: vt vbicūqz hęc vnda aspersa fuerit, nunq̄ malignus spiritus in eadē domo cōsistendi uel cōmorandi habeat potestatē: sed confusus ptinus: et destructus abscedat. Per Chr̄m dn̄z nr̄m: per quez maiestatē tuā laudāt angeli, adorant dn̄ationes, tremūt ptātes: Celi celorūqz virtutes ac btā seraphin socia exultatione cōcelebrant: Cū quibus et nr̄as voces, vt admitti iubeas, deprecamur supplici confessione dicētes. Et chorus cātet in tono feriali, vt supra. fol. 181. Sanctus, Sanctus, Sctūs Dn̄s Deus Sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua: osanna in excelsis. Bn̄dictus qui venit in noie dn̄i: osanna in excelsis. Sequit sacerdos in tono lectionis.

Exorcizo te spūs immunde per Deum viuū: qui fecit celum et terram, mare et omnia que in eis sunt: vt oēs virtutes aduersarij, oēs exercitus diaboli, oēs incursus, oē phantasma inimici eradicent, et effugiant ab hac creatura salis et aque: fit sancta et salutifera: et ignis ardens aduersus oēs insidias inimici: et vbicūqz portata vel aspersa fuerit hęc creatura salis: et aquę, fit sanitas, et syncerritas, et corporis medicina: et effugiat oīs infirmitas. Fulgura quoqz et grādines ab aspersione huius aquę separent, effugiāt et elongent: p eum, qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen. In tono prefationis.

Vere scūs, vere bn̄dictus, terribilis, metuēdus, et adorādus es dn̄e deus noster: ab occultis nr̄is munda nos: et ab alienis parce

nis parce seruis tuis: vt cũ fiducia valeamus dicere orõnẽ illam regalem, quam Dñs ꝛ Saluator nr̃ per euangeliũ suũ orare docuit dicẽs. Pater noster. qui dicatur in cantu sicut in missa. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℟. Amen. In tono orationis.

Libera nos, q̃s dñe, ab oĩbus malis, p̃teritis, p̃sentibus, ꝛ futuris. Libera nos q̃s dñe, famulos ꝛ famulas tuas a gladio, a fame, a tẽtatione diaboli, ꝛ pcussione scti, ꝛ ab ĩfirmitatibus malis: p liberatorẽ ꝛ redẽptorẽ nr̃m dñz Jesuz Chr̃m filiũ tuũ: q te.

Domine sancte, pater oĩps, eterne Deus, Pr̃ Dñi nr̃i Jesu Chr̃i: Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Jacob, exorcizantẽ me istã creaturam salis ꝛ aque, p̃cor te, exaudire digneris in noĩe eiusdem Dñi nr̃i Jesu Chr̃i Nazareni filij tui, Dei viui, Regis ꝛ Judicis nr̃i: vt sit purgatio ꝛ purificatio oĩbus hoĩbus: atq3 in eis, qbus asp̃sa fuerit, habeat ptãtẽ ad effugãdos immũdos phãtasmaticos sp̃us, ꝛ oẽs nefariuz diabolũ, atq3 oẽs figuras ꝛ minas satane. Cõcedat etiã ei ptãs ad exterminandũ fulgura ꝛ grandines, ꝛ oẽs aduersitates humane nature: vt non possit immũdus sp̃us nocere his locis in quibus aspersa fuerit: sed ꝯfusus ꝛ destructus abscedat p virtutez Dñi nr̃i Jesu Christi Regis nr̃i. Qui cũ deo p̃re viuit ꝛ regnat. In tono lectionis.

Adiuro te creatura salis, ꝛ aque ĩ noĩe pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij ꝛ sp̃us ✠ sci. Adiuro te in noĩe Dñi nr̃i Jesu Chr̃i: q sup te suis sctis pedibus ambulauit. Adiuro te p euz: qui te de fonte paradisi pduxit. Adiuro te per eũ, q apl'is suis p̃cepit dicens: Ite, baptizate oẽs gentes in noĩe pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ sp̃us ✠ scti. Per ipsius nomen te adiuro: vt vbicũq3 asp̃sa fueris, oẽ phãtasma de domo ipsa, ꝛ oĩs incursio diaboli eradicet ꝛ effugiat, per deũ viuũ, p deũ verũ, p deũ toti⁹ creature: vt neq3 hoĩbus, neq3 domicilijs, neq3 nauibus, neq3 pecoribus, neq3 frugibus, neq3 arboribus noceat. Per eũdẽ dñz nr̃z Jesuz Chr̃m, q vẽturus est iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ sclz p ignẽ. ℟. Amẽ. In tono oronis.

Deus, qui ad salutem humani generis, maxima queque sacramenta in aquarũ substãtia cõdidisti, adesto ppitius inuocationis nr̃is: ꝛ elemento huic multimodis purificationibus preparato virtutẽ tue bñ ✠ dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos demones morbosq3 pellẽdos, diuine gratie sumat effectũ: vt quicquid in domibus, vel

in locis

in locis fideliũ, hęc vnda resperserit careat oĩ immunditia, libe-
ret a noxa: nõ illic resideat spũs pestilẽs, non aura corũpẽs: di-
scedãt oẽs insidię latẽtis inimici: ⁊ siqd est, qd aut incolumita-
ti habitantiũ inuideat, aut qeti, aspsione huius aq̃ effugiat atq̃
discedat: vt salubritas per inuocationẽ tui sancti nois expetita,
ab oĩbus impugnationibus sit defensa. Per dñm nrm Jesum.
Benedictio Dei pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spũs ✠ sancti descẽdat
super hanc creaturam salis ⁊ aquę. Amen. Quo facto sta-
tim sacerdos incipiat Symbolũ. f. Credo in vnũ deũ. quo fini-
to aspgat sacerdos aquã sup ppl'm: ⁊ clerici cãtẽt in choro añam.
Asperges me dñe. cũ ps. Miserere mei. ⁊ Gloria pat. folio 59.
Deinde dicat sacerdos ℣. Ostende nobis dñe misericordiam
tuam. ℟. Et salutare tuũ da nobis. ℣. Dñe exaudi orõnẽ meam.
℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spi. Oremus. Orõ.
Presta, q̃s dñe, famulis tuis p hanc aspersionẽ aquę benedi-
ctę sanitatem mentis, integritatem corporis tutelã salutis,
securitatẽ spei, corroborationẽ fidei, ⁊ charitatis fructũ, hic ⁊ in
ęterna sęcla seculorũ. Per Chrm dñm nrm. ℟. Amẽ. Oremus. Orõ.
Exaudi nos dñe scẽ, pr oĩps, ęterne Deus, ⁊ mittere digneris
sanctum Angelum tuũ de cęlis: q custodiat, foueat, ptegat,
visitet, atq̃ defendat oẽs habẽtes ĩ hoc habitaculo. Per Chrm
dñm nrm. ℟. Amẽ. Quibus finitis diaconus cantet euangeliũ
in tono feriali. ❡ Sequentia sancti euãgelij secundum Lucam.
Factum est autem cum baptizaretur omnis populus: ⁊ Jesu
baptizato: ⁊ orante, apertum est cęlum: ⁊ descendit spiritus
sanctus, corporali specie sicut columba in ipsum. Et vox de cę-
lo facta est: tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi.
Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt puta-
batur filius Joseph: Qui fuit heli: qui fuit matthat: qui fuit Le-
ui: qui fuit melchi: qui fuit Janne qui fuit matthathię: qui fuit
amos: Qui fuit naũ: qui fuit heli: qui fuit nagge: q fuit mahath:
qui fuit mathatię qui fuit semei: qui fuit Joseph: qui fuit Juda,
qui fuit ioãna: qui fuit resa: qui fuit zorobabel: qui fuit salathiel:
Qui fuit Neri: qui fuit melchi: q fuit addi: qui fuit chosan: Qui
fuit helmodan: q fuit her: qui fuit Jesu: qui fuit elizer: Qui fuit
ioram: qui fuit mathat: qui fuit leui: qui fuit simeon: qui fuit iu-
da: Qui fuit Joseph: qui fuit iona: qui fuit eliachim: qui fuit mel

cha: Qui fuit mēna: q fuit mathathie: q fuit nathā: q fuit dauid: q fuit iesse: q fuit obed: q fuit booz. Qui fuit salmon: qui fuit naason: q fuit aminadab: q fuit arē: qui fuit esrom. Qui fuit phares: q fuit iude: q fuit iacob: qui fuit isaac: Qui fuit abrahe: q fuit thare: q fuit nachor: q fuit saruch: qui fuit ragau: q fuit phalech: q fuit eber: qui fuit sale: q fuit cainā: Qui fuit arphaxat: q fuit sem: q̄ fuit noe: q fuit lamech: q fuit matusalē: Qui fuit enoch: q fuit Jared: q fuit malaleel: q fuit cainā: q fuit enos, qui fuit seth: qui fuit adā: q fuit dei. Jes⁹ aūt plenus spū scō regress⁹ est a Jordane. Quo finito, cātores incipiāt. Te deū, et totū decātet. f. 214.

De aspsione aq̄ bñdicte p domos fideliū p clericos faciēda. c. 5.

Clerici volētes domos fideliū aspergere aqua bñdicta, dicant psalmū. Miserere mei Deus. fo. 59. cum orōnibus sequentibus. ℣. Dñe exaudi orationem meam. si fuerit sacerdos addat ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Exaudi nos dñe sancte, pr̄ omnipotens, eterne Deus: et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atq3 defendat omnes habitātes in hoc habitaculo. Per Christum dñm nostrum. Oremus. Oro.

Adesto dñe supplicationibus nr̄is: et hāc domū serenis oculis tue pietatis illustra: descendat sup habitantes in ea grē tue larga benedictio: vt in is manu factis habitaculis cum salubritate manētes, ipsi tuū semp sint habitaculū. Per Chr̄m. Oro.

Exaudi nos dñe sancte, pater ōps, eterne deus: vt si qua sunt aduersa, si qua cōtraria in hac domo famuli tui N. authoritate maiestatis tue pellantur. Per Christum dominum nr̄m.

Et dū psalmū et orōnes dīr, clerici aspergāt aquā p totā domū3.

De bñdictione Auri, Tus, et Myrre in die Epiphanie. c. 6.

In festo Epiphanie solent benedici aurū, thus, et Myrrha, in cōmemoratione munerū triū Magoꝝ, et taliter benedicta super se portata cum Dei timore et reuerentia portāti prosunt ad salutem. ℣. Adiutorium nostrum etc. postea dicatur Psalmus.

Deus in noie tuo saluum me fac: in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: et auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes q̄sierunt aiam meā: et non proposuerunt deū ante cōspectum suū. Ecce enim de⁹ adiuuat me: et dñs susceptor est aie mee. Auerte mala

te mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos. Voluntarię sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus. Gloria patri et filij. Psal.

Deus iudiciū tuum regi da: et iustitiā tuā filio regis. Iudicare populū tuū in iustitia: et pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacē pplo: et colles iustitiam. Iudicabit pauperes ppli: et saluos faciet filios pauperum: et humiliabit calūniatorem. Et pmanebit cū sole et ante lunā: in gnatione et gnationem. Descendet sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stillātia super terram. Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis: donec auferatur luna. Et dnabitur a mari vsque ad mare: et a flumine vsque ad terminos orbis terrarū. Coram illo pcident ęthiopes: et inimici eius terram lingent. Reges tharsis et insulę munera offerent: reges arabū et saba dona adducent. Et adorabunt eū oēs reges terrę: oēs gentes seruient ei. Quia liberauit pauperem a potente et pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et aias pauperum saluas faciet. Ex vsuris et iniquitate redimet aias eorum: et honorabile nomen eorum corā illo. Et viuet et dabitur ei de auro Arabię: et adorabunt de ipso sp: tota die benedicent ei. Erit firmamētum in terra in summis mōtiū: superextolletur super libanū fructus eius: et florebūt de ciuitate sicut fęnum terrę. Sit nomen eius bndictū in secula: ante solē pmanet nomē eius. Et bndicentur in ipso oēs tribus terrę: oēs gentes magnificabunt eū. Benedictus dns Deus Israel: qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in ęternum: et replebitur maiestate eius ois terra, fiat, fiat. Gloria pa. Psalm. Deus misereatur nri, supra. fol. 37. Ana. Apertis thesauris suis obtulerunt magi et no aurū, thus, et myrrhā. Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie ele. Pater noster. Et ne nos in. Sed libera. ℣. Ostende nobis dne misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi oratio. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, te humiliter deprecamur: vt has creaturas auri, thuris, et myrrhę hodierna die a tribus regibus tibi tanquam summo regi et Deo vero et homini vero oblatas, bn ✠ dicere, cōse ✠ crare, et sancti ✠ ficare digneris: et eis tuę donum benedictionis infundere: vt quicunque eas

 gesta-

gestauerit, ab omni periculo anime, et corporis salinus semper exsistat. Qui cum patre et spiritu sancto vi. etc. Oremus Oratio.

D Omine Jesu Christe, qui nobis sacerdotibus, non nostris meritis, sed sola dignatione clementie tue pre ceteris gratiã contulisti: vt quicquid a nobis in tuo nomine digne, ac perfecte agitur, a te fieri credatur: adesto (quesumus) nostre officio seruitutis: et bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris has creaturas auri, thuris, et myrrhe, quas nos in nomine sancto glorie tue bene ✠ dicere confidimus. Qui viuis et regnas cum patre et spiritu sancto Deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Benedictio.

B Ene ✠ dico itaque in titulum omnipotentie tue, et spem salutis fidelium vtentium, has creaturas auri, thuris, et myrrhe, in nomine pa ✠ tris, et fi ✠ lii, et spiritus ✠ sancti: vt sicut beatos tres magos Gaspar, Walthasar, et Melchior tibi eas offerentes ad mysteria tua cognoscẽda illuminare, et ad te deuote adorandum accendere, atque ab insidiis et periculis custodire dignatus es, ita fideles tuos in tua misericordia sperantes, qui eisdem creaturis tuis auro, thure, et myrrha in tuo noie vsi fuerint, lumine tuo illustrare, amore tuo inflãmare, et a cunctis aduersitatibus, et ab oibus insidiis et nocumẽtis diabolicis preseruare digneris: Qui cũ eodẽ pre et spũ scto vi. Aspergatur aqua bñdicta.

¶ Quod sacerdotes ante Quadragesimam debent populum admonere circa confessionem et ieiunium quadragesime. C. 7.

¶ Ex dictis Augustini.

P Resbyteri admonere debent plebẽ sibi subiectam, vt omnis, qui se sentit mortifero pcti vulnere sauciatum, feria quarta ante quadragesimam cum oi festinatione recurrat ad viuificatricem matrẽ ecclesiam: vbi qđ male cõmisit cũ oi humilitate et contritione cordis simpliciter confessus, suscipiat remedia penitentie, secundum modum canonicis authoritatibus prefixum.

¶ De exhortatione ante quadragesimam ad confessionem.

¶ Ex penitentiali Romano.

H Ebdomada priori ante initium quadragesime pñbyteri plebium conuocent ad se populum: et discordãtes canonica authoritate reconcilient, et omnia iurgia sedent: et tunc primũ cõfitentibus pniam dent: ita vt antequam caput ieiunii veniat, oẽs confessi pniam acceptã habeant: vt liberius dicere possint, dimitte

nobis

nobis debita nostra, sicut in nos dimittimus debitoribus nris.

Ex epistola beati Gregorii pape.

Quadragesima summa obseruatione est obseruāda: vt ieiuniū i ea, pter dies dñicos, q de abstinētia subtracti sunt, nisi quē infirmitas ipedierit, nullatenus soluat: qz ipsi dies decime sunt anni. De bñone cinerū in iiij. feria i capite ieiunij. Ca. 8.

Feria quarta cinerum, ante missam benedicunt cineres facti: de ramis oliuarum benedictis preteriti anni, si habentur, in medio chori ante altare hoc modo. Primo cantatur antiph.



Exaudi nos dñe: quoniā benigna est misericordia tu a: et secundum multitudinem miserationum tu a rum respice nos domine. Ps. Saluum me fac deus quoniam intra ue runt a que vsque ad a ni mam me am. V. Glo ri a. Exau di nos do mi ne. Deinde dicitur. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, parce metuentibus, propitiare supplicantibus: et mittere digneris sanctum angelū tuum de celis:

sis: qui bene ✠ dicat, et sancti ✠ ficet hos cineres: vt sint remedium salubre omnibus nomen sanctum tuum humiliter implorantibus, ac semetipsos pro cōscientia delictorū suorū accusantibus, atqz ante cōspectū diuinę clemētię tuę facinora sua deplorantibus, vel serenissimā maiestatē tuā suppliciter obnixeqz flagitātibus: et presta per inuocationem sanctissimi nominis tui: vt quicunqz eos super se aspergerint pro redēptione pcc̄orū suorū, corporis sanitatem, et aię tutelam percipiant. Per Chri. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus qui non mortē, sed pniam desideras pcc̄orum, fragilitatē cōditionis humanę benignissime respice: et hos cineres, quos causa proferendę humilitatis, atqz pmerēdę venię capitibus nr̄is imponi decernimus, bene ✠ dicere pro tua pietate dignare, vt q nos cinerē esse, et ob prauitatis nr̄ę meritū in puluerē reuersuros cognoscimus, pcc̄orū oīum veniā, et pmia penitentibus repromissa misericorditer ꝯseq mereamur. Per. Dn̄. Orō.


DEus, qui humiliatione flecteris, et satisfactione placaris, aurē tuę pietatis inclina pcibus nr̄is: et capitibus seruorum tuorū horū cinerū aspersione attactis, effunde propitius gratiam tuę bene ✠ dictionis: vt eos et spū compunctionis repleas, et quę iuste postulauerint, efficaciter tribuas: et concessa perpetua stabilitate, intactos manere decernas. Per. ℟. Am̄. Oremus. Orō.


OMnipotens sempiterne Deus, q niniuitis in cinere et cilicio penitētibus īdulgētię tuę remedia pstitisti: cōcede ppitius: vt sic eos imitemur habitu, quatenus venię psequamur obtētu. Per.


Cōpleta bn̄one, primo iponit cinis sacerdoti celebraturo Missā ab alio sacerdote, si adest, alioquin sacerdos ipse genib. flexis corā altari sibi ipsi cineres imponat: et cantatur statim a choro aña.








num: qui a multum mise ricors est



di mit tere peccata no stra de us no ster.


Añ. Ju xta vesti bulum et al ta re plo ra=


bant sacer do tes et le ui te mi ni stri domi=


ni et di cent: parce domine, parce populo


tu o: et ne dis si pes o ra clamantium ad te


do mi ne. ℟. Emendemus

Cc 3 in me=

in me li us que ignozanter pec caui

mus: ne su bito pre oc cu pa ti di e mortis que ra=

mus spa ti um penitentie : et inuenire non pos=


si mus. At ten de do mi ne et mi se re re:

quia pec ca uimus ti bi. ℣.

Ad iu ua nos deus sa lu ta ris no ster: et propter

bonozem nominis tui domine li be ra nos.

Attende.



Sacerdos vero dum cantantur añę ꝛ responsorium primo ministris stantibus genibus flexis corã altari imponit cinerẽ dicens. Memẽto homo, qꝛ puluis es, ꝛ in puluerẽ reuerteris. Postea veniũt clerici bini, ꝛ bini: ꝛ genibus flexis ante altare recipiũt cineres a sacerdote, vt dictũ est de ministris. Completa cinerũ datione dicitur. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Concede nobis dñe presidia militię Chꝛianę sctis inchoare ieiunijs: vt cõtra spũales nequitias pugnaturi, cõtinentię muniamur auxilijs. Per Chꝛm domi. Postea incipiatur missa.

¶ De benedictione imaginis beatę Marię virginis. Cap. 9.

Notandũ ꝙ in oĩbus bñdictionibus sequentibus sacerdos, si in missa nõ faciat bñdictionẽ, semꝑ debet habere superpelliceũ ꝛ stolã, ꝛ incipere ꝑ. ℣. Adiutoꝛiũ nr̃m. ꝛ dicta bñdictione aspgat rẽ aqua bñdicta. Primũ dr̃ Añã. Sub tuũ p̃sidium confugim⁹ sctã Dei genitrix virgo: nr̃as deꝑcationes ne despicias ĩ necessitatib⁹: s; a piculis cũctis liba nos sẽp virgo bñdcã. ps.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dñs portas Sion super omnia tabernacula Jacob. Glorioſa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Memoꝛ ero Raab ꝛ Babylonis scientium me. Ecce alienigenę ꝛ Tyrus ꝛ populus Aethiopum: hi fuerunt illic. Nunquid Sion dicet homo, ꝛ homo natus est in ea, ꝛ ipse fundauit eam altissimus? Dñs narrauit in scripturis populoꝛum ꝛ principum hoꝛu;, qui fuerunt in ea. Sicut lętantiu; oĩu; habitatio est ĩ te. Gloria pat. Añã. Aue Maria gr̃a plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus, ꝛ benedictus fructus vẽtris tui. Psalmus. Ad te leuaui oculos. fol. 188. dicitur totus. Interim incensatur imago: postea dicitur. Oremus. Oratio.

RESpice, quesumus domine, super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum. Et non dicat. Qui tecum viuit nec respondeatur Amen. et sic terminetur processio. Si processio debet fieri prolixior: et in ea plures mansiones, seu stationes fieri oporteat, finito Responsorio Caligauerunt oculi mei. cum versu, et alijs que sequuntur, repetatur aliquod Responsorium de predictis cum suo versu, et alijs que sequuntur, ita quod Responsorium, Sepulto Domino. vltimo loco reseruetur: quando corpus dñi positum fuerit in sepulcro.

¶ Supra posita processio more veneto fit infrascripto ordine. Paratis omnibus, vt supra in precedenti processione notatum est: loco Responsorij. Plange quasi virgo plebs mea. incipitur a duobus clericis genuflexis Antiphona. Venite et ploremus. in cantu: vt inferius notatum est, Postmodum totus chorus surgens dicat ℣. Popule. vt supra. Quo finito illi duo clerici qui cantauerunt Venite et ploremus ante dominum. cantant ℣. Quia eduxi te per desertum. et chorus repetit ℣. Popule meus quid feci tibi. Item duo clerici dicant ℣. Et propter te, et chorus repetit ℣. Popule meus quid feci tibi. Et sic alternatim dicantur improperia, prout supra signatum est in adoratione crucis. folio 246. Vel ipsa improperia cantantur in sexto tono psalmorum. Et cum in dicta processione fieri debet aliqua statio, seu mansio, omnes genuflectant: et illi duo cantent antiphonam. Venite ploremus ante dominum. vt supra, qua dicta, surgant omnes et sequantur processionem cantando Versus. Popule meus quid feci tibi: aut in quo contristaui te. et improperia, vt supra. Cum autem peruenerit ad sepulcrum, faciat omnia, vt supra in precedenti processione.

Venite

Cãtus.


Ueni te ꝛ plo re mus an te do mi num: qui passus est pro no bis di cens.

Tenor

Ueni te ꝛ plo remus ante dominum: qui passus est pro no bis di cens.

¶ De benedictione fontis in die Sabbathi Sancti. Cap. 9.

SABBATHO SANCTO, cantatis lectionibus ante Missam, ꝛ dicta oꝛone Omnipotens sempiterne, fit pcessio ad bñdicendũ fontes, pcedentibus acce-lytis cũ cereis, ꝛ cruce, ꝛ alio qui defert cereũ pascbalẽ benedi-ctũ accensũ, subsequẽtib⁹ clericis iunioribus pcedentibus, vl-timo sacerdos cũ pluuiali, ꝛ diaconus ꝛ subdiaconus sacris ve-stibus induti vadũt ad fontẽ cãtãdo subseqnẽtẽ tractũ. Tract⁹.



Jcut cer uus de si de rat ad fon tes a qua rum: i ta de si de rat anima

a nima me a ad te de us. ℣. Siti uit ani-

ma me a ad de um vi uum:

quando ve ni am, & appa re bo

ante fa ci em de i mei?

℣. Fu e runt mi hi lacryme me e panes

di e ac no cte: dum di ci tur

mihi per singulos di es, vbi

est

...et de- us tu- us?

Deinde sacerdos anteq̄ intret ad bñdictionē fontis dicāt hāc orōnē ibi iuxta fontē dicens ℣. Dñs vob. ℟. Et cū spiri. Orō.

Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius ad deuotionē populi renascētis: q sicut ceruus aquarū expetit fontē: ꝛ concede propitius: vt fidei ipsius sitis baptismatis mysterio aīam, corpusq́ꝫ sanctificet. Per dñm nostrum Jesum Chrm.

In vigilia Pentecostes dicitur hec sequens oratio.

Concede, q̄s oṗs Deus: vt qui solēnitatē doni Spūs sci colimus, celestibus desiderijs accensi fontē vite sitiamus. Per dñm nrm Jesū Chrm filiū tuū: Qui tecū viuit ꝛ reg. in vnit. eius.

Postea procedit ad benedictionem fontis dicēs ℣. Dominus vobiscum. Responsorium. Et cum spiritu tuo. Oremus.


Omnipotēs sempiterne Deus, adesto magnis pietatis tue mysterijs: adesto sacramētis: ꝛ ad creandū nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spūꝫ adoptionis emitte: vt qd nre humilitatis gerēdū est ministerio, tue virtutis impleat effectu. Per dñm nrm Jesū Chrm filiū tuū: q tecū viuit ꝛ reg. in vnit. eius. Spūs sctī Deus, Hic exaltat voce in modū p̄fationis.

Per omnia secula seculorum. ℟. Amē. ℣. Dñs vobiscū.

℟. Et cū spū tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣.

Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Dignū ꝛ iustū est.


Sequens prefatio cum suo cantu dicitur ad benedictionez fontium die sabbathi sancti: et in vigilia Pentecostes.



V Ere dignum et iustuz est, equū et salutare: nos tibi sempr



et vbiqz gratias agere: dñe sancte, pater omnipotēs, eterne




Deus: Qui inui si bili potenti a sacramentorū tuorū mirabi=



liter ope ra ris effectum. Et licet nos tantis mysterijs exe=



quēdis sumus indigni: tu tamē gratie tue dona nō deserēs,



etiam ad preces nras aures tue pie tatis inclinas. Deus cuius



spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur:

vt iam

vt iã tũc virtutem sanctificationis aquarum natura ꝯciperet.

Deus q nocẽtis mũdi crimina p aquas abluẽs regenera-

ti o nis speci ez in ipsa diluuij effusio ne signasti: vt vnius

e iusdẽqz elemẽti mysterio, ꝛ finis esset vi ti o ꝛ origo vir-

tutibꝰ: Respice dñe in faci em eccleſi e tue: ꝛ multiplica in

e a re generati o nes tuas: q grati e tu e affluẽtis ĩpetu leti-

ficas ciuitatẽ tuã: fõtẽqz baptismatis aperis toto orbe terra-

 rum

rūz gētibus innouādis: vt tu ꝗ ma ie statis imperi o, sumat

vni geni ti tui grati az de Spi ri tu sancto.

Hic sacerdos manū diuidat aq̄ꝫ in modum crucis.

Qui hanc a quaz re ge ne randis hominibus p̄paratam,

ar cana su i nu minis admisti one fecundet: vt scti ficati o ne

cōcepta, ab immaculato diuini fōtis v tero, in nouā renatāqꝫ

cre aturā ꝓgenies celestis emergat. Et quos aut sex⁹ in cor-

pore, aut ꝗtas discernit in tēpore, omnes in v naz pariat

gratia

gra ti a ma ter in fan ti am. Procul er go hinc iuben te te

domine, ois spiritus immũdus abscedat: pcul tota neq tia

di a bolice fraudis absistat. Nihil hic lo ci ha be at cõtra=

ri e vir tu tis admi stio: nõ in si di ando circumuolet: non

la tendo sur re pat: non in fi ci endo corrumpat. Hic a=quam manu tangat

Sit hec ✠ sctã & innocẽs cre a tura, liberaq3 ab omni im=

pugnatoris ingressu, & to tius ne qui ti e purgata discessu.

Sit fons ✠ viuus, aqua ✠ regenerās, vnda ✠ purificās:

vt omnes hoc la ua cro sa lu ti fe ro diluendi, operante in

e is spiritu sctō, pfecte purgati o nis in dulgētiā ɔsequātur.

Hic faciat crucem supra fontem dicendo.

Unde bene ✠ dico te cre a tu ra aquę, per


deum ✠ viuum, per deum ✠ verū, per deū ✠ sanctū, per

deum qui te in prin ci pio ver bo se pa rauit ab a ri da:

cu ius spi ri tus su per te fere ba tur.

Hic diuidat & effundat aquam in quatuor partes, dicens.


Qui




Qui te de pa ra di si fonte manare fecit, ⁊ in quatuor flu-




mi ni bus di ui deus, totam ter ram ri ga re prę ce pit.



Qui te e ti am in deserto amarem su a virtute inclyta fecit




esse potab.lẽ, ⁊ si ti en ti popu lo de petra produxit. Be-



✠ nedico te per Jesum Christum fi li um e ius v nicum do-



minũ nostrũ: qui te in Chana Ga li lę ę si gno admirabi li



su a potenti a conuertit in vinũ: Qui pedibus suis super te

ambu-

ambu la uit: z a Joanne in Jorda ne in te ba pti za tus

est. Qui te vna cum san gui ne de la te re su o pro du-

xit: z disci pu lis su is iussit, vt cre den tes ba ptiza-

ren tur in te di cens: Ite do ce te omnes gen tes, ba-

ptizantes eos in nomine pa tris z fi li j, z spiri tus sancti.

¶ Hic mutet vocem quasi lectionem legens: z dicit.

Haec nobis pcepta seruantibus tu deus ops clemẽs adesto: tu benig nus aspira. Halet ter in aquam in modum crucis tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt pter naturalem emundationez quã lauandis possunt adhibere corporibus, sint z purificandis mentibus efficaces. Hic sacerdos ponat cereuz parum intus in aquam, z resumens tonum prefationis dicat.

Descẽdat in hãc ple ni tu di nẽ fontis virtus spũs sctĩ:


Deinde

Deinde extractum cereū de aqua profundius mergit aliquāto altius repetens **Descendat in hanc** postea extractum rursum cereum de aqua tertio immergens usque ad fundum altiori adhuc voce repetat **Descendat** ut supra. Et deinde Exufflans ter in aquam prosequitur.




totāq; huius aquę substā ti am re ge nerandi fęcūdet effectū,


Hic tollatur cereus de aqua.




Hic om ni um pec ca to rum ma cu lę




de le an tur: hic na tu ra ad imagi nem tu am con di-



ta, & ad ho no rem su i reforma ta prin ci pi j, cunctis




ve tu sta tis squal lo ri bus emun de tur: ut omnis ho-



mo sa cramentum hoc re gene ra ti o nis in gressus,

in verę



Hec dicat legendo. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen. Hic de ipsa aqua benedicta per sacerdotes aspergatur super populum: et interim quispiam clericus hauriat de aqua illa benedicta ex fonte ad aspergendas domos et quelibet loca. Postea sacerdos qui benedixit fontem infundat de oleo cathecumenorum in modum crucis in fonte super ipsam aquam dicens intelligibili voce. Sanctificetur, et fecundet fons iste oleo salutis, renascentibus ex eo, in vitã eternaꝫ. ℟. Amen. Deinde infundit de chrismate modo quo supra dicens. Infusio chrismatis Dñi nostri Jesu Christi, et spiritus sãcti paracliti, fiat in noie Sancte Trinitatis. ℟. Amẽ. postea accipit ambas ampullas dicit olei sancti, et chrismatis, et de vtroque simul in modum Crucis infundens dicit. Comistio chrismatis sanctificationis, et olei vnctionis, et aque baptismatis pariter fiat: In noie Pa ✠ tris, et Fi ✠ lij et Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. Tunc misceat ipsum oleum cum eadem aqua, et aspergat cum manu per totam fontem. Si aderunt baptizandi, eos baptizat more consueto. Deinde dicuntur litanie, postea rediens preparat se pro Missa solenniter celebranda.

De pcessione in nocte pasche añ matu. ad sepulcrũ Chri. ca. 10.




Die Sancto Resurrectionis, cum fuerit pulsatum ad matutinum, antequam populus intret ecclesiam, sacerdos cum cruce, et thuribulo apparatus superpelliceo, stola, et pluuiali, precedentibus cereis accensis; et sequente toto clero cum reuerentia aperto sepulcro, accipiat corpus Domini: et portet illud in locum, vbi sacrosanctum sacramentum seruari consueuit. Et interim chorus cantet sequentes psalmos, vel aliquem eorum. Psalmus.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt anime mee: non est salus ipsi in Deo eius. Tu autem dñe susceptor meus es: gloria mea,

mea ꝛ exaltans caput meũ. V oce mea ad dñm clamaui: ꝛ exau-
diuit me de monte sancto suo. E go dormiui ꝛ soporatus sum: ꝛ
exurrexi, qꝛ dñs suscepit me. N on timebo millia populi circun-
dantis me: exurge dñe, saluũ me fac Deus meus. Q m̃ tu per-
cussisti oẽs aduersantes mihi sine causa: dentes peccatoꝝ con-
triuisti. D ñi est salus: ꝛ sup populũ tuũ bñdictio tua. G loria.
Aña. D ñe probasti me, ꝛ cognouisti me. Sup. fol. 149. Psalmus.

M Iserere mei deus, miserere mei: qm̃ in te confidit aĩa mea.
E t in vmbra alarum tuarum sperabo: donec trãseat ini-
quitas. C lamabo ad deũ altissimuꝫ, deum qui benefecit mihi.
M isit de celo ꝛ liberauit me: dedit in opprobrium cõculcantes
me. M isit deus misericordiã suaꝫ, ꝛ veritatẽ suã: ꝛ eripuit aĩam
meam de medio catuloꝝ leonuꝫ, dormiui conturbatus. F ilij
hoim dentes eoꝝ arma ꝛ sagitte: ꝛ lingua eoꝝ gladius acu-
tus. E xaltare super celos Deus: ꝛ super omnem terram gloria
tua. L aqueũ parauerũt pedibus meis: ꝛ incuruauerunt ani-
mam meam. F oderunt ante faciem meam foueam: ꝛ incide-
runt in eam. P aratum cor meum deus, paratum cor meum:
cantabo ꝛ psalmum dicaꝫ. E xurge gloria mea, exurge psalte-
rium ꝛ cithara: exurgam diluculo. C onfitebor tibi in populis
domine: ꝛ psalmum dicam tibi in gentibus. Q uoniam magni-
ficata est vsque ad celos misericordia tua: ꝛ vsque ad nubes ve-
ritas tua. E xaltare super celos Deus: ꝛ super omnem terram
gloria tua. G loria patri, ꝛ filio: ꝛ spiritui. Finitis psalmis sacer-
dos precedentibus cereis ꝛ thuribulo, corpus Domini portet
ad sanctuarium suum, sequente clero ꝛ cantante. ℟. Surrexit
pastor bon. ꝛ sepulcrum patenter dimittatur apertum. ℟ium.



Urrexit pastor bo nus, qui a ni-
mam suam po su it pro o ui bus
suis,

su is, Et pro su o gre ge mo ri di=

gna tus est. Al le lu ia. Al le lu=

ia. Al le lu ia. ℣. Sur re xit dominus

de se pul cro: qui pro nobis pepen dit in li=

gno: Et pro su o.

Tunc sacerdos faciens officium stans cũ sacerdotibus in choro dicit versum. Surrexit Dñs vere, allā. ℟. Et apparuit Simoni, alleluia. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus: q hac sacratissima nocte cũ potẽtia tue maiestatis resurgẽs, portas inferni ɔfregisti: ꝛ oibus ibi detẽtis dexterã tue misericordie porrexisti: scilicet miserando diutius penis estuãtis gehenne cruciari, quos dudum ad imaginẽ tuã creasti: te q̃s nos indigni, ꝛ vltima pars creature tue: vt per gratiã tue miserationis, ac per sancte resurrectionis tue amorẽ, nec nõ oium sanctarũ aiarum, quas hac sacratissima nocte de penis inferni ad celestia regna perduxisti, simulqȝ ꝑ omne mysteriũ qd̃ in resurrectione tua celebrasti, nobis indignis ac fragilibꝰ, oium pctõꝝ nostrorũ ĩdulgẽtiã largiri digneris: atqȝ irã, ꝛ furorẽ, ꝛ indignationem tue vindicte a nobis repellas: ꝛ auxiliũ, ɔsolationẽ, ac ꝓtectionẽ in oibꝰ pctis, periculis, ac in=

ac infirmitatibus aīarū ꝛ corporū nobis ꝯcedas: ꝛ sicut corpus tuę humanitatis, qđ ad tēpus ꝑ nr̄a salute exuisti, post triduū tuę maiestatis potentia resuscitasti: ita corpora ꝛ corda nr̄a ab oib⁹ vitijs emēdari, ꝛ aīas nr̄as in futura resurrectione btōꝝ spirituū cętibus facias aggregari. Qui cū Pr̄e ꝛ spū scō viuis.

In memoriam ꝛ laudem gloriosę Resurrectionis tuę, hymnum dicat tibi oīs creatura tua dñe: ꝛ nos, quāuis pc̄tōres, ꝛ delinquentes, hymnum dicimus: gr̄as agimus: venerandamq; crucem tuā adoramus: sanctāq; resurrectionē tuā laudamus ꝛ glorificamus: qm̄ per te redempti sumus: ideoque crucifixum dn̄m laudamus: ꝛ sepultū propter nos magnificamus: resurgētemq; a mortuis adoramus: ꝛ petimus, vt ꝑ te ꝛ ꝑ sanctā resurrectionē tuā, nos a morte animarū nostrarū resuscitare digneris. Qui cū Patre ꝛ Spū sancto viuis, ꝛ regnas in vnita. Oro.

Domine Iesu Christe propter hoc gaudium, quod tu cum sanctissima aīa tua ꝛ corpore, in tua scā resurrectione voluisti habere cū oībus fidelibus tuis, iustis ꝛ pc̄tōribus, viuentibus ꝛ mortuis, miserere nobis, sicut vis, ꝛ scis necessitates animarū ꝛ corporū: ꝛ da nobis spatiū pęnitentię, ꝛ verā cōpūctionē, ꝛ emendationē oīuz peccatorū nostrorū: ꝛ pr̄sta nobis Iesu Christe, vt preciū corporis, ꝛ sanguinis tui, cū quo nos in sancta cruce redemisti, pcipiamus ad salutē aīarū nostrarū in nouissima hora: ꝛ ꝙ spiritualē vnctionē spiritalis olei ꝛ salutaris cū oī affectu cordiū, ꝛ corporū percipiamus. Qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuis ac regnas in vnitate, ꝛc. Orationibus finitis, sacerdos corpus Dn̄i reuerenter thurificet. Et duꝫ pędictę orōnes dicuntur, duo diaconi parentur cum dalmaticis albis, ꝛ in ecclesia remaneant. Sacerdos autem paratus, vt supra, cum toto clero exeat per portam ecclesię minorem, maiori porta clausa relicta: ꝛ veniant ad portaꝫ maiorē ecclesię cantādo rn̄soriūꝫ Dū transisset sabbatum, ꝛ cum illuc peruenerint, sacerdos accedit ad portā clausaꝫ, ꝛ clerus circunstat cum Responsorium.



Cum tran sisset sab ba tum, Mari a Magda-

Mag da le ne et Maria Ja co bi et Sa lo me emerunt aroma ta. Ut venientes vn ge rent Je sum. Alle lu ia. Al le lu ia. ℣. Et valde mane vna Sabbatorum veniunt ad monumen tum or to iam so le. Ut venientes.

℟. Gloria Patri et Fi li o: et Spiri tu i san cto. Al le lu ia.

Et dum

Et dum peruenerint ad fores Ecclesie, completo ℟. cum ℣. et replica: plebanus vel sacerdos paratus pulsat ad ostiuz manu, vel cum cruce, dicens sonora voce in tono lectionis. **Attollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie.** Et pro ista prima pulsatione, illi deintus nihil respōdēt. Et facto modico interuallo, sacerdos iterū vehemētius pulsat ostiū dicēs voce altiori, in tono lectionis. **Attollite portas principes vestras, etc.** Et illi, deintus nihil rñdent. Et tunc sacerdos modico interuallo facto, iterum in eodem tono, sed altius quaz secundo pulsans fortiter ostium Ecclesie, dicit **Attollite portas principes.** Tunc illi diaconi deintus statuz cantando respōdēt.

Quem que ri tis in se pul cro Chri sti co le.

Et illi deforis respondent.

Iesum Naza re num cru ci fi xum o ce li co le.

Et iterum illi deintus respondent.

Non est hic fur re xit sicut pre di xerat: i te nun cia te qui a sur re xit a mor tu is.

Hoc finito, qui deintus sunt aperiant portā Ecclesie: et omnes ingrediantur. Et iterum dicant qui deintus erant.

Ve ni te et vi de te locum, v bi po si tus e rat domi nus.



nus. Al le lu ia. Al le lu ia.

Et dum fuerint portam ingressi, firment se omnes: ⁊ dividant se per choros. Tūc plebanus vadat ad sepulcrū: ⁊ ponat caput in fenestra sepulcri: ⁊ postea conversus ad populum dicat voce mediocri.



Sur re xit Chri stus.



Chorus respondeat. De o gra ti as.

Quo dicto, plebanus procedat aliquantulum versus populum: ⁊ exaltet vocem altius quam primum, ⁊ dicat.



Sur re xit Chri stus.



Chorus respondeat. De o gra ti as.

Iterum tertio plebanus procedat versus populum aliquantulum: ⁊ exaltata voce adhuc altius quam secundo fecerat, dicat.



Sur re xit Chri stus.



Chorus respondeat. De o gra ti as.

Quo facto omnes procedant ad sepulchrum, ⁊ faciant choros hinc ⁊ inde. Tunc plebanus vadat ad ostium sepulcri, ⁊ statim retrocedat versus chorum, ⁊ det pacem primo sacerdoti, seu clerico, vel domino terre, si ibi fuerit, ⁊ dicat voce submissa. **Surrexit dominus,** ⁊ ille respondeat. **Deo gratias.** Deinde omnes sibi mutuo dent pacem, dicentes **Surrexit dñs,** Et ille cui pax datur, Rñdeat. **Deo gratias.** Postmodum vadat omnes ad altare beate virginis processionaliter: ⁊ coram altari genuflexi, sacerdote incipiente antiphonam **Regina celi.** cam totam cantent pro gaudio resurrectionis filij sui, domini nostri. Aña.

Regina

Regina celi letare, Alleluia. Quia quem meruisti portare, Alleluia, Resurrexit sicut dixit. Alleluia. Ora pro nobis deum, Alleluia.

℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix, alleluia. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, Alleluia. Oremus.

Deus, qui per unigeniti filij tui Dñi nostri Jesu Christi resurrectionē, familiā tuā letificare dignatus es, pŝta qs: ut per eius venerabilē genitricem virginē Mariam. perpetue capiamus gaudia vite. Per eundē Chr̃m dñm nr̃m. Oremus. Oro.

Gratiam tuam, quesumus domine, mentibus nostris infunde: ut qui angelo nunciante Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius et crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum dominū nostrū.


¶ His finitis revertantur ad chorum, ⁊ cantent matutinas.

¶ De processione ad fontem in die Pasche. Cap. xi.


¶ In die sancto Pasche fit processio ad fontes post vesperas.

Dicta oratione post Magnificat, ordinetur processio ad fontes cum cruce, cereis, ⁊ cereo paschali, ⁊ thuribulo: ⁊ cantetur antiphona Pre timore, ⁊ dicatur tota aña ante psalmum.





Re ti mo re au tem e ius ex ter-




ri ti sunt cu sto des: ⁊ fa cti sunt ve lut

mor tu i, Al le luia. Psal's. Laudate pueri dominum.

Hic ps dicatur totus cum Gl'ia pat. Et dū cantatur procedūt ad fontes processionaliter. Cōpleto psalmo repetatur aña. Postea dicatur versum Christus resurgens ex mortuis. Et dū versus cantatur, sacerdos incenset fontes circumquaque. Responsorium.



Chri stus re sur gens ex mor tu is iam



non mo ri tur: mors il li vl tra non

non do mi na bi tur. Quod e nim vivit, vi=

vit Deo. Al le lu ia: Al le lu ia.

Duo clerici dicant versum.

D i cant nunc Jude i quo modo mi li=

tes cu sto di en tes sepulcrum per di de runt re gem ad

la pi dis po si ti o nem: qua re non ser va bant

pe tram iu sti ti e: aut se pul tum

reddant: aut re sur gen tem a do rent, nobiscum di=

 centes.




Completa repetitione post ℣. et ℟. dicatur ℣. In resurrectione tua Christe, alleluia. ℟. Celi et terra letentur, alleluia. Postmodum fiat Dominus vobiscum. Sacerdos dicat Oremus. Oratio.


Pcentes. Quod.

Presta quesumus omnipotens Deus, ut qui resurrectionis dominice solennia colimus, ereptionis nostre suscipere leticiam mereamur. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen, tunc incipiat aña Respondens aut angelus, Et tota dicatur ante psalmum antiphona.









Completa aña incipiatur ps. In exitu. et dr cũ tot' cũ

ritis, al leluia. Gl'ia psi. ps. In exitu Israel de Aegypto.


Et dum psalmus dicitur processio revertatur ad chorum: et dicto psalmo, antiphona repetitur. Finita antiphona, dicitur ℣. Dicite in nationibus, alleluia. Responsorium. Quia Dominus regnauit a ligno, alleluia. Oremus. Oratio.

Deus, qui oẽs in Christo renatos genus regiuz et sacerdotale fecisti: da nobis et velle et posse q̃ precipis: ut populo ad eternitatem vocato, una sit fides mentium, et pietas actionum.

Presta q̃s op̃s Deus: ut q gr̃az dñice resurrectionis agnouimus, ipsi per amorem spũs a morte aie resurgamus. Per eundem dñz nostruz. ℟. Amen. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum spir.

Ubi fuerit sepulcrum, ante ipsuz in reversione, post antiphonã Respondens repetitam, duo clerici cantent hymnum sequentem.

Sur=




Urrexit Christus bodie, bumano pro sola mi- ne: Mortez cōpassus corpo re: miser rimo pro homine. Apparuit discipulis, expoliatis inferis: recuperatis gaudijs patrie, quondaz perditis. Nos ergo dulci modulo, cūcti canētes proprio, pascbali pleni gaudio, benedicam⁹ dño. Dicto hoc ℣. sub eodem cantu a choro cantet Alleluia octo vicibus. Postea a predictis duobus dicātur. ℣. in eodem tono ipsius hymni.

O Mulieres tremulę, ad Galilęā pgite: discipulis pdicite, ꝙ surrexit rex glorię. Mulieres ad tumulū dona ferunt aromatū: albū vidētes Angelum, annūciātē gaudiū. Aeterna adsit claritas, surrexit ꝙ humanitas: cęlorū regi maximas Deo dicamus grās. Reiterat a choro sub eodem cātu Allā octo vicibus. Postea duo clerici dicāt ℣. Surrexit dñs de sepulcro, alleluia. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia. Oremus. Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui Angelum tuum de cęlo misisti, qui ab ostio monumenti saxū magnū sublevaret, quiqz sedens sup illud testimonium resurrectionis Dñi nostri Iesu Chri blādo sermone mulieribus nūciaret: nosque huius sacratissimi sepulcri hodie gaudijs illustrare dignat⁹ es: psta, qs, vt q huius venerabilis sepulcri claritatē agnouimus, p eiusdez Chri Dñi nri resurrectionē ad gaudia ęterna puenire mereamur, Qui tecū ꝛ cū spū scō viuit ꝛ regnat, Per oīa scla sclorum. ℟. Amen. Postmodum, vt in plerisqz Ecclesiis, dr Antiphona de beata virgine pro gaudio resurrectionis. Regina cęli letare. ℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. vt supra, folio 266. Oratio.

G Ratiā tuā, qs dñe, mētibus nris infunde: vt q Angelo nunciāte Chri filij tui incarnationē cognouimus, p passionem eius ꝛ crucē ad resurrectionis gloriam pducamur. Per eundē.

¶ De processione facienda in litania maiori, scilicet in festo sancti Marci. Cap. 12.

Ex legēda beati Gregorij Papę primi. Dū pestis, q̄ inguinaria dicebat, vrbē Romam acriter vastaret, btūs Gregorius Papa misertus ppli ↄtinue percuntis, instituit litaniā maiorē, ꝛ pcessionē septiformē ordinauit: totā Romanā vrbē in septē choros, seu septē partes diuidendo: quatenus plebis suę dcus misereret. In primo choro posuit totū clerū. In secundo oēs Abbates cū monachis suis. In tertio oēs abbatissas cū suis ↄgregationib⁹. In quarto oēs infantes, seu pueros. In qnto oēs laicos. In sexto oēs viduas. In septimo oēs mulieres ↄiugatas. Misertus est aūt dn̄s ppli sui: ꝛ vrbē a tali peste liberauit. Et ex hoc statutū fuit, vt singulis annis p vniuersum orbē, tali die fieret pcessio. s. 7. calen. Maij, in festo vel S. Marci euāgelistę. ¶ Ex ↄcilio Mogūtinēsi Ca. 6. Placuit nobis, vt litania maior sit obseruāda a cūctis Chrīanis die 7. calē. Maij (sicut in Romana Ecclesia ↄstitutū reperimus, ꝛ sicut sctī pr̄es ↄstituerunt) non equitādo, non pciosis vestib⁹ indutis, sed cinere respersis, ꝛ cilicio indutis, nisi infirmitas impedierit. ¶ Preparatis igit clericis, ꝛ pplō i ecclesia hora cōuenienti cū ad processionē exire debuerint, oēs flectentes genua, cantent hanc sequentem an̄am ex integro flexis genibus. An̄a.



Remus dilectissimi nobis deum patrem omnipotentem: vt cunctis mundum purget erroribus: morbos aufe-





au fe rat: famem depel lat: a pe ri at car ce res:

vincu la dissol uat: peregrinantibus re ditū, infir-

man ti bus sa ni ta tem, nauigantibus por tuz sa-

lu tis indul ge at: & pacem tri bu at in di e-

bus no stris: insu gētesq3 depel lat ini mi-

cos: & de manu in fer ni li be ret nos propter no-

men su um. Al le-

luia:

Cõpleta aña pcedẽti, incipiat aña. Exurge dñe, ⁊ oẽs surgentes eã prosequant. Antipho.

lu ia.


Exurge domine: ad iu ua nos: ⁊ li be ra nos


propter nomen tuuz. Ps. Deus auribus nostris au di=

uimus: pa tres nostri annun ci a uerunt nobis. ℣. Glo=

ria patri. Aña. Exurge dñe. Repetita aña incipiatur litania. folio 186. a duobus clericis ante altare genuflexis: ⁊ chorus psequat, oibus astantibus genuflexis, vsq3 dũ dicat. Sancte Petre, ora pro nobis. Et tũc egrediat pcessio precedentibus acolytis cũ cereis, ⁊ cruce, ⁊ subsequẽtibus clericis, iunioribus pcedentibus: vltimo sequet sacerdos cum pluuiali, ⁊ diacono ⁊ subdiacono cũ dalmaticis: ⁊ pcedãt cãtãdo litaniaz, quousq3 ad aliquaz Ecclesiã peruenerint: Quã ingressi, dimissa litania, incipiant añam hanc sequentem, ⁊ eam cantent. Aña.

Ego sum De us patruz vestro.ũ dicit do mi= nus,





Qua cantata, dicat sacerdos ℣. Propitius esto pctis nris dñe propter nomen tuũ. ℟. Ne quando dicant gentes, vbi est De⁹ eoꝝ? ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spũ tuo. Oremus. Oro.

Deus, qui iuste irasceris, & clementer ignoscis: afflicti populi lacrymas respice: & iram tuę indignationis, quã iuste meremur, propitiatus auerte. Per dominum nostrum Jesum.

Postea cantetur añã cum ver. & oratione de sancto vel sancta in cuius honore ecclesia illa est titulata. Quibus finitis resumpta litania i loco vbi dimissa fuerat, vel si fuerit completa, incepto aliquo hymno, procedant ad processionem. Et cũ ad aliam ecclesiam peruenerint: dimissa litania vel hymno, cãtent añã. ℟.









℣.

℣. Exurge Domine adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Oremus. Oratio.

Miserere, quesumus domine, familie tue: et intercedentibus omnibus sanctis tuis, munera compunctionis aperi: et largitate pietatis exaudi. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea dicatur antiphona, ℣. et orationes de sancto vel sancta, cuius est Ecclesia. Postea resumpta litania, vel hymno, vbi fuerant pretermissi, processionem prosequantur. Et cum peruenerint ad aliam Ecclesiam, pretermissis litanijs, vel hymno cantent antiphonam.



Domine Deus noster: qui cum patribus nostris mirabilia magna fecisti: nostris quoque glorificare temporibus: qui misisti manum tuam de alto: et libera nos saluator noster.

℣. Si ambulauerimus in medio tribulationis, viuificabis nos domine. ℟. Et nomen tuum inuocabimus. Oremus. Oratio.

Deus, qui culpas delinquentium districte feriendo percutis, et fletus quoque lugentium non recusas: presta, quesumus, vt qui pondus tue animaduersionis cognouimus, etiam pietatis gratiam sentiamus. Per dominum. Postmodum fiat memoria de sancto vel sancta, in cuius nomine illa Ecclesia intitulata est per antiphonam. ℣. et orationem. Et reassumatur litania vbi fuerat dimissa, vel hymnus: et ad processionem procedatur vsque ad aliam Ecclesiam, ad quam processio vadit: et ibi dimissa litania, vel hymno, cantetur. Antiphona.

Multa



Ulta sunt domine peccata nostra, que tibi pecca-


uimus pa ti en tia Israel: li be ra nos domine in

tem po re an gu stie no stre de us no ster.

℣. Dñe non secundum peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. Oremus. Oratio.

Deus qui culpas nostras pijs verberibus flagellas, vt nos a nostris iniquitatibus emundes: da nobis, et de verbere tuo proficere, et de tua citius consolatione gaudere. Per dñm nost.

Postea de sancto vel sancta, in cuius honore fundata est Ecclesia, per Antiphonas, versiculos et orationes fiat cõmemoratio. Et resumpta litania, vel hymno, vbi fuerant dimissa, procedatur ad aliam Ecclesiam. Quam ingressi cantetur Antiphona.



Arce domine, parce populo tuo: quẽ rede mi-

sti san guine tuo: vt nõ in eter num i rascaris nobis.

℣ Adiuua nos Deus salutaris noster. ℟ Et propter gloriam nominis tui libera nos. Oremus. Oratio.

Parce

Parce domine, parce populo tuo: et nullis iam patiaris adversitatibus fatigari, quos precioso filij tui, Domini nostri Jesu Christi sanguine redemisti. Qui tecum vivit et regnat in unit.

Postea fiat memoria de sctō vel sancta illius Ecclesię per añaz. ℣. et orationē. et resumpta litania, vel hymno, procedatur ad processionem versus Ecclesiaz, ubi processio debet terminari. Quā ingressi clerici et religiosi, si affuerint, collocent se hinc et inde: nec recedant, donec oīa fuerint cōpleta. Et hoc etiā in alijs processionibus observetur. Ingressi igitur Ecclesiaz cantēt Añaz.

Peccauimus dómine, et tu i ra tus es nobis: et

non est qui ef fu gi at manum tu am: sed supplicamus

ut veniat su per nos mi se ri cor di a tu a: et qui Ni ni-

ui tis pe per ci sti, mi se re re nobis domi ne de us no ster.

Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pr̄ nr̄. Et ne nos. ℣. Salvos fac servos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Tribulationes cordis nr̄i multiplicatę sunt. ℟. De necessitatibus nostris libera nos dn̄e. ℣. Peccavimus cū patribus nostris. ℟. Iniuste egimus, iniquitatez fecimus. ℣. Miserere nr̄i dn̄e, miserere nr̄i. ℟. Quia multū repleti sumus despectione. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum speravimus in te. ℣. Deus ne elongeris a nobis. ℟. Deus in auxilium no-

lium nostrum respice. ℣. Memor esto congregationis tue. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Domine exaud. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Clamantiũ ad te domine preces dignanter exaudi: vt sicut Niniuitis in afflictione positis pepercisti, ita et nobis in presenti tribulatione succurrere digneris. Per Christũ. ℟. Amen. Oremus.

Da nobis, quesumus domine, de tribulatione letitiam: vt qui diu pro nostris peccatis affligimur, in tua misericordia respiremus. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Succurre, quesumus domine, populo tuo supplicanti: et opem tuam tribue benignus infirmis: vt syncera tibi mente deuotus, et presentis vite remedijs gaudeat, et futuris. Per Christum. ℟. Amen. Oremus.

Deus qui peccantium animas non vis perire, sed culpas, contine, quam meremur iram: et quam precamur super nos effunde clementiam: vt de merore gaudium tue misericordie consequi mereamur. Per Christum dominum. ℟. Amen. Oremus.


Aures tue pietatis, quesumus domine, precibus nostris inclina: vt qui peccatorũ nostrorũ flagellis percutimur: intercedẽtibus beatissima virgine Dei genitrice Maria cum beatis Apostolis Petro et Paulo, beato Marco euãgelista, et beato Gregorio confessore tuo atque pontifice, miserationis tue gratia liberemur. Per Christum. ℟. Amẽ. Oremus.


Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus: et sperantes in tua misericordia, intercedentibus omnibus sanctis tuis, celesti protegas benignus auxilio. Per Christum dominum. ℟. Amen.

Postea fiat memoria de patrono huius Ecclesie, per antiphonam, ℣. et orationẽ. Et terminetur oratio per Per dominum nostrum. In fine cantetur. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Et hoc modo terminantur omnes processiones sequentes. ¶ Si fuerint plures Ecclesie visitande, repetatur de suprapositis antiphonis, ℣. et orationibus. Si fuerint pauciores dimittatur de antiphonis, ℣. et orationibus medium, secundum quod necessarium fuerit. ¶ Ubi autẽ tali die solent benedici sata, et vinee, egrediatur processio extra ciuitatem, vel oppidum, aut villam: et dicantur seu cantentur benedictiones que supra posite sunt in secunda parte huius libri pro festo sancti Marci. f. 401. Et postea compleatur processio, sicut in hoc loco notatur. ¶ Ritus seu modus huius processionis obseruetur in omnibus processionibus sequẽtibus, nisi vbi aliud fuerit assignatum.

¶ Antiphone


¶ Antiphone dicende in ecclesijs, per quas processio transit, secundum earum titulos. ¶ De sanctissima Trinitate Antipho.







Duo clerici dicant ℣. Quod etiam in sequentibus obseruetur.
℣. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu. ℞. Laudemus et superexaltemus eum in secula. Oremus. Oratio.


Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei, eterne trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maiestatis adorare vnitatem, quesumus: vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Christum. ¶ De sacratissimo corpore Christi Antipho.








et fu-







℣. Panem celi dedit eis: alleluia. ℟. Panem Angelorum mãducauit homo, alleluia. Oremus. Oratio.

DEus, qui nobis sub sacramẽto mirabili passionis tue memoriam reliquisti, tribue, quesumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis & regnas per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ¶ De Sancta Cruce. Antiphona.








℣. Adoramus te Christe: & benedicimus tibi. ℟. Quia per crucem tuam redemisti mundum. Oremus. Oratio.


DEus, qui vnigeniti filij tui precioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti, concede, quesumus, eos, qui eiusdem sancte Crucis gaudent honore, tua quoque vbiqz protectione gaudere. Per eundem Christum dñm nrm. ℟. Amen.

¶ De beata Virgine. Antiphona.





Mm




℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Oremus. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quesumus domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate Marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, et eterna perfrui letitia. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ☞ De angelis. Antiphona.









℣. In conspectu angelorum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Oremus. Oratio.

Deus, qui miro ordine angelorum ministeria, hominumque dispensas, concede propitius: ut quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum dominum nostrum. Responsorium. Amen.

☞ De sancto Joanne Baptista, Antiphona.





rexit




℣. Fuit homo missus a Deo. ℟. Cui nomen erat Joannes.

re xit ma ior Jo an ne Ba pti sta. Oremus. Oro.

PReſta, q̃s om̄ps Deus: vt familia tua p viã ſalutis incedat: ⁊ btĩ Joannis pcurſoris hortamenta ſectando, ad eũ quem pdixit, ſecura perveniat Jeſum Chriſtũ dñz nõ. Qui tecũ. ℟. Amẽ.

Dũ proceſſio pcedit p eccleſias; ſi habent añã, ⁊ orõ propria de ſancto illis eccleſie patrono, a clericis ipſius eccleſie preparent ⁊ cantentur: alias dicantur añe, ⁊ orationes de communi ſanctorum, ſecundũ eorum qualitates. ¶ De Apoſtolis. Añã.








℣. In oẽm terram exiuit ſonus eorũ. ℟. Et in fines orbis terre verba eorũ. Si fuerit vnius apoſtoli eccleſia. Oremus. Orõ.

BEati N. apoſtoli tui dñe precibus adiuuemur: vt qđ poſſibilitas nr̃a nõ obtinet, eius nobis interceſſione donet. Per Chriſtũ dñm nr̃m. ℟. Amen. Si fuerint plures apoſtoli. Oratio.

DEus qui nos per beatos apoſtolos tuos N. ⁊ N. ad agnitionẽ tui nois venire tribuiſti: da nobis eorũ gloriã ſempiternã ⁊ proficiendo celebrare, ⁊ celebrãdo proficere. Per Chriſtũ dominũ noſtrum. ℟. Amen. ¶ De vno martyre. Antiphona.








℣. Gloꝛia ⁊ honoꝛe coꝛonasti cũ domi ne. ℟. Et constitui sti eum super opera manuum tuarum.

Si fuerit pontifex. Oremus. Oratio.

Infirmitatem nostram respice omnipotens Deus: ⁊ quia pondus pꝛoprie actionis grauat, beati N. martyris tui atque põtificis intercessio glorioſa nos protegat. Per Chꝛistum dominũ nostrũ. ℟. Amen. Si fuerit soluz martyr. Oremus. Oratio.

Pꝛesta, q̃s ops Deus, vt interueniẽte beato N. martyre tuo, ⁊ a cunctis aduersitatibus liberemur in coꝛpoꝛe, ⁊ a prauis cogitationibus mũdemur in mente. Per Chꝛistum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ De pluribus martyribus. Antiphona.






vesti gi a sunt se cu ti: ⁊ qui a pro e ius a mo



exult-



℣. Letamini in domino, et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus. Oratio.

Beatorum martyrum, pariterque pontificum N. et N. nos, quesumus domine, merita tueantur, et eorum commendet oratio veneranda. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amē.

Si fuerint martyres non pontifices. Oremus. Oratio.

Presta, quesumus omnipotens Deus, vt qui gloriosos martyres N. et N. fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ De vno confessore. Antiphona.






℣. Amauit eum Dominus, et ornauit eum. ℟. Stolam glorie induit eum. Oremus. Oratio.

Exaudi, quesumus domine, preces nostras, quas in beati N. confessoris tui atque pōtificis cōmemoratione deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari, eius intercedētibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Christum dominum nost. ℟. Amen. Si non fuerit pontifex. Oremus. Oratio.


Adesto domine supplicationibus nostris: quas in beati N. confessoris tui veneratione deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per Christum. Si fuerit Abbas. Oremus. Oratio.

Intercessio nos, quesumus domine, beati N. Abbatis cōmendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

De vna Uirgine Aña:

E ni electa mea: ꝛ ponã in te thro-




num me um, Al le lu ia.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in eternũ. Si fuerit virgo martyr. Oremus. Oratio.


Indulgentiam nobis domine beata N. virgo ꝛ martyr implorer: que tibi grata semper extitit, ꝛ merito castitatis, ꝛ tue professione virtutis. Per Christũ dominum nostrum. ℟. Amẽ.

Si fuerit virgo ꝛ non martyr, vel nec virgo nec martyr. Oremus. Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris nr̃, vt sicut de btẽ N. cõmemoratione gaudemus, ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per Christũ dñm nr̃m. ℟. Amen. ¶ De pluribus virginibus. Aña:

Rudẽtes virgines apta te vestras lãpades: ecce



sponsus ve nit: e xi te obuiã e i.

℣. Adducentur regi virgines post eam. ℟. Proxime eius offerẽtur tibi. Oremus. Oratio.

Da nobis, qs dñe Deus nr̃, sanctarũ virginum ꝛ martyrum tuarum N. ꝛ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mente non possum⁹ celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per Christũ dñm nostruꝫ. ℟. Amen.

¶ De processionib. faciẽ. in trib. dieb. Rog. Ex cõc. Aurel. C. 6.




Um exigentibus peccatis galliarum, plurimi luporum rabie acriter interimerentur, nec huius flagelli aliquod remedium inueniri posset: congregati traduntur galliarum episcopi apud Uiennam vrbem,


atque

atque in commune statuisse, vt triduanum ieiunium facerent. Cumq3 dñs pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudine annuę celebritatis venerũt: vt per Galliarum puincias ante ascensionis dñi diez celebrarent. Agamus ⁊ nos hos dies cũ summa reuerentia ⁊ deuotione, cũ abstinẽtia carnis, ⁊ humilitate cordis, vt inuisibiliũ luporũ, idest spirituũ immũdoꝝ tẽtamenta vincere valeamus. Nullus aũt his diebus vestimẽtis p̃ciosis induat, q2 in sacco ⁊ cinere lugere debemus. Prohibeãtur ebrietates ⁊ commessationes, q̃ sunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare p̃sumat, sed discalciatis pedibus oẽs incedãt, Nequaq̃ mulierculę choros ducãt: sed oẽs in cõmune Kyrie eleison decantent: ⁊ cũ cõtritione cordis, Dei misericordiam exorẽt, Pro peccatis, pro pace, pro peste, pro ꝯseruatione frugũ, ⁊ p cęteris necessitatibus. Dies enim sunt abstinẽtię, nõ lętitię.

¶ Ex concilio Aureliauenst. de consec. dist. 3. cap. Rogationes. Rogationes, idest litanias ante ascẽsionẽ Dñi placuit celebrari: ita vt p̃missum triduanũ ieiuniũ dñicę ascensionis solẽnitate soluat: Per hoc triduũ serui ⁊ ancillę ab opere relaxentur, quo magnis plebis vniuersa conueniat. Quo triduo oẽs abstineant, etiam quadragesimalibus cibis vtantur. ¶ De processione in tribus diebus rogationũ, in qbus fiũt litanię minores. Cap. 18.

Feria 2. 3. ⁊ 4. in rogationibus conuenientes clerici ad ecclesiã hora cõueniẽti oibus p̃paratis incipiãt añam. Oremus. f. 266. qua cantata, incipiatur aña. Exurge dñe. f. 268. ⁊ cantẽt litaniã, ⁊ pcedãt: ⁊ oia cãtẽtur sicut notatũ est in litanijs maiorib9. f. in festo sci Marci euãgelistę. In aliquib9 ecclesijs solẽt portari dracones ⁊ lupi sup pticas ad denotãdũ causam quare instituta fuerint hęc pcessio i trib9 dieb9 rogationũ. Ubi aũt cõsueuit q pcessio egrediat ad cãpos ⁊ agros, sacerdos aspgat aquã bñdictã p agros ⁊ vineas: ⁊ interiꝫ clerici cãtẽt Añam. Rigans montes. ⁊ ps. B fidic aia mea. 2. q̃ aña tota dicat ante psalmũ, ⁊ tota post psal. repetatur. Añ.





nis. ps. Benedic anima. ij. E v o v a e. Psalmus.

Benedic aīa mea domino: dñe deus meus magnificatus es vehementer. Confessionē z decorem induisti: amictus lumine sicut vestimēto. Extēdēs celū sicut pellē: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas sup pennas vētoꝝ. Qui facis angelos tuos spūs: z ministros tuos ignē vrentē. Qui fundasti terrā sup stabilitatē suā: nō inclinabit in seculū seculi. Abissus sicut vestimētū amictus eius: super mōtes stabūt aque. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabūt. Ascēdūt mōtes, z descendūt cāpi: in locuz quē fundasti eis. Terminū posuisti, quez non transgredientur, neqz ɔuertentur operire terram. Qui emittis fontes in ɔuallibus: inter mediū montiū ptransibunt aque. Potabūt oēs bestie agri: expectabūt onagri in siti sua. Sup ea volucres celi habitabūt: de medio petrarū dabūt voces. Rigans mōtes de superioribus suis, de fructu operū tuorū satiabit terra. Producens fenū iumētis: z herbā seruituti hoīum. Ut educas panē de terra: z vinū letificet cor hoīs. Ut exhilaret faciē in oleo: z panis cor ho-

cor hoīs ꝯfirmet. Saturabūt ligna cāpi, ⁊ cedri libani, quas plātauit, illic passeres nidificabūt. Herodij domus dux est eorū: mōtes excelsi ceruis: petra refugiū herinacijs. Fecit lunam in tpe: sol cognouit occasum suū. Posuisti tenebras ⁊ facta est nox: in ipsa ptransibunt oēs bestię syluę. Catuli leonū rugientes, vt rapiāt: ⁊ q̄rant a Deo escā sibi. Ortus est sol ⁊ ꝯgregati sunt: ⁊ in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suū: ⁊ ad operationē suā vsq; ad vesperam. Quam magnificata sunt opera tua dn̄e: oīa in sapiētia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnū ⁊ spatiosū manibus: illic reptilia quoꝝ nō est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues ptransibūt. Draco iste quē formasti ad illudendum ei: oīa a te expectāt, vt des illis escā in tpe. Dante te illis colligēt: aperiēte te manū tuā oīa implebunt bonitate. Auertente autem te faciē turbabunt: auferes spūm eoꝝ ⁊ deficiēt, ⁊ in puluerē suum reuertent. Emitte spūm tuū ⁊ creabunt: ⁊ renouabis faciem terrę. Sit gloria dn̄i in seculū: letabit dn̄s in operibus suis. Qui respicit terrā, ⁊ facit eā tremere: qui tangit montes ⁊ fumigāt. Cantabo dn̄o in vita mea: psallā Deo meo quandiu sum. Iucūdū sit ei eloquiū meū: ego vero delectabor in dn̄o. Deficiāt pctōres a terra, ⁊ iniqui ita vt non sint: bn̄dic anima mea dn̄o.

Repetita post psalmū aña, dicat Kyrie ele. Chꝛe ele. Kyrie eleis. Pr̄ nr̄. Et ne nos. Sed libe. ℣. Dn̄s dabit benignitatem. ℟. Et terra nr̄a dabit fructū suū. ℣. Emitte spūm tuū ⁊ creabūtur. ℟. Et renouabis faciē terrę. ℣. Dn̄e exaudi orationem. ℟. Et cla. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

BEnedicat nos deus deus noster, ⁊ terrę nostrę fructus vberes multiplicet: vt seminātes in gaudio seminēt, ⁊ metentes in exultatione colligant manipulos, ⁊ te semper benedicant. Per Christū dn̄m nostrū. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

QUęsumus oīps Deus misericordiā tuam, vt benedicere ⁊ multiplicare digneris fines ⁊ fruges famuloꝛum tuoꝝ, sicut multiplicasti fruges patriarcharum Abraham, Isaac, ⁊ Iacob: vt sit seruis tuis abundantia: ⁊ egenus ⁊ pauper laudēt nomē glorię tuę. Per Chrm̄ dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Oremus. Orō.

CLementiam tuam omnipotens Deus supplices deprecamur vt benedicere ⁊ visitare, ⁊ irrigare digneris fruges ⁊ fines

fines seruorum tuorum: et vt defendas ab omni infestatione inimici: abundantia benedictionis tue repleas eorum inopiam: vt tibi semp laudes referant, qui das escas omni carni. Per Christum dñm nostrum. Responsorium. Amen. Oremus. Oratio.

Deus celi terreqz dñator, te supplices exoramus, vt Angelũ tuum mittere digneris, qui custodiat et defendat fines et fruges famulorũ tuorũ ab oĩ incursione inimici: vt abundantia bñdictionis tue repleas eorum inopiam: et tibi semp laudes referant: vt hic et in eternũ p te salui esse mereant. Per dñm nrũm.

Finitis predictis orationibus in agris, procedant ad ecclesiam vbi fieri debet processio: et cantent omnia, sicut supra signatum est in litanijs maioribus. Completa processione, et dicto Benedicamus domino, et Deo gratias. Sacerdos deposito pluuiali accipiat planetam, et cantet Missam ferialem vt in Misali.

¶ Processio in festo Ascensionis Domini.



In festo Ascensionis Dñi fit processio in aliquib⁹ ecclesijs circa ecclesiã, vel plateam ipsius hoc ordine: Dicta tertia, sacerdos cum pluuiali, et ministri sacris vestibus suorũ ordinũ induti, p̃cedẽtib⁹ acolytis, cũ cruce: cereis, et thuribulo, et aqua bñdicta, et clericis sequẽtibus, iunioribus p̃cedentibus veniant ad chorũ: Et sacerdos ad inchoationẽ processionis genuflexus incipiat hymnũ de Ascensione Dñi, Jesu nr̃a redẽptio. vt infra in hymnis notatus est: et clericis prosequentibus procedant circa ecclesiã, vel plateam ipsius. Completo primo hymno incipiat secundum, Aeterne rex altissime. Ad portã vero ecclesie sacerdos incipiat añam. O rex glorie. et oẽs eam prosequantur procedendo ad chorum. Aña.




nos



Finita Antiphona, duo clerici cãtent ℣. Aſcendit deus in iubilatione, Alleluia. ℟. Et dominus in voce tubę, Alla. Et ſacerdos Oremus. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in alta celoꝝ potenter aſcendens, captiuitatem noſtram ſua duxit virtute captiuam, tribue, queſumus, vt dona, que ſuis participibus contulit, largiatur ⁊ nobis Jeſus Chriſtus filius tuus Dominus noſter: Qui tecum viuit ⁊ regnat per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

❡ De proceſſione in feſto Pentecoſtes. Cap.15.



In die ſancto Pẽtecoſtes in aliquibus Eccleſiis ſit talis pceſſio. Finita tertia, ſacerdos cũ miniſtris paratus accedit ante altare maius: ⁊ genuflexis oĩbus, ſacerdos incipit hymnũ. Veni creator ſpũs. ⁊ reliq proſequunt. Et dicto primo verſu ſurgunt oẽs pcedentibus acolytis cũ cereis, cruce, ⁊ thuribulo, iunioribus pcedẽtibus: ⁊ pſequentes hymnũ pdictũ circũeunt plateã Eccleſię. Et facta pceſſione intrãt Eccleſiã ⁊ firmãt ſe clerici hinc ⁊ inde, ⁊ ſacerdos in medio, donec terminet hymnꝰ: Tũc incipit introitꝰ Miſſe, ⁊ cãtat vſq3 ad Gloria pa. Interim aliq clerici in eminenti loco poſiti piiciunt folia roſaꝝ ⁊ alioꝝ florum paulatim ſuper ſacerdotẽ. Dicto ℣. poſt introitũ, ſacerdos dicit in cantu. Gloria pa. ⁊ clerici pſequẽtes vadũt ad Choꝝ, ⁊ ſacerdos cũ miniſtris ad altare: ⁊ Miſſaꝝ pſequũtur. Et alicubi fit talis pceſſio etiã duobus diebus ſequentibus.

❡ De proceſſione in feſto corporis Chriſti. Cap.16.



In feſto ſacratiſſimi corporis Chri fit vbique generalis proceſſio ſolenniſſima: ⁊ induuntur clerici ⁊ religioſi ſacris veſtibus: ⁊ cãdelas in manibꝰ deferũt accẽſas. In hac pceſſione cãtant hymni de feſto corpis Chri. Itẽ

hymni

hymni de passione dñi.s. Vexilla. Pange lingua. Lustris sex. Itẽ hymni de ascensione dñi.s. Jesu nostra redemptio, ⁊ Aeterne rex altissime. Hoc vnũ aũt obseruandũ, ꝙ cum clerici vel religiosi processionaliter procedentes transeũt ante sacratissimũ sacramentũ, debent genuflectere, ⁊ incipere alta voce hymnũ. Pãge lingua gloriosi corporis mysteriũ: ⁊ totus chorus debet ipsum ꝓsequi: ⁊ sic cantãdo ꝓcedere ad processionẽ. Hymno ꝓ dicto cõpleto, cantent alios hymnos de festo, s. Sacris solennis. ⁊ hymnuz. Verbũ supernũ prodiens: nec pr̃is. Et postmodum alios hymnos suprapositas: quos reqre infra in hoc libro. f.295. In reditu ad Ecclesiaz ad quã finiẽda est ꝓcessio, oẽs religiosi ⁊ clerici debent ordinare se in ecclesia hinc ⁊ inde, ⁊ expectare sacramẽtũ. Delato sacramẽto in Ecclesiã, sacerdos illud deferẽs ꝓcedit ad maius altare, vel ad portã chori: ⁊ vertit se ad clerum ⁊ ppłm: q oẽs sint genuflexi versis vultibus ad sacramentuz: Et tunc cantant̃ sequẽtes. ℣. s. Verbũ caro panẽ verũ. ℣. Tantum ergo sacramentũ. ℣. Genitori. Quibus cõpletis dicit̃ ℣. Panẽ de cęlo ꝓstitisti eis. ℟. Omne delectamentum in se habẽtem. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuę memoriam reliquisti, tribue, q̃s, ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redẽptionis tuę fructũ in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum spũ tuo. ℣. Bñdicam⁹ dño. ℟. Deo grãs. Tũc sacerdos eleuas sacrm̃. cuz ipso populũ bñdicit: ⁊ postmodum illud reuerẽter reponit.

¶ De ꝓcessione faciẽda in festo sci, vel scẽ ꝓtoni Ecclę Cap. 17.

Vi ctis triumphas ho sti bus, Victor fruens ce le sti bus. Tui precatus munere, Nostrum reatum dilue, Arcens mali cōtagiū, vite remouens tediū. Soluta sunt iam vincula tui sacrati corporis: Nos solue vinclis seculi, amore filij dei. Deo pr̄i sit gloria, eiusqz soli filio, Cū spiritu paraclito, Et nunc ⁊ in perpetuum. Amen. ¶ De pluribus martyribus ad vesperas hymnus.

San-



Anctorũ meritis inclyta gaudia Pãgamus so ci j, gestaqȝ fortia: Naȝ gl scit a i nius, pro mercẽtibus

Vi cto rum genus o ptimum. Hi sunt, quos re ti nens mundus inhorruit: Ipsum nam sterili flore peraridum Spreuere penitus: teque secuti sunt, Rex Christe bone cęlitus. Hi pro te furias, atque ferocia Calcarunt hominum sęuaque verbera: Cessit his lacerans fortiter vngula: Nec carpsit penetralia. Cędunttur gladijs more bidentium, Non murmur resonat, non querimonia: sed corde tacito mens bene conscia Conseruat patientiam. Que vox, quę poterit lingua retexere, Quę tu martyribus munera pparas: Rubri nã fluido sanguine laureis Ditantur bene fulgidis. Te summa deitas, vnaque poscimus: t culpas abluas, noxia subtrahas, Des pacem famulis, nos quoque gloriam, Per cuncta tibi secula. Amen.

De pluribus martyribus ad laudes. Hymnus.



Ex glo ri o se mar ty ruȝ, Co ro na con fi tentiũ, Qui re spu en tes ter re a. Per du cis ad cęle sti a. Aurem

Aurē benignā protinus Appone nr̄is vocibus: Trophea sacra pāgimus: ignosce qđ deliquimus. Tu vincis in martyribus, parcēdo ɔfessoribꝰ: tu vice nr̄a crimina, donādo idulgētiā. Deo pr̄i sit glia: eiusqȝ soli filio: cū spū paraclito: ꝛ nūc ꝛ in ppetuū. Amē.

In Natalitijs vnius cōfessoꝛis ad vesperas. Hymnus.





Ste confessoꝛ domini sacratꝰ, Festa plebs cuiꝰ celebrat p oꝛbem. Hodie letus meruit secreta Scan dere celi. Qui pius, prudens, humilis, pudicus, sobrius, castus fuit, ꝛ qetꝰ: vita dū pr̄sens vegetauit eius coꝛpoꝛis artus. Ad sacrū cuiꝰ tumulū frequēter mēbra lāguētium modo sanitati, Quolibet moꝛbo fuerint grauata, restituunt. Unde nūc nr̄ choꝛus, in honoꝛe ipsius, hymnū canit hūc libenter: vt pijs eius meritis iuuemur oē p euū. Sit salus illi, decus, atqȝ virtus: q supra celi residens cacumē, totius mundi machinā gubernat, trinus ꝛ vnus. Amē.

In Natalitijs vnius cōfessoꝛis pōtificis ad laudes. Hymnꝰ.





Esu Redemptoꝛ omnium Per pes coꝛona presulum. In hac di e clemen ti us Nostris fauecto precibus. Qui sacri qua nominis cōfessoꝛ almus claruit: huius celebrat annua deuota plebs solennia. Qui rite mūdi gaudia huius caduca respuens, cū Angelis celestibus letus potit premijs. Huius benignus annue nobis sequi vestigia: huius pcatu, seruulis


Dimitte

Dimitte noxā criminis. Sit Christe rex pijssime, tibi, patrique gloria, Cum spiritu paraclito. Et nunc ⁊ in perpetuum. Amen.

¶ In Natalitijs vnius confessoris ad Laudes. Hymnus.



Esu co ro na celsior, Et ve ri tas sub li mior,




Qui con fi ten ti ser uulo Red dis pe ren nę prę mium.

Da supplicanti cętui, obtentu huius optimi, remissionem criminum, Rumpendo nexum vinculi. Anni recurso tempore, Dies illuxit lumine: quo sanctus hic de corpore Poluz migrauit prępotēs. Hic vana terrę gaudia, Et luculenta pdia Polluta sorde deputās, Ouans tenet cęlestia. Me Christe rex pijssime, hic cōfitendo iugiter, calcauit hostez fortiter, superbū ac satellitem. Virtutū actu, ⁊ fide, Confessionis ordine, Jeiuna membra deferens, dapes supernas obtinet. Proinde rex pijssimę, precamur omnes supplices: huius almi gratia, Nobis remittas debita. Gloria patri, domino, Gloria vnigenito, Una cum sancto spiritu, In sempiterna secula. Amen. ¶ De virginibus Hymni.



Irginis proles, opiferqz mrīs: Virgo quē gessit,



peperitqz virgo: Virginis festū canimus, trophęū accipe votūz. Hęc tua virgo duplici beata Sorte, duz gestit fragilem domare corporis sexū, domuit cruentū corpore secluz. Vñ nec mortem, nec amica mortis sęua pęnarū genera pauescens, sanguine fuso

meruit sacratum Scandere cęlum. H uius obtētu Deus almē nr̄is Parce iā culpis, vitia remittens: Quo tibi puri resonemus almū pectoris hymnū. G loria p̄ri, genitęq3 p̄li, Et tibi compar vtriusq3 semp̄ Sp̄us alme, Deus vnus, omni Tēpore secli. Am̄.



I Esu co ro na vir gi num: Quē mater il la con ce pit,




Quę so la vir go pe pe rit: Hęc vota clemens ac ci pe. Q ui pascis inter lilia, septus choreis virginū, sponsas decorās gloria, spōsisq3 reddēs p̄mia. Q uocūq3 p̄gis, virgines sequuntur, atq3 laudibus post te canētes cursitāt: hymnosq3 dulces p̄sonant. T e deprecamur largius: nr̄is adauge sensibus, nescire prorsus oīa corruptionis vulnera. L aus, honor, virtus, gloria, Deo P̄ri, & Filio, sācto simul paraclito, In seculorum secula. Am̄.

In dedicatione Eccl'ę ad vespas, & ad nocturnū. Hymnus.



Rbs bea ta Hie ru salem, dicta pa cis vi si o,



Quę constru i tur in cę lis vi uis ex lapidibus, Et An



gelis co ro na ta vt spon sa ta comite. N oua ve ni ens e cęlo nuptiali thalamo, pręparata, vt sponsata copuletur D̄no:

Platee

Plateę ꝛ muri eius ex auro purissimo. Portę nitēt margaritis, adytis patētibus: Et virtute meritoꝝ illuc introducitꝰ oīs, q ob Christi nomen hic in mundo premitur.. Tunsionibus, pssuris expoliti lapides, suis coaptant locis, p manū artificis, disponunt permansuri, sacris ędificijs. Gloria ꝛ honor Deo, vsquequaque altissimo: vna pꝛi, filioqꝫ, inclyto paraclito: cui laus est ꝛ potestas per immensa secula. Amē. ¶ Ad Laudes Hymnus.






Angularis fundamētum lapis Christus missus est: Qui compage parietis in vtroqꝫ nectitur: Quem Sion sancta suscepit, in quo credēs permanet. Omnis illa Deo sacra ꝛ dilecta ciuitas, plena modulis in laude ꝛ canore iubilo, Trinum Deū, vnicumqꝫ cū fauore prędicat. Hoc in templo summe deus exoratus adueni: Et clementi bonitate precū vota suscipe: Largā benedictionē hic infunde iugiter. Hic promereant oēs petita acquirere, Et adepta possidere cū scīs perenniter, Paradisum introire translati in requiem. Gloria ꝛ honor Deo vsquequaqꝫ altissimo, vna pꝛi, filioque ꝛ inclito paraclito: Cui laus est ꝛ potestas p immensa secula. Amē.

¶ Ordo ad recipiēdū pcessionaliter pĺatū vel legatum. Ca. 26.



Cū pĺatꝰ vel legatꝰ aliqđ oppidū insigne est ingressurus, pcessio cleri ex more loci ordinata cum cruce pcedit illi obuia extra portā oppidi. Et cū legatus siue pĺatus aduenerit, pĺatus eius loci, siue primas dignitatē habēs, indutus superpelliceo ꝛ pluuiali pectoꝛo, offert venienti crucē osculādā: quā legatus, seu pĺatus ex equo, vel si maluerit descendens in terrā super tapetē stratū genufle=


tus deuote osculatur. Cum si intrans est eps, vel maior, aut presbyter, vel eps cardinalis, cantores incipiunt & prosequuntur aña.

Sa cer dos & pon ti fex, & vir tutum o pi fex, pa-

stor bone in populo o ra pro no bis dominum. Vel dicatur responsorium.






Ecce sa cerdos magnus, qui in di e bus su-





is placu it De o. I de o iu re iura a-




d o fecit illum dominus crescere in ple-

bem su am. ℣. Benedictionem




omnium gen ti um de dit il li: & testamentum suum confir-

con fir mauit su per ca put e ius.

I de o. ℟. Glo ri a. I de o.

Si vero legatus recipiendus, sit diaconus cardinalis, cantatur responsorium sequens.



Fidelis atque prudens dispensator in magni patris famili as domo cõstitutus erat. Ut cõseruis su is mensuram tri ti ci ero ga ret.

℣. Pro sa lu te et augmẽto gregis si bi cõmis si, cura per ui gi li sol li ci tus e rat.




Ut cum ſer uis ſu is.

Si autem duo, vel plures re= ciperentur legati, etiã ſi nõ eſſent epiſcopi, vel preſbyteri cardinales, cantent añam.





Os eſtis ciues ſanctoꝝ, ⁊ domeſtici dei ſup edifi=




cati ſuper fundamentū apo ſtoloꝝ ⁊ prophe tarum.

Poſtea dicatur reſpon= ſorium.







I ues apoſto lo rum,



⁊ domeſti ci De i aduene runt hodi=



e, Portan tes pa cem, ⁊ il lu=




minantes pa tri am, Da re pacem genti=


bus,




bus, ⁊ libera re populum . do mi-




ni, Allelu ia. ℣. Audi te preces supplicum vi-




tę ę terne poscentes pręmi a: qui fertis in dextris ma-




nipulos iusti ti ę: qui que gaudentes aduc ni-



stis ho di e. Portantes. ℣. Glo ri a



Patri ⁊ Fili o: ⁊ Spiri tu i san cto.



Da re. vel Allelu ia.

In porta aũt oppidi cõsueuerũt primores il lius obuiare legato vel pręlato primo intranti, ac il lum benigne suscipere, ⁊ associare, ac baldachinũ sup eum deferre. Incepta aña, pcessio, q̃ locũ habere debet imediate añ crucẽ plati, ordine suo pgredit: ⁊ cãtant post dictas añas, seu r̃hsoria, alia

ria, alia cantica, vel hymni prout magis placebit, usq3 ad eccle=
siā principalē loci. Equitantes vero oēs equitare debēt ante p=
cessionē. Togati vero debent legatū, seu prelatū sequi. Cum aūt
platus seu legatus descēderit, et intrauerit portā principalis ec=
clesie, platus ecclesie, seu maiorē dignitatē habēs, indutus, vt
supra, detecto capite, offert illi aspersoriū cū aqua benedicta: qd
prelatus seu legatus accipiens aspergit primo seipsum, deinde
alios. Tum idē prelatus ecclesie, seu primā dignitatē habens,
offert ei nauiculam, aliquo alio sacerdote superpelliceo induto
thuribulū porrigente, et legatus seu platus imponit incensum, et
statim platus ecclesie, seu alius dignior incensat ipsū platū, seu
legatū stantē cū capite detecto more psueto. Deinde procedunt
ad altare maius ecclesie: et ibi super faldistorio ante infimū gra=
dū altaris parato procūbit et orat prelatus seu legatus. Interim
vero platus ecclesie, seu dignitatē maiorē habēs stans in cor=
nu epistole altaris versus ad orātē detecto capite dicit. ℣. **Pro=
pterea noster aspice deus.** ℟. **Et respice in faciem Christi tui.** Cum
oībus subsequentibus si receptus sit prelatus, aut legatus, epi=
scopus, vel presbyter cardinalis. Si vero sit diaconus cardina=
lis, omisso. ℣. precedente: dicit sequens tantū. ℣. **Saluū fac ser=
uum tuum domine.** ℟. **Deus meus sperantem in te.** ℣. **Mit=
te ei dñe auxilium de sancto.** ℟. **Et de sion tuere eum.** ℣. **Nihil
pficiat inimicus in eo.** ℟. **Et filius iniquitatis non apponat no=
cere ei.** ℣. **Dñe exaudi orationē meā.** ℟. **Et clamor meus ad te
veniat.** ℣. **Dñs vobiscum.** ℟. **Et cū spiritu tuo. Oremus.** Oro.

**Omnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna
solus, pretende super hunc famulum tuū, et cunctas cōgre=
gationes illi cōmissas, spiritum gratie salutaris: et vt in veritate
tibi cōplaceat, ppetuū ei rorem tue benedictionis infunde. Per
Christū dñm nostrū.** ℟. **Amen.** His dictis, cātores cantāt ali=
quā añā3 eis magis placentē, de sancto patrono ecclesie, cum
versiculo de eodem sancto. Et cum dī versiculus, surgit platus,
vel legatus: ascendit ad altare, osculatur illud in medio, pcedit
ad cornu epl̄e, vbi stās ad ipsū altare versus cātat orōnē de di=
cto scō: deinde ad mediū altaris reuertitur, vbi stans dat bene=
dictionē solēnē pplo, dicēs. **Sit nomē dñi bñdictū &c.** Qua da=
ta facit pmulgari p vnū ex suis, siue ex beneficiatis ecclesie in=
dulgentias,

dulgentias, quas ipse p̄sentibus ɔcedit: deinde p̄latus ecclesie ⁊ alij, dimissis paramētis, associāt illū vsq₃ ad diuersoriū suum.

¶ Ordo ad recipiendum Episcopum nouiter creatum.



Um vero nouus p̄latus primo ad oppidum aliquod sue diecesis veniens recipitur, loco orationis predicte scilicet O mnipotens sempiterne Deus, qui facis mira dicitur sequens. Oratio.

D Eu₃ oium fidelium pastor ⁊ rector: famulū tuū N. quem ecclesie tue preesse voluisti, propitiꝰ respice: da ei, q̄s, verbo ⁊ exemplo quibus preest proficere: vt ad vitā vna cū grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Chri₃ dn̄₃ nr̄m. ℟. Amen.

¶ Ordo qualiter recipi debeat episcopus, quando venit ad visitandas parochias. Cap. 27.



Ontifex visitaturus parochias suas cum ad oppida sue diecesis peruenerit, recipitur processionaliter eo ordine put supra in receptione prelati, seu legati dictū est, hoc solo dempto ꝙ loco orōnis, O ps sempiterne deus, q facis mirabilia magna ⁊c. seu D eus oium fideliū pastor ⁊ rc. ipso p̄lato añ altare in faldistorio genuą flectēte, dr̄ sequēs orō.

D Eus humiliū visitator, qui eos paterna dilectione consolaris, pretende societati nostre gratiam tuam: vt per eos in quibus habitas, tuū in nobis sentiamus aduentū. Per Christum dominum nostrū. ℟. Amen. Qua finita, pontifex surgit, ascendit ad altare maius, osculatur illud in medio, ⁊ ibide₃ populo solenniter benedicit. Deinde versus ad populū sedēs ibidē in aliqua sede, seu faldistorio, vel stans apodiatus ad altare, prout sibi magis placebit, proponit populo causas aduētus sui: q₃ sacri canones ⁊ ecclesiasticus ordo hoc fieri precipiunt pp̄ multa. ¶ Primo, ad absoluendas aias defunctoru₃. ¶ Scdo, vt sciat ⁊ videat qualiter ecclesia ipsa spiritualiter ⁊ tp̄aliter gubernetur. Quo se habeat in ornamentis. Qualiter ibi ecclesiastica sacramenta ministrentur, ⁊ diuina officia peragant. Quale seruitiū ibi impenditur. Qualis sit vita ministroru₃ ⁊ populi: vt ex officio inqsitionis sue, p eū siqua in p̄missis corrigēda fuerint, corrigant ⁊ emendent. Et p̄cipit fieri libros, ⁊ alia necessaria ecclesiastica ornamēta. ¶ Tertio, ad adulteria, fornicationes, sortilegia, diuinationes, ⁊ similia publica in populo puniēda, ad

da, ad quod interdū non sufficiūt ecclesiarū rectores. Ostendēs diligenter populo, ꝙ dānabilia ⁊ detestanda sint crimina ipsa. ¶ Quarto, ꝓp casus, qui de iure vel cōsuetudine ad Episcopū duntaxat pertinere noscuntur, qui in cōstitutionibus synodalibus cōtinentur, de quibus nullus alius se intromittere potest: Protestās plebi, ꝙ siqs, vel si qua in aliquo ipsorū casuū, vel in quocūq; alio cōsilio eius indiguerit, paratus sit benigne audire, ⁊ ꝯsiliū ⁊ absolutionē impendere, ac penitentiā misericorditer iniungere salutarē. ¶ Quinto, ad exhibendum sacramentū cōfirmationis, qd nullus alius nisi solus episcopus ex diuina ⁊ apostolica institutione dare pōt. ¶ Sexto, inducit diligēter populū ad penitentiam, ⁊ instruit in ecclesiasticis sacramētis, ⁊ in articulis fidei, ⁊ qualiter debēt declinare a malo ⁊ facere bonū, Fugere vitia ⁊ sectari virtutes, Alteri nō facere qd sibi fieri nollunt. His expletis fit populo ꝯfessio ⁊ absolutio generalis, ⁊ indulgentia daē per pontificē. Post hec pontifex deposita cappa, induit amictu, stola, pluuiali violacei vel nigri coloris, ⁊ mitra simplici: ⁊ stans cū mitra iuxta altare, versus ad populū, incipit āñam. **Si iniquitates.** Deinde cū ministris, seu capellanis suis dicit ps: **De profundis. fo 64.** ⁊ terminet per **Requiē eternā.** Tum dicit totā āñam **Si iniquitates obseruaueris dñe, dñe qs sustinebit?** Qua dicta, deposita mitra dicit **Kyrie elei. Chrīe elei. Kyrie eleis. Pr nr.** qd secrete cōpletur. Et interim accepto aspersorio cū aqua benedicta, terrā aspergit ante se, deinde imposito incenso in thuribulo ⁊ illo benedicto eodē modo incensat. Quo facto ꝓnūciat. ℣. **Et ne nos.** ℟. **Sed lib.** ℣. **In memoria eterna erunt iusti.** ℟. **Ab auditione mala non timebunt.** ℣. **A porta infer.** ℟. **Erue domine alas eorum.** ℣. **Requiē eternam dona eis dñe.** ℟. **Et lux perpetua luceat eis.** ℣. **Dñe exaudi.** ℟. **Et clamor.** ℣. **Dñs vobiscum.** ℟. **Et cum spū tuo. Oremus.** Oro.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate vigere, presta, quesumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Chrīm dñm nostrū. ℟. **Amen.** Deinde aqua benedicta, thuriferario, duobus ceroferariis, Cruce, ⁊ clero p̄cedētibus, ⁊ cantātibus ℟. **Qui Lazarum.** cum versu, supra **fol. 169.** Pontifex cum mitra exit ad cemeteriū, interim dicens cum ministris suis antiphonam.

Si iní=

Si iniquitates obseruaueris dñe. ps De profundis. fol. 264. vsque ad finem cum Requiem eternam. ꝛ aña Si iniquitates obseruaueris dñe dñe qs sustinebit? Quibus omnibus dictis, cum fuerint in medio cemeterij, firmãt se suo ordine: ꝛ chorus cantat. ℟. Libera me dñe de morte eterna. cũ suis versiculis, ꝛ Requiem eternam. fol. 164 Tum repetitur. ℟. Libera me domine, vsque ad primũ. ℣. Interim dum. ℟. repetitur, offertur per digniorem ecclesie nauicella, ꝛ per alium ex ministris thuribulum pontifici: qui imponit incensum more consueto. ℟. repetito, Chorus cantat Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleis. Mox pontifex mitra deposita cõuenienti voce dicit Pater nr. Deinde aspergat ꝛ incẽsat prout fecit in ecclesia. Quo facto dicit. ℣. Et ne nos induc. ℟. Sed libera. ℣. In memoria eterna erunt iusti. ℟. Ab auditione mala nõ timebunt. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aĩas eorum. ℣. Requiem eternam. ℟. Et lux perpetua. ℣. Dñe exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus. Oratio.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos sacerdotali fecisti dignitate vigere, presta quesumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Alia oratio.

Deus venie largitor ꝛ humane salutis amator, qs clementiam tuã: vt nostre congregationis fratres, propinquos ꝛ benefactores, qui ex hoc seculo transierũt, beata Maria semper virgine intercedente cũ omnibus Sanctis tuis, ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Alia oratio.

Deus, cuius miseratione anime fidelium requiescunt: famulis ꝛ famulabus tuis oĩbus hic, ꝛ vbique in Chõo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine letentur. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona eis dñe. ℟. Et lux perpetua. Tum duo cãtores dicunt. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. Et mox pontifex eleuata dextera, pducit signum crucis ab omni parte super cemeteriũ. Tunc accepta mitra per pontificem, reuertuntur omnes ad ecclesiam ordine quo venerũt, choro dicente ꝯgruẽti voce sine nota totũ ps. Miserere mei deus ẜm magnam misericordiam tuam cum ℣. Requiẽ eternã dona dñe eis ℟. Et lux ppetua luceat eis, Quẽ et põtifex ipse dicit voce demissa cũ ministris seu capellanis suis:

nis fulsqbus dictis, ⁊ pōtifice ad chorū añ maius altare puēsto. Pōpster deposita mitra stās ibidē in medio versus ad altare dicit Kyrie elei. Chr̃e elei. Kyrie eleison. Pr̃ nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīas eorum. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vob. ℟. Et cū spū tuo. Oremus. Orō.


Absolue, q̃sumus domine, animas famulorū famularūq; tuarum ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter sanctos ⁊ electos tuos resuscitati respirēt. Per do.


His peractis, depositis stola ⁊ pluuiali nigris, seu violaceis, ⁊ assumptis albis, poterit pōtifex cōfirmare pueros, pmissa monitione, ⁊ alijs seruatis, put in pōtificali libro notatum est: aut, si placet, poterit pōtifex illud p alia hora vel die reseruare, ⁊ successiue alia facere, q̃ supra pposuit se facturū. Expedita itaq; cōfirmatione, ⁊ bñdictis ornamētis, si qua bñdicenda sunt, depositisq; indumētis ecclesiasticis, cōfessiones, deinde q̃relas, si que sunt, audit. Tū de ɔuersatione cleri ⁊ populi, ac qualiter spūalia ⁊ tpalia in ipsa ecclesia ministrantur, ⁊ de libris ac ornamētis diligēter de plano iquirit. Peracta demū visitatione illi⁹ loci, ⁊ oib⁹ expeditis, cū discedere voluerit pōtifex, in suo habitu cōi accedit ad ecclesiā: ⁊ stās ante altare in cornu epistole versus ad illud dicit psalmū. De profundis. 264. totū cū Requiē eternam. ⁊ añā. Si iniqtates. Deinde dicit Pr̃ nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīas eorū. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te ve. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cū. Oremus.

Deus cuius miseratione anime fideliū requiescunt, famulis ⁊ famulabus tuis oibus hic ⁊ vbique in Christo quiescentibus da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecū sine fine letentur. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Post hec discedit quo voluerit.

¶ Pronunciatio future pasche in die Epiphanie. Cap. 28.

¶ In die Epiphanie cantato Euangelio, diaconus pronunciat futurum Pascha in hunc modum.








hoc cu pit au di re, quod ⁊ vi de re de ſi derat.




Ergo ſi cut ga ui ſi eſtis de na tiui ta te Domini noſtri




Je ſu Chri ſti, i ta ⁊ de e ius ſancta re ſur re=



cti o ne annunci a mus vo bis v ni uer ſa le




gau dium. Qua pro pter a ſtan ti bus vo bis fra=



tres cha riſ ſi mi, annun ci a mus vobis diem ſan=



ctum ac ſa cra tiſ ſi mum Pa ſche: quod e rit
die.




di e M. mensis M. Caput vero qua dra-




ge si mȩ e rit di e M. men sis M.




Et nos cum fi de ꝛ pro speri ta te, se u a la cri ta-




te, ad il lum diem sanctum ꝛ sa cra tis si mum per ue ni re



stu de a mus: prȩ stan te do mi no no stro Je su



Chri sto. Cu i est honor ꝛ glo ri a per in fi ni ta



se cu lo rum se cu la. A men.


¶ Antiphonȩ


¶ Antiphone dicende post Completorium. Cap. 29.

¶ Añe subscripte cantant post Cõpletoriũ p totũ annũ ordine subscripto. A primo sabbato de Aduẽtu vsqz ad Purificacionẽ beate Marie dicitur Alma Redẽptoris. A purificatione vsqz ad pascha dicitur Aue Regina celorũ. A pascha vsque ad octauam Pentecostes dicitur Regina celi leta. Ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum dicitur Salue Regina. Antiphona.





Al ma Redemptoris ma ter: que perui a ce li por ta ma nens: et Stel la ma ris: succurre ca den ti (surge re qui curat) populo. Tu que genu i sti na tu ra miran te tuum sanctũ geni to rem. Uir go pri us ac po ste rius: Gabri e lis ab o re sumens illud


illud a ue pec ca to rum mi ſe re re. Antiphona.



A ue Re gi na Cę lo rum. A ue Domina


An ge lo rum: ſal ue radix ⁊ porta, ex qua mundo


lux eſt or ta. Gaude glo rio ſa ſuper omnes ſpe cio=


ſa. Va le valde de co ra: ⁊ pro no bis ſemper


Chri ſtum ex o ra. Aña. Regina cęli lętare. fol. 266.



S Al ue Re gi na miſericor di ę.
Vita,

Vi ta, dul ce do et spes nostra sal ue. Ad te
clama mus exu les fi li j Eue. Ad te su spi ra mus
gementes et flen tes in hac lacrymarum val le. Eia.
er go aduoca ta nostra, illos tu os mi se ri cor=
des o cu los ad nos con uer te. Et Je sum bene=
di ctum fructum ventris tu i no bis post hoc exi=
lium o stende. O cle mens, O pi a
O dul=

O dulcis virgo Maria. ℣. Virgo mater ecclesie, eterne porta glorie, esto nobis refugium apud patrem et filium. O clemens.

℣. Virgo clemens, virgo pia, virgo dulcis o Maria. Exaudi preces omnium ad te pie clamantium. O pia.

℣. Gloria sade mater: cuius natus est ac pater: Ora pro nobis omnibus: qui tui memoria-



Tractatus computi summatim excerptus ex computo Reuerendissimi patris domini Guillelmi Durantis episcopi Mimatensis, valde necessarius sacerdotibus.


Uoniam, sicut ait beatus August. 38. dist. Que ipsis. Sacerdotes cõputũ scire tenent: alioquin vix in eis nomen sacerdotis constabit. Sub quo uerbo notitiã cursus tpis lune, & calẽdarij intelligimus: qm̃ cõputus est scientia certificandi tempus ſm solis & lune progressum. Idcirco ad simpliciũ sacerdotũ instructionẽ, de hoc aliqua claro cõpendio perstringemus, prout ad vsum ecclesie dinoscitur pertinere. Dr̃ aũt computus a cõputo, quia in ipso cõputando procedimus, non quia in ipso cõputare doceamur. Et est duplex cõputus. s. astronomicus, seu philosophicus: & vulgaris, seu ecclesiasticus: sed de astronomico, nil ad p̃ns. Uulgaris computus est scientia distinguendi tempus certa rõne, siue scientia tẽporis discretus, ſm ecclesie vsum. Tempus est mora motus rerum variabiliũ: cuius partes decem esse dicuntur, s. annus, mensis, septimana, dies, quadrans, hora, punctum, momentũ, vncia, & atomus. Annus continet duodecim menses: quinquaginta duas septimanas, & diem vnum: trecentos sexaginta quinq; dies, & sex horas & quedam momenta. Mensis cõtinet quatuor septimanas, vel paulo plus. Septimana septem dies Dies quatuor quadrãtes. Quadrãs sex horas. Hora quatuor pũcta. Pũctum decẽ momenta. Momẽtũ duodecim vncias. Uncia quadraginta septẽ atomos. Atomus indiuisibilis est: nam atomos grece indiuisio latine dicitur: Anni ergo solaris fere duodecimã pars mensis est. Septimana vero est fere quarta pars mensis. Dies naturalis septima pars septimane. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora sexta pars quadrantis. Punctum quarta pars hore. Momentum decima pars puncti. Uncia duodecima pars momẽti. Atomus quadragesima septima pars vncie. Ceterum duplex est annus. s. solaris, & lunaris.

¶ Incipit primus Tractatus de Anno.

¶ Quid sit annus solaris. Cap. 1.

Annus est solis anfractus, cum peractis trecētis sexaginta quinq3 dieb. sex horis, ⁊ quibusdā momentis ad eadē loca syderū redit. Dī ergo annus, q2 mēsib. in se recurrētib. voluitur ab an, quod est circū, ⁊ eo is: q̄si circulariter rediens. Annus fm diuersos diuersa h3 initia: qm arabes ⁊ egyptij illū inchoāt post solstitiū ęstiuale. s. a septēbri, pro eo q legit arbores in principio mūdi fructū habuisse: ⁊ q2 hoc in septēbri ꝯtingit, putāt tūc mūdū factū fuisse: ideoq3 ibi incipiūt annū. Numa vero Pōpili⁹ ⁊ Romani annū a ianuario inceperūt, ꝑ eo q tūc vel paulo ante sol nobis incipit appropinquare. Iudei a martio inceperūt: q2 in eo conditus est mundus. Et iō dī q decimusoctauus dies eius est primus dies seculi. Quos oēs quo ad aliqua computistę imitātur. Ipsi nāq3 a septēbri incipiūt r̄lares lunares, ⁊ embolismos, ⁊ epactas, ⁊ oēs annos lunares. A ianuario vero incipiūt aureū numerū, ⁊ quasdā lr̄as dn̄icales: a martio regulares solares ꝯcurrētes, ⁊ quasdā lr̄as dn̄icales: prout in secūda parte apparebit. Sane quidā moderni ob reuerētiā Saluatoris computant annos a natiuitate eius. Alij vero ab eius incarnatione, l. Annunciatione B. Marię: qn̄ illa dixit, Ecce ancilla Dn̄i. ⁊c. statim enim fuit Chr̄s deus ⁊ homo, ⁊ plenus Spiritu sancto.

¶ De diuersis nominibus anni. Cap. 2.

Annorū alius est naturalis, alius vsualis, alius legitimus, alius emergēs, alius solaris, alius magn⁹, alius olympias, ali⁹ lustralis, alius indictionalis, alius iubileus, alius benignitatis, alius ęternitatis ⁊ glorię. ¶ Annus naturalis est cū luna soli opponitur: vn̄ sol eclipsim patit. ¶ Usualis siue tp̄alis ē, qui fm vsū hoīum, suū initiū h3 a ianuario vsq3 ad sequentē ianuariū. ¶ Lītimus siue cęrimonalis est, qui ꝯputatur fm lunationes ab aprili vsq3 in aprilē. Aprilis. n. est primus mēsis apud hebreos. ¶ Emergēs ē, ī quo aliquod magnū iudęis vel alijs ꝯtingit: a quo facto in illi⁹ memoriā annū incipiūt ꝯputare. s. a quo mis dic. ¶ Annus solaris est spatium in quo circuit sol 12. signa zodiaci: quē circulū facit, vt p̄missum est, in 365. diebus ⁊ fere sex horis: fere dixi, ꝑꝑ q̄dā momēta, q̄ adijciūtur, sicut īfra dicetur. Hę aūt sex horę de q̄rto in q̄rtū annū faciūt vnū diē naturalem

bissextile: et annus iste cōis est oībus gentibus: et incipit qualibet die: et qualibet die finitur, transactis predictis diebus. Et iste potest etiam dici naturalis. ¶ De signis zodiaci. Cap. 3.

Signa vero predicta sunt ista. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, et Pisces: unde versus. Hec sunt signa poli, que semper sunt via soli. Est aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, libraqz, Scorpio, chiron, capricornus, urnula, pisces. Et nota q celi habitatio stat circulorū distincta zonis: Zone autem ipse sunt quinqz: que ideo zone, vel circuli appellant: q2 in circunductione sphere existunt. Zodiacus autez circulus est, qui ex linearum quinqz angulis, et ex linea cōstat. Rursus zodia grece dī aial, sine signum latine: inde zodiacus dī aial, seu signifer circulus, ex eo q in medio firmamēti sunt duodecim signa per transuersum posita, equalr per circulum distincta: q formis et nominibus aialiū designatur: q2 sol intrans in illa ppietates aialiū quodāmodo sortitur: vel q2 stelle in signis disposite sunt aialium figuris. ¶ Signū aūt dī duodecima pars zodiaci. Sol quidem intrat in aliqd de predictis signis quolibet mense in 15. calen. fm ecclām. unde in martio intrat in arietem 15. calen. aprilis: in aprili intrat taurum 15. cal. maij: et sic per ordinē mēsium et signorum. ¶ Primum igitur signum est aries, in quo sol dī esse factus: et in quo signo est sol circa principia veris, sic dictum: q2 sicut aries est aial retro debile hñs ante aliquid roboris: sic sol in tēpore. i. in principio arietis, habet debiles vires pp frigus eius fortitudinem minuens: anteriora vero, que estatem respiciunt, aliquid fortitudinis, i. caloris habent. Vel sicut aries in hyeme cubat in latere sinistro: in vere autez incipit cubare in dextro: sic sol ante illud tēpus moratur in sinistro latere firmamēti, scilicet in meridie: tūc vero intrat latus dextrum. s. versus aquilonem. ¶ Secundum signum est taurus, sic dictum, quia sicut taurus fortior est ariete, sic fortioris est efficacie sol in illo tempore quo ad nos, q in precedenti. Veruntñ ante est efficacior quaz post: sicut taurus ante fortior est q retro. ¶ Tertium gemini, sic dictuz, q2 illo tpe vis solis geminatur: Incipit eñ esse calidus et siccus effectiue. Vel quia tunc precipue res geminantur, idest multiplicantur. Aues enim et aialia fetum producunt. Vel ap geminos siue duos gra

dius, quibus sub illo signo magis, quam sub alio sol elevatur a terra. ¶ Quartū cancer, sic dictum, quia cancer est aial retrogradum, et sol tunc retrogreditur discedens a nobis, cum prius appropinquaverit nobis. ¶ Quintū leo, sic dictū, quia leo est aial crudele, et semper febricitans: sic et tps illud crudele et generans febres. ¶ Sextum virgo: quia sicut virgo nil generat: sic tps illud sterile nil novi generat: generata tn maturescere facit. Est enim tempus canicularium dierum. ¶ Septimū libra, sic dictū ab equalitate mensis ipsius: quia sole ibi existente, dies et nox eque ponderata est: quoniam tunc est equinoctiū autumnale. ¶ Octavuz est scorpius, sicut enim scorpius venenosus est et pungit, sic tps illud morbosuz est pp inequalitatez aeris. Est enim mane frigus pungens: et in meridie calor urens. ¶ Nonum sagittarius, sic dictuz, quia venatio, que per sagittarios fit, plerunqz tunc exercetur, vel pp fulgura, que tunc sepe cadunt, que italici sagittas vocant. ¶ Decimum capricornus, sicut enim capricornus in abruptis montibus, sive in excelsis precipitiis pascitur, sic sol tunc est in altissimo gradu versus meridiem, vel sicut capricornus montes solet ascendere: sic sol tunc ad nos ascendere incipit. ¶ Undecimum est aquarius, sic dictū, quia tps illud aquis et ventis abundat. ¶ Duodecimum est pisces: quia sicut piscis est aial aquaticuz, sic et tps illud propter multas pluvias aquaticum est, vel quia tunc aquis resolutis tps est piscationis. ¶ Verum licet, sicut patet ex premissis, signa equalia sint secundum astronomicos, ecclesia tn illa non ponit equalia. nam quandoque plures dies sunt in uno signo, quam in alio. cū unus mensis plures dies habeat, quam alius. Unde plures erunt gradus unius quā alterius signi. Gradus aūt dr spatium, quo sol motu suo trāsit in zodiaco die naturali. Ex iam dictis facile sciri pt in quoto gradu alicuius signi sit sol quocūqz die. ¶ De bissexto. ca. 4.

Porro dies bissextilis, de qua dictum est, dr bissextilis, secūdū philosophos, quasi ex bisse momentorum collecta: quod sic poterit comprehendi. Sol. enim in quolibet signo moratur 30. diebus, et 30. trientibus horarū, et triginta bisse momentorū: et triens est tertia pars alicuius rei constantis ex tribus partibus: Bisse vero sunt due partes, sed multiplicatis duodecies 30. diebus habemus 360. dies. 30. trientes horarum constituunt 10. horas, que multiplicate duodecies, faciunt 5. dies. 30. bisse momentorum

continet

ↄtinet viginti momēta ⁊ duo puncta: sꝫ multiplicatis duodecies duobus pūctis habemus sex horas ex bisse momētoꝝ collectas: que de quarto in quartū annū cōstituunt vnū diē, q̄ dꝛ bissextilis.
¶ Rursum ſm Isid. p singulos annos crescit pars quarta assis: ac vbi quarto anno assis cōpleta fuerit, bissextū vnū facit: ⁊ ideo ꝑ quatuoꝛ annos vnus bissextilis adiect⁹ est. Dictus autē est ſm eū bissextus: qꝛ bis sexies ductus assem facit, qđ est vnus dies. In quo loco calēdarij poni debeat illa dies, his versibus cōtinetur.
Bissextum sexte Martis tenuere calende.
Posterioꝛe die celebꝛantur festa Matthie.
Hoc est dicere, ꝙ illa litera, vbi dꝛ i calēdario 6. cal. Martij, debet poni dies bissextilis: ⁊ tunc stamus siue sedemus duobus diebus supra illa lr̄a: sed festū sci Matthie, qđ dꝫet illa die celebrari, celebꝛatur tn̄ in sequenti, ita tn̄ ꝙ inter ipsūꝫ festū ⁊ vigiliam nullū sit mediū. extra de ver. sig. ↄsuit. Nō interest tn̄, vtrum ipsuꝫ festū in pꝛima, vel in scđa die ꝑdictaruꝫ duarū celebꝛetur: sed regionis in hoc ↄsuetudo seruet. Isidorus dicit, ꝙ a sexto nonas Martij vsqꝫ i diē calen. Januarij Lune cursu bissextus apponit: atqꝫ inde detrahitur. Si aūt volumus scire qn̄ sit annus bissextilis: debemus diuidere annos Domini per quatuoꝛ, quoties possumus: ⁊ si nullus superauerit, tunc erimus in anno bissextili: si autem aliqs remanserit, tunc non erit bissextus: vnde versus. Anni diuisi Dn̄i per quatuoꝛ eque. Monstrat bissextuꝫ qua rōne scias. Hoc aūt verū est ſm illos, q diuidunt annos dn̄i, incipiēdo a natiuitate vel a Januario: nō ſm illos, q incipiūt ab incarnatione. Alia ēt doctrina ad inueniēduꝫ bissextuꝫ ponet infra: vbi de concurrentibus agetur. ¶ De quatuoꝛ tempoꝛibus anni. Cap. 5.

Tempoꝛa siue partes anni solaris sunt quatuoꝛ. s. ver, estas, autumnus, hyems. Dicta autē sunt tēpoꝛa cōionis temperamento, eo ꝙ inuicem se humoꝛe, siccitate, caloꝛe, ⁊ frigoꝛe cōtemperent: hec ⁊ curricula dn̄r, quia non stant, sed currunt. Ver dictum est, quia viret. Aestas dꝛ ab estu. i. caloꝛe: inde estas quasi vsta ⁊ arida. Autumnus a tempestate vocatur: qn̄ ⁊ folia cadūt, ⁊ oīa maturescunt. Hyems dꝛ rōne hemisphꝑij: quia tunc sol circulo voluitur breuioꝛi. Unde ⁊ hoc tempus bꝛuma dicitur: quasi bꝛachis, id est breuis: vel a cibo, quia tunc maioꝛ est vescendi appetitus: edacitas enim grece bꝛuma appellatur: Princi-

pia autē partium anni ſm ecclesiam his versibus continentur.
Festum Clementis hyemis caput est orientis.
Cedit hyemis retro cathedrato Simone Petro.
Ver fugat Urbanus, estatem Symphorianus.
Id tibi quod restat autumni tempora prestat.
Hoc est dicere festū Clementis: q est 9. calen. decēbris, est principiū hyemis, et durat vsq3 ad festū cathedre sci Petri: tunc incipit ver: et istud festū ē 8. cal. martij: et ver durat vsq3 ad festum sci Urbani: q est 8. calē. Junij: tunc incipit estas: et durat vsq3 ad festū Simphoriani: q est 11. cal. septēbris: tunc incipit autumnus: et durat vsq3 ad festū Clemētis, in quo incipit hyems. In his quatuor partibus anni triduana ieiunia celebramus: et ideo ieiunia quatuor tpu3 appellātur. Ieiuniū veris est in prima septimana quadragesime. s. in quarta feria post cineres. Ieiuniū estatis est in prima die mercurij post Pēte. Ieiuniū autūni est in tertia die mercurij septēbris. s. in quarta feria post festum scē Crucis. Ieiuniū hyemis est in quarta feria post festum B. Lucie. vñ vers. est.
Vult crux, Lucia, cineres, charismata dia,
Ut det vota pia quarta sequens feria.
¶ Fiunt ad hoc ieiunia in quarta feria: q3 Chrs a Juda traditus est: et in sexta feria, q3 in ea crucifixus est: et in sabbato, quia tunc aplorū tristitiā de nece saluatoris repñtamus: nā si cōpatimur et corregnabimus. De cōsc. di. 3. cap. ieiunia. et c. sabbato. Aduentus autē dñi incipit dñica proximiori festo sancti Andree ante vel post, vel in ipso festo. ¶ De solstitio et equinoctio, ac varijs temporibus anni diuersis nominibus appellatis. Capitu. 6.

Adhuc ī anno solari cōtingūt duo solstitia, et duo equinoctia.
Solstitia in estate, et in hyeme.
Aequinoctia in vere, et in autumno.
Est autē solstitiū maxima inequalitas diei et noctis: siue ingressus solis in capricornū vel cancru3: et dr̄ solstitiū, quasi solis statio, eo q tunc sole stāte nō crescunt nec minuuntur dies vel noctes. Aequinoctium est maxima diei et noctis equalitas: q3 tunc equali spatio horarū cōsistunt dies: siue ingressus solis in ariete3, vel librā. Ubi aūt sit locus solstitiorū et equinoctiorum his versibus cōtinetur. Solstitium decimo Christum precit, atque Joanne cum. Aequa crucis festum dat tempora martis et idus. Hoc est

est dicere, ꝙ solstitiū hyemale est ante natiuitatē xp̄i decem die=
bus, vcꝫ 18. cal. Januarij. quo tp̄e sol incipit altiores circulos pe=
tere: ꝛ solstitiū estiuale est ante natiuitatē Jo. Baptiste totidem
diebus, vcꝫ 18. calen. Julij: quo tp̄e incipit sol ad inferiores circu
los remeare. Uñ estiualis solstitij dies maximus, sicut ꝛ hyema=
lis dies minimus inuenitur. Sed ſm egyptios hyemale est 12.
cal. Januarij. ſm grecos 11. calē. Aestiuale vero ſm egyptios 12.
cal. Julij: ſm grecos 11. cal. ¶ Itē in festo Crucis, vel ſm alios
12. calen. octobris, est equinoctium autumnale, ꝛ vbi dr̄ in calen.
idus martij: vel ſm alios 12. calen. aprilis est equinoctiū verna=
le. Olim eñ annus in duas partes tm̄ diuidebatur, scꝫ estiuale, ꝛ
hyemale solstitium: ꝛ in duo hemisphæria. ¶ Magnus autem
annus cōpletur reuersis planetis oībus ad loca sue creationis,
qđ fit annis non paucioribus 430. ¶ Mundanus vero annus
erit oībus stellis ad prima loca reuersis, quod fit demuꝫ post 15.
millia annorum. Magister dicit in historia Genesis, vbi agit de
ebrietate Noe, ꝙ magnus annus impletur ꝑ curricula sexcēto=
rum annorum. ¶ Aera, qua vtuntur hispani singulorum anno=
rum est constituta a Cesare Augusto: qñ ad primum censum or=
bē descripsit. Dicta est autē era ab ere: ex eo ꝙ oīs orbis es red=
dere professus est reipublice Romanoruꝫ. Prius autem fuerūt
indictiones: postea ere. ¶ Olympias ꝯstituta est apud grecos
in Elide ciuitate, Elijs agentibus agonē, ꝛ quinquennale cer=
tamen, quatuor medijs annis vacantibus: ꝛ ob hoc tp̄s Eliaci
certaminis olympiadem vocauerūt, quadriennio in olympia=
de supputato. ¶ Lustrum est pentesium. i. quinquennium, quod
quinto anno dr̄ condi ꝑꝑ olympiades. Romani nondum erant
cōsules neqꝫ ere. Quinquennale quidē tp̄s ideo sic vocatum: qr
censu ꝑ quinquennium in republica peracto vrbs Romana lu=
strabatur. ¶ Apud Romanos est annus indictionalis: q ter q=
nos ꝯtinet annos, vt infra dicetur, ꝛ premissū est. ¶ Apud he=
breos est annus iubileus. i. remissionis, qui septenis completis
annoruꝫ hebdomadib. celebrat. ¶ Apud Chr̄ianos est annꝰ be=
nignitatis ꝛ grē, i quo Chr̄s venit, ꝛ nos sua benignitate rede=
mit. ¶ Apud scōs cōprehensores est annus eternitatis ꝛ glie: in
quo exultabunt scī in gloria sine fine. ¶ Rursus scl'a gn̄ationi=
bus cōstant: sic dicta qr sequuntur: abeuntibus. n. alijs, alij suc=
cedunt.

cedūt. Hoc tp̄s quidā quinquagesimū annū dicunt: quē Hebrei iubileū vocant, vt iā dictū est. Et ob hanc cāz Hebreus pp vxorē & liberos amans dn̄m suuz aure pertusa seruitio subiugat: & seruire iubet seculū. i. vsqz ad annū quinquagesimū. ¶ Etas autez plerunqz dr̄ pro vno anno, & pro septez, & pro centū, & pro quouis tpe. Unde & etas est, quod de multis seculis instruitur: & ideo dicta est etas, quasi similitudo eui: nam euū est etas ppetua: cuius neqz initiū, neqz finis noscit. Deriuatū est autē euum ab eonos: quod apud grecos aliqñ pro seculo, & aliqñ ponitur pro eterno. Proprie vero etas duobus modis dicit: vz hoīs, sicut infantia, iuuentus, senectus. Aut mundi: cuius prima etas est ab Adam vsque ad Noe: secunda a Noe vsque ad Abrahā: tertia ab Abrahaz vsqz ad Dauid: & quarta a Dauid vsque ad transmigrationem Iude in Babyloniā: quinta de Iuda vsqz ad aduentū Saluatoris in carne: sexta que nunc agitur vsque quo mundus iste finiat.

¶ Incipit secundus tractatus. Et primo de mense. Cap. i.

Dicto de anno, sequitur videre de mense. Est autem mēsis spatium temporis, quo a phebo phebe recedens, eidem completo suo circulo sociatur. Et dr̄ mensis a mēsurando, eo q annus per menses mensurat: vel a mēse, quod est defectus, eo q Luna singulis mensibus visu deficit ab humano: vel s̄m Isidorū, a mene grece, qd̄ est Luna latine. Apud grecos enim menses legitimi non ex solis circulo, sed ex lune cursu ənumerant, quod est de nona ad nonaz. Diuidit aūt annus p .xii. mēses: qz sol peragrādo zodiacū .xii. circuit regiones signorum, & in his .xii. mēsibus cōmorat. Romulus tñ voluit tñ decez esse menses in anno, incipiēs a Martio: quē Marti Deo belli, quē patrē suū esse putabat, dedicauit. Uñ Ouid. in i. fastorum. Tpa digereret cum ɔditor vrbis in annū, Instituit mēses qnqz bis esse suos. Sed Numa Pompilius videns q annus nō bene decē mēsibus cōpleat, superaddidit duos in principio. s. Ianuariū & Februariū. Ianuarius dr̄ a ianua. 86. dist. ieiuniū, qz sicut p ianuaz intramus domū: ita p Ianuariū intram⁹ annū: est eniz limes anni. ¶ Februarius dr̄ a febribus, que tūc de facili cōtingunt, vel a februis. i. purgationib⁹. Sūt aūt februe oblationes facte p mortuis. Romani aūt illo mēse memoriā aīarū habebāt, & eas purgabant celebrādo exequias mortuorū. ¶ Martius dr̄ a Marte patre Romuli:

multi:vel qz eo tpe cũcta aiantia agũtur ad marez: z ad ɔcubendi voluptatẽ. Appellatur ẽt qñqz mẽsis nouus, qz est anni initium: qñqz nouum ver: qz in eo viridantibus arboribus, nobis transacto:um pbatur occasus. ¶ Aprilis dr quasi apilis: qz tũc terra aperitur ad germina: ẽt flores apiũtur: z arbores incipiũt pullulare. ¶ Maius a maioribus natu dr, q erãt principes reipublicę. ¶ Junius a iunioribus dr: erant enim olim maiores. s. seniores, q appellabantur patres: z hi in ciuitate sp remanebant vrbis regimini cõsulẽtes: erãt z iuniores, q ibant ad pugnãdũ pro republica: z ideo maius a maioribus: iunius a iunioribus nomẽ accepe rũt: z in illo:ũ hono:ẽ instituti sunt. ¶ Julius dr a Julio Cesare: qz tunc natus fuit: vel qz tunc de hostibus triũphauit. Julius tñ prius qntilis dicebat, eo q est qntus a Martio: q fm Romulum principium erat anni. ¶ Augustus est dictus ab Octauiano Augusto: qui tunc natus fuit, vel quia tunc hostes superauit. s. Cleopatraz z Marcũ Antoniũ. Prius tñ dicebat Sextilis, eo q sextus est a martio. ¶ September nomen habet a numero z imbre, quia septimus est martio, z imbres habet. Sic z october, nouember, atque december ex numero z imbribus vocabula acceperunt: quem numerum decurrentem december finit, pro eo q denarius numerus precedentes numeros claudit. ¶ Quot autem dies quilibet mensis habeat his versibus continetur.

Junius, aprilis, september, nouember tricenos,
Plus vnum reliqui, sed habet februus octo vicenos.

Cui, si bissext⁹ fuerit, superadditur vnus. Hoc ẽ dicere q Juni⁹, aprilis, septẽber, z nouember hñt 30. dies: reliq aũt mẽses hñt 31. sed Februarius tñ hz 28. z qñ est bissextus 29. Sciendũ autez est, q cuilibet mẽsi primo dati fuerũt 30. dies: q multiplicati duodecies constituunt 360. dies. De qnqz vero residuis datus est vnus Januario, eo q est principiũ anni: z ẽt rõne ipsius numeri, qz impar numerus mũdus est: z numero Deus impare gaudet. 32. q. 1. nuptię. Scðs datus est martio, pp cãdẽ imparitatẽ. Tertius maio. Quartus iulio. Quintus octobri. Cęsar aũt Augustus volens suũ mẽsẽ eẽ ęqlem mẽsi Julio, abstulit februario vnã diẽ, qz erat mẽsis tristitię atqz luctus: z attribuit eã Augusto, z ita remanserunt februario tm 29. z Augusto 31. Denum astrologi Romani abstulerũt aliã diẽ februario, z addiderunt decẽbri, ad hoc, vt finis

nas: in quinto vero, nonis dicimus, vt pꝫ in ianuario, ꝛ similib. Si vero est mẽsis qui hꝫ sex nonas, debemus dicere statim post cal. sexto nonas: in tertia die, quinto nonas: in 4. quarto nonas: in 5. tertio nonas: in 6. pridie nonas: in 7. nonis, vt pꝫ i martio, ꝛ similib. ¶ Dies aũt qui sequũtur post nonas ita denoĩantur: in qualibet mense, octauo idus. 7. idus. 6. idus. 5. idus. 4. idus. 3. idus, pridie idus, ꝛ idibus: sicut hec apparent in cal. manifeste. ¶ Dies vero qui sequũtur post idus denoĩantur a cal. mensis sequentis: hoc mõ. Januarius hꝫ 31. dies: de istis accipe vnũ pro cal. ꝛ 8. pro idib. ꝛ 4. pro nonis: ꝛ sic remanent tm̃ 18. adde ergo istis 18. dieb. cal. suie diẽ calendarũ sequẽtis mẽsis: ꝛ sic erunt 19. Vñ in mẽse ianuario dẽmus dicere statiꝫ post id9. 19. cal. februarii: in sequẽti die 18. cal. ꝛ sic p ordinẽ vsqꝫ ad fineꝫ mẽsis, sp minuẽdo. ¶ Et nota tñ, ꝙ dĩ pridie idus, ꝛ pridie nonas, ꝛ pridie cal. ꝛ nõ scdo. q2 scdo dĩ a sequor, sed illa dies nõ sequitur, sed p̃cedit. Et exponitur hec prepositio pre. i. ante, vel prius: vñ pridie quasi priori die: sꝫ pre. i. añ diẽ: ꝛ cum dĩ 4. nonas, intellr. 4. die añ nonas: ꝛ sic de aliis. Quot aũt dies noĩentur a nonis, quot ab idib. ꝛ quot ab calendis oĩm mensiũ, his versib. cõtinetur.

Sex nonas Maius, October, Julius ꝛ Mars,
Quatuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.
Janus ꝛ Augustus denas nonasque December.
Julius, October, Mars, Maius hepta decem que:
Junius, Aprilis, September ꝛ ipse Nouember
Ter senas retinent, Februsque bis octo calendas.

Hoc est dicere, ꝙ maius october, iulius ꝛ martius hñt dies sex p nonis: sed reliqui menses hñt tñ 4. ꝛ quilibet mensis hꝫ octo dies p idib. Itẽ ꝙ ianuarius, augustus, decẽber hñt 19. dies pro calẽdis, Julius vero, martius, october, ꝛ maius hñt 17. Junius autẽ, aprilis, septẽber ꝛ nouember hñt 18. Februarius hꝫ 16. ꝛ si fuerit bissextus, supadditur ei vnus. ¶ De dieb. egyptiacis. c. 3.

Illud autem notandũ, ꝙ in quolibet mense sunt duo dies egyptiaci. i. ab egyptiis deprehensi. Jn egypto. n. erant quidam astrologi: qui quasdã ꝯstellationes nociuas humanis actib. in illis dieb. inuenerũt: ideoqꝫ illas notas esse hoĩbus voluerũt: tñ illarũ ꝯstellationũ pũcta scire pp errorẽ nr̃i ꝯputi nõ valemus. vel forte inuenerũt illos dies bñ ꝯstellatos: ꝛ ideo eos in calendario

dario notauerũt: vt in illis diebus potius, q̃ in alijs, actibus insistatur, quorum errorem ne ecclesia sequi videatur, a talib⁹ caueatur. Uel dicuntur egyptiaci ẜm quosdã: quia dñs in illis diebus percussit egyptios nouem plagis. Quotus aũt sit dies egyptiacus a principio, vel a fine mensis, his versibus continetur.
Augurior decies audito lumine clangor.
Liquit olens abies voluit colus excute gallum.
In his versib. sunt 12. dictiones 12. mẽsib. seruentib. prima primo, secũda secũdo: ꝛ sic ꝑ ordinem sũpto initio a ianuario, ita ꝙ quota die erit prima lr̃a primę syllabę alicuius istarũ dictionũ in alphabeto, totus erit dies egyptiac⁹ in illo mẽse: cui seruit illa dictio, computando mensis principio versus finem. Itẽ quota erit prima litera secundę syllabę in alphabeto, totus erit dies egyptiacus in illo mense, cui seruit illa dictio: cõputando a fine versus principium. v.g. Augurior est prima dictio: ꝛ seruit primo mẽsi. s. Januario: au est prima syllaba. ꝛ a est prima litera ipsius syllabę, ꝛ est prima in alphabeto: ergo dies prima Januarij est egyptiaca. Itẽ gu ẽ secũda syllaba, ꝛ g est prima lr̃a ipsi⁹ syllabę, ꝛ g est septima ĩ alphabeto: ergo septim⁹ dies ianuarij numerãdo a fine versus principiũ est egyptiacus: ꝛ sic in alijs: hoc obseruato, ꝙ h in hoc loco ꝓ lr̃a non ponat. Quilibet autẽ pręmissorũ dierũ pp vnicam horã sui denoĩat egyptiacus. ❡ De dieb. vero felicib. vel infelicib. quos quidã astrologi notauerũt, ĩ pñti opusculo nõ agitur: q: ecclesia prohibet fidem talib. adhiberi. 26. q. vlti. capit. Non obseruetis. ꝛ c. qui ęstimaret. ꝛ sequenti.

❡ De diebus canicularibus. Cap. 4.

In quibusdã quoqꝫ mensib. sunt quidã dies, qui caniculares dicuntur a cane, vel canicula stella sita in fronte leonis, ꝛ ãn genua tauri: q̃ ęstiuis mẽsib. est in medio cẽtro celi: ꝛ dũ sol ad eã ascẽderit ꝯiuncta cũ sole, vel ei ꝓxima duplicat calor ipsius, ex quo dissoluunt corpora ꝛ vaporant. Uñ vocat canis: qa corpora morbis afficit: ꝛ sunt quinquaginta quatuor dies, qbus pp tpis crudelitatẽ, ꝛ caloris solis intẽperiẽ, malũ est minui sanguinẽ, ꝛ potionari. Qñ aũt illi dies icipiãt, ꝛ finiant, his ver. ꝯtinet.
Incipiunt Julij pridie idus caniculares,
Et pridie nonas septembris fine resultant.
Secundum aliquos vero incipiunt 14. calen. Augusti.

❡ De

¶ De septimana et nominibus dierum eius. Cap. v.

Sequitur de septimana. Que pe continet septimana septem dies naturales, quorum repetitione menses et anni et secula peraguntur: et hec apud grecos hebdomada, sed apud hebreos sabbatum appellatur. Et dicitur septimana a septem et mane, quasi septem mane, pars pro toto. s. mane pro tota die. Vel a septem et manet, quia manet per septem dies. Vel dicitur septimana, quasi septem luces: nam mane lux est secundum Isid. Idem etiam spatium vocatur hebdomada, ab hepta grece, quod est septem. et deos quod est dies: vel modus, quod est mensura: et secundum hoc hebdomada est comunis nomen quam septimana. Unde Daniel: Post septuaginta hebdomadas etc. et sumuntur ibi hebdomade annorum. i. septuagies septem anni. Septimane autem nequeunt dici certa nomina: quia neque habent certa initia. Singulis nanque annis variatur per unam, vel per duos dies: qui quandoque sunt super integras septimanas. Omnes autem dies septimanarum inscribuntur septem primis litteris alphabeti.
¶ Item dies secundum gentiles dominantur a planetis.
¶ Primus a sole, qui princeps est omnium syderum: sic et idem dies caput est ceterorum dierum. ¶ Secundus a luna, que est splendore et magnitudine soli proxima, et ex eo mutuat lumen. ¶ Tertius a stella martis, que vesper vocatur. ¶ Quartus a stella mercurij, quam quidam candidum circulum dicunt. ¶ Quintus a stella iouis quam phetontem aiunt. ¶ Sextus a stella veneris, quam luciferum asserunt, quia inter cuncta sydera plus lucis affert. ¶ Septimus a stella saturni, que sexto celo locata triginta annis fertur explere cursum suum.
¶ Sed queritur quare dies non ita ordinantur in septimana, sicut planete in celo, quoniam in celo ordinatur secundum hunc versum.

Sol. vene. mer. luna, saturnus, Juppiter et mars: vel sic.
Saturnus Joue Mars et sol cum Vene. mer. lu.

Solutio: dicimus quod dies in septimana non ordinantur secundum ordinem planetarum, sed secundum regimen eorum in singulis diebus. Unde quia viderunt philosophi, quod sol regnabat prima hora diei dominice: ideo illam diem denominauerunt a sole. Item quia viderunt, quod luna regnabat prima hora secunde ferie, ideo diem illum denominauerunt a luna: et sic de ceteris, sicut patet ex distinctione horarum diei facta inter planetas per ordinem successiue. Rursus a dictis planetis philosophi nomina sumpserunt, eo quod a singulis aliquid in homine esse voluerunt, vt a saturno calliditatem: a Joue temperantiam: a marte feruorem: a sole spiritum: a venere voluptatem: a mercurio

mercurio eloquentiā: a luna cor. Et qr ordo planetarū vltra numerum septēnariū non procedit, sed ad primuz reuertitur: ideo tantum septem dies in septimana sunt a sapientibus constituti.

¶ Qua die septimanę quilibet mensis intret Cap. 6.

Nunc videndum est qua die septimanę quilibet mensis intrat: de hoc duplex ratio habetur. Prima per hos versus:
Alta domat dominus, gratis beat ęqua gerentes.
Contemnit fictos, augebit dona fideli.
In istis versib. sunt 12. dictiones 12. mēsib. seruiētes: prima primo, scda scdo: sic p ordinē sumpto initio a Januario: ita q̄ q̄cunqz fuerit initialis lra alicuius istarū dictionū, eadēz erit lra calēdarū mēsis, cui seruit illa dictio. v.g. alta, est prima dictio, & seruit primo mensi. i. Januario: & a est prima lra illius dictionis alta: ergo A est prima lra Januarij. Itēz domat est secūda dcō, quę seruit secundo mensi scilicet februario: & D est prima litera istius dictionis: ergo D est prima litera Februarij: & sic de alijs. Idē dicit sequēs versus p syllabas: quod p̄cedētes p dictiones,
Adam degebat ergo cifos adrifex.
¶ Habita autēz lra calendaruz, facile possumus scire qua feria quilibet mēsis intret. Per lram. n. dn̄icalem illius anni procede cōputando dies per lras subsequentes vsqz ad lram, quę est in cal. mēsis, cuius diei introitū scire optas: & in qua feria occurret, tali feria ītrabit ille mēnsis. ¶ Secūda ratio, per q̄ scire potes qua feria quilibet mensis intret, est per regulares & cōcurrētes. ¶ Nota ergo quod ī anno solari sunt quinquaginta duę septimanę & vnus dies, vel duo, si sit bissextus: pp quam diem variantur singulis annis principia mensiuz. ¶ Si eniz hoc anno incipiat Januarius a die dn̄ico: toto anno A, quę est prima litera Januarij, erit dominicalis. Cum ergo ventum fuerit ad finem anni: illud A finale calendarij, quod inscribitur illi diei, q̄ est vltra integras septimanas, rep̄ntabit diem dominicam: ergo sequens A quod iterum est initiale Januarij, p̄ntabit secundam feriam: & sic toto illo anno erit illa variatio: eodem modo singulis annis variantur initia mēsium per diuersas ferias. Et si sit bissextus duplex erit variatio, prima in calen. Januarij, secunda in festo sācti Matthię. Ut ergo computistę scire possent qua feria quolibet anno quilibet mēsis inciperet, inuenerunt

duos numeros, vnum inuariabilem, qui vocatur regularis, solaris, ferialis: alium variabilē, qui vocatur concurrens: de quibus breuiter est dicendum. ¶ De regularibus solis. Cap. 7.

Videndū est aūt primo quid sit rl'aris, vnde dicatur, et vnde habeat ortū, et quot rl'ares quisq; mensis habeat. Rl'aris solis est numerus inuariabilis datus mensi, qui adiunctus con currenti declarat qua feria septimanę quilibet mensis intret cu ius fuerit rl'aris. Dr̄ aūt rl'aris a rl'a, q2 inuariabilis est sicut regula 3. dist. cap. non. Solaris dr̄ ad drīam lunaris, de quo infra dicetur. Hn̄t ortū rl'ares a martio: nam in mense martii sunt 5. rl'ares, seu 5. pro rl'ari. Martius eñ non habuit initiū in primo anno mūdi seu seculi: imno dr̄ mundus factus fuisse in illo mēse in die quo dr̄ 15. cal. aprilis, vel vt alii dicunt 8. cal. Si eñ computes ordine retrogrado dies septimanę vsq; ad calen. martii, inuenies q̄ quinta feria mundus incepit: si tñ ante martiū fuit: et hęc est causa quare martius quinariū numerū habuit pro regulari. Rl'ares vero aliorū mensiū sic formantur. Jungas rl'ares mensis cū diebus eiusdē: et ab illa summa subtrahe 7. quoties poteris, et rl'arē sequentis mensis quod remanserit indicabit. v. g. Martius habet quinque regulares, et dies eius sunt 31. redige in summam, et sunt 36. subtrahe 7. quoties poteris, et remanent vna dies, quę datur mensi sequenti pro regulari. Item aprilis habet 30. dies, et vnum regularem, qui constituunt 31. subtrahe 7. quoties poteris, et remanebunt tres, qui dantur maio pro regularibus: et ita de aliis vsque ad martium. Possumus etiam scire mensium regulares per hos versus.

Est atris clare fulgentibus ara deorum.
Grata bonis extat gratissima cuique fideli.

In istis versib. sunt 12. dictiones 12. mensibus seruientes, prima primo, secūda secūdo, et sic p ordinē, sumpto initio a martio, ita q̄ quota fuerit prima lr̄a alicuius istarū dictionū in alphabeto, tot rl'ares h3 ille mēsis cui seruit illa dictio. v. g. Est, est prima dictio, et seruit primo mensi. s. martio. et E, est prima lr̄a istius dictionis, est, et est quinta in alphabeto: ergo martius h3 quinque rl'ares. Item astris est secūda dictio, et seruit secūdo mensi. s. aprili: et A, est prima litera istius dictionis, quę est etiam prima in alphabeto: ergo aprilis habet vnum regularem: et sic de alijs.

De concurrentibus, & cyclo solari. Cap. 8.

Nunc dicamus de cōcurrētib. Dicūtur aūt cōcurrētes: q2 sibi īuicē cōcurrūt, sicut videbit̄ ī formatione. vel ideo, q2 ꝯcurrūt r̄laribus ad demōstrādū initialē feriā mēsiū singulis annis. Est aūt ꝯcurrēs superexcrescētia vnius diei vel pluriū sup 52. septimanas anni solaris. ideo dixi vel plurium: quia in anno bissextili superexcrescūt duo dies: in aliis vero vnus tm̄: & ab illa superexcrescētia hn̄t ordinē ꝯcurrētes. Alij vero concurrētes, q sequūt̄ post primū, formant̄ vno addito singulis terminis siue annis, sic tn̄, ꝙ septennariū numerū nō excedāt: q2 nō sunt nisi septē ferię: & qn̄cūqꝫ est septimus cōcurrēs, illo anno menses hn̄t eadē principia, q̄ in primo anno mūdi seu seculi habuerunt: ꝙlibet eñ feria distat p septennariū a semetipsa. Cōcurrētes ēt in hac linea demonstrātur .1.2.3.4.6.7.1.2.4.5.6.7.2.3.4.5.7.1.2.3.5.6.1.3.4.5.7.

¶ Nā primus annus cycli solaris hꝫ vnū concurrentē: secundus duo: tertius tres: quartus quatuor: qntus sex pp bissextum: sextus septē: septimus vnū: q2 vltra septennariū non pceditur, sed reuertitur ad vnū: & ita dēmus pcedere vsqꝫ ad 28. annos: tunc reuertimur ad primū annū cycli: & procedimus sicut prius. Vn̄ trāscursus 28. annorū vocat̄ cyclus solaris vel cōcurrētiū: & dr̄ cyclus quasi circulus, p silitudinem. Si aūt volumus scire quotus sit annus cycli solaris, debemus diuidere annos dn̄i per 28. quoties possumus, & addere illis 9. anteꝙ̄ diuidamus: q2 qn̄ Chrs̄ natus fuit, tm̄ pcesserat ille cyclus: & quotus annus remāserit, supra diuisionē annorū, totus erit cyclus: & si nullus remanserit tunc sumus in vltimo anno cycli solaris. Unde versus. Annis adde nouē dn̄i: partire per octo Uiginti: cyclus sic tibi notus erit. Possumus ēt scire concurrentes cuiuslibet anni p litterā dn̄icalem illius anni: sicut declarant versiculi subsequentes. A sex, b quinqꝫ, c quatuor, e duo, d tres. Primus ꝯcurrens f. lra: septimus est g. & sic de silib. Hoc est dicere, ꝙ qn̄ a. est lra dn̄icalis: in illo anno sunt sex p concurrente, qn̄ b. quinqꝫ, qn̄ c. quatuor, qn̄ e. duo, qn̄ d. tres, qn̄ f. vnus, qn̄ g. septē. Inuento aūt cōcurrente, dēmus iūgere cū r̄laribus mensis cuius feriam calendarū, l introitū scire volumus: & quota fuerit illa summa, si non trāscendat septē: tota, siue tali feria septimanę ille mēsis intrabit. Si vero trāscendat septē: quotū fuerit residuū, tota feria septimanę

ptimane ille mensis intrabit. ¶ De litera dominicali Capitu. 9.

Sicut aũt cõcurrẽtes, ita ⁊ dñicales literę variãtur. Nã in primo anno cycli solaris est f, litera dñicalis: in scdo e. in tertio d. in quarto c. in quinto a. tunc eñi pp bissextũ ptrãsit b. qđ in his versib. declaratur. Fert ea dux coram et gens fautor eũ colũt his Ars genus est de corde bono gignit ferus ensis, Dicta beant aqua gens frons dat cunctis bonus author. In his versib. sunt 28. Dictiones. 28. annis cycli solaris seruientes: prima primo, secunda scdo: ⁊ sic p ordinẽ, sumpto initio a primo anno cycli: ita q̃ quęcunq̃ fuerit initialis litera alicui istarũ dictionũ, eadẽ erit litera dñicalis in illo anno, cui seruit illa dictio: v.g. Fert est prima dictio, ⁊ seruit primo anno cycli solaris: ⁊ f. est prima lr̃a: ergo f. est lr̃a dominicalis ĩ primo anno cycli solaris, ⁊ sic de alijs. Et nota q̃ ille annus est bissextilis, cui deseruit aliqua dictio desinens in t, ⁊ ita primus annus cycli semper est bissextilis: cum ei deseruiat dictio desinẽs in t, f. fert: pp hoc prima litera dictionis desinẽs in t, non erit litera dñicalis in illo anno, cui seruit illa dictio, nisi a loco bissexti vltra: q̃ litera dñicalis, cũ bissexto simul mutatur. A calendis vero Januarij pręcedentis ipsum bissextũ vsq̃ ad locũ bissexti erit lr̃a dñicalis ista: quę immediate sequitur in calẽdario post illã, quę deberet esse lr̃a dñicalis: vnde ĩ primo anno cycli, f. est dñicalis a loco bissexti vsque ad calen. Januarij sequẽtis. A calen. Januarij p̃cedẽtis vsq̃ ad locũ bissexti, g. est lr̃a dñicalis: ⁊ ita in alijs. Annus autem cui seruit illa dictio sciri potest per rõnem superius dictam de cyclo solari: nam rõ literę dñicalis tunc currentis ratione simili incipit ⁊ finitur.

¶ De indictione. Cap. 10.

Nunc aliqua de indictione dicamus. Est autem indictio spatium tpis, quo Romanus princeps tributum gentibus indicebat. Si autẽ volumus scire quota sit indictio: debemus addere tres annos annis domini, ⁊ postmodum diuidere annos dñi per quindecim quoties possumus, ⁊ quotus annus remanserit facta diuisione, tota erit Indictio, ⁊ si nullus superauerit, in vltimo anno indictionis sumus: ⁊ tunc ad primã Indictionẽ reuertimur: quia indictio nõ transcendit quindecim: vñ versus.

Si tribus adiunctis domini diuiseris annos,
Per ter qnq̃ datur indictio certificata. De indictione plenius

dicemus infra, vbi de cyclis agetur. De era supra dictum est tractatu .x. cap. 6. ¶ De die naturali & artificiali. Cap. xi.


Licet iam superius in plerisqz locis de die tactū sit: nihilominus & hic spāliter dicenduz est. Sciēdū est igitur q̄ duplex est dies .s. naturalis & artificialis, siue vsualis. Naturalis est spatium quo sol ducitur circa totaz terrā ab oriente vsqz in occidentez .s. spatium diei & noctis, qd̄ sp̄ ptinet 24. horas. Dr̄ dies ista a dijs, quorū nola Romani quibusdā siderib⁹ sacrauerūt. Uel a Dyo, qd̄ est duo: q2 cōtinet duo tp̄a, noctē .s. & diē vsualem. Artificialis est spatiū, quo sol moratur sup̄ nostrū hemisphęrium ab ortu solis vsque ad occasum. Et hoc f̄m solis ascensum & descensuz crescit pariter & decrescit. Dr̄ aūt dies a dian, qd̄ est claritas. Et dr̄ vsualis siue artificialis, q2 solum hoc tp̄s aptū est vsibus & artificijs exercendis. Reliqua pars diei dr̄ nox a nocco, quia nocet visui & vsui: & ideo vocata est dies a meliori parte sine cōmemoratione noctis. Juxta illud: Et factū est vespere & mane dies vnus. ¶ Rursus partes diei sunt tres, f̄m Jsid. .s. mane, meridies, & suprema. Mane est lux matura, & plena, nec iam crepusculuz. Meridies dicitur quasi medidies idest medius dies, vel q̄ria tunc purior dies est. Suprema est postrema pars diei. Sero dicit̄ a clausis feris. ¶ Noctis vero partes sunt septē .s. vesperuz, crepusculū, ɔticiniū, itēpestū, galliciniū, matutinū, & diluculū. ¶ Uesperū dr̄ a vespere occidentali stella: quę tenebras sequētes p̄cedit, & dn̄r tenebrę, quasi tenentes vmbrā. Crepusculum dr̄ dubia lux .s. inter lucē & tenebras. Conticiniū est, qn̄ iaz oēs silēt. Jntēpestuz est mediū noctis tp̄s, qn̄ nil agi pōt, & oīa silent quasi inopportunū. Galliciniū dr̄ pp̄ gallos lucis p̄nūcios. Matutinuz est inter abscessum tenebrarū & aurorę aduētuz. Diluculum dr̄ q̄si incipiēs pars diei lux & aurora, q̄ solez p̄cedit. Est eīm aurora diei clarescentis exordiū. ¶ Et nota, q̄ dies alij sunt sydereales, in quib⁹ sydera mouentur, & hoīes a nauigationibus excludunt̄: alij p̄liales, de quib. in libris Regū, quibus reges solent ad bella procedere, & alij intercalares, quos scimus duodecim mensib. superesse: alij caniculares, alij solstitiales, alij ęquinoctiales: de quibus iā p̄missum est: alij fasti: in qb. iura fant̄: alij nefasti eis cōtrarij: alij festi .i. festiui, vt dies azimorū: alij p̄festi quasi p̄cul a festis, vt feriales: alij mali sunt, qn̄ in eis plus solito homines affliguntur.

Unde

dicit apls. Redimentes tps, qm dies mali sunt: & econtrario sunt boni: alij egyptiaci, de quibus pmissum est: Est et dies salutis: in quo dns venit ad saluandum: Est etiã dies iudicij: in quo dñs veniet ad iudicandũ: qui erit bonis dies letitie, malis aũt calamitatis & miserie. Momentum vero est minimũ atqz angustũ tps a motu syderũ dictũ: est em extremitas hore in breuibus interuallis cum aliquid sibi cedit atqz succedit, fm Isido. Hora grecum nomen e, & terminũ latine sonat: est em finis tpis. Quot autẽ horas continet dies naturalis dictuz est in principio huius partis.

¶ Tractatus secunde partis, tractantis de anno lunari.

¶ Quid sit annus lunaris, & quot dies contineat. Cap. I.



Annus lunaris dr tribus modis: Primo mõ, annus lunaris est spatiũ, quo luna circuit totũ zodiacũ: qđ facit in 29. diebus & 12. horis. Secũdo mõ, dr annus lunaris spatiuz, quo luna circuit solẽ ab vna ascensione vsqz ad aliã, & hoc facit in 29. diebus, & 12. horis. Nã cum luna separat a sole ad peragrandũ zodiacuz, & postea reuertitur ad eundẽ punctũ, in quo dimiserat solẽ, non inuenit illum ibi: qr sol iam tm pcessit suo motu, q luna laborat recurrere ad euz, siue attingere ipsum duobus dieb. & tribus horis. Tertio, dr annus lunaris spatiũ duodecim lunationũ in anno cõi, & tredecim in embolismali: de quibus infra dicet. cum ergo lunatio qlibet cõstet 29. diebus & 12. horis: qr non curat eccla de minutis: ex 12. horis precedentis lunationis, & ex 12. sequentis constituitur vna dies naturalis: que semper lunationi precedenti attribuitur, ita q lunatio precedentis mensis semper habeat 30. dies, & sequentis 29. nisi sit aliud propter bissextũ, vel embolismũ, vel saltuz lune. vnde vers.

Luna paris mensis nunquam tricesima fiet. Impar triceno nunquam sine fine carebit. Tpe bissexti febri luna tricesima est. Nam iulij luna tunc est vicesimanona. Mensis par dr: quia numerando a ianuario per ordinem cadit in numeruz parem, vt februarius, aprilis, iunius, augustus, october, december, quorũ lunatio semper est 29. dierum, excepto februario, cuius lunatio est 30. quando est bissextus. Impar vero est, quando cadit in numerum imparem, vt ianuarius, & martius, maius, iulius, septẽber & nouember, quorũ lunatio semper est 30. dierũ: excepto iulio, qui in vltimo anno cycli lunaris propter saltum lune habet

tm̄ 29. Ex his aūt 12. lunationibus ꝯstituuntur trecenti quinquaginta quatuor dies in anno lunari, et sic annus lunaris in 11. diebus exceditur a solari: ex quo excessu omnis varietas etatis lune consurgit: ita ꝙ vbicunque fuerit luna prima in primo anno, fit in secundo 12. propter quam varietatem duorum numerorum genera sūt inuēta, regulares vz, et epacte, de qbus breuiter videamus.

De regularibus lunaribus. Cap. 2.

Nunc videamus de regularibus. Et quidem regularis lunaris est numerus inuariabilis datus mensi ad inueniendum lunā in calen. mensiuz singulorū. Hn̄t aūt ortū regulares ab illis quinqz diebus, qui supsunt in anno solari supra 360. dies. vn̄ quinque rlāres dati sunt septēbri, a quo annus lunaris sumit initiuz. Rlāres vero aliorū mensiuz sic formantur. Iunge rlāres mēsis cū diebus eius: et ab illa summa subtrahe lunationez eius: et residuū qđ remāserit, erit rlāris illius mensis: v. g. Septēber hz quinque rlāres: et dies eius sunt 30. qui cōiuncti rlāribus constituunt 35. et lunatio septembris est tricesima: qua subtracta remanet 5. q sunt rlāres sequentis mēsis. s. octobris: et sic de alijs vsqz ad septēbrē. Naz egyptij suū annū incipiunt a septēbri: et ideo nos annū lunarē incipimus a septēbri. De rlāribus traditur iste versus

Dic. e. g. bis i. k. bis: post manet ordo q. d.

Dic e. bis: que est quinta in alphabeto. i. primis duob. mēsib. anni lunaris dantur quinqz ꝓ rlāribus. Item dic bis g. q̄ est 7. in alphabeto. i. tertius et quartus mēsis hn̄t septem ꝓ rlāribus. Item dic bis. i. que est nona in alphabeto. i. quintus et septimus mensis hn̄t 19. pro regularibus. Itez dic bis k. que est 10. in alphabeto. i. sextus et octauus mēsis hn̄t 10. ꝓ regularib. Et nota ꝙ fit transitus de quinto ad septimū, et de sexto ad octauum: vt pz in formando ipsos regulares: quia Januarius et martius 9. et februarius et aprilis 10. habēt: sed post manet ordo. i. maius. 11. Junius 12. Julius 13. Augustus 14. habent.

De Epacta. Cap. 3.

Sequitur de Epacta. Est autem epacta numerus variabilis datus anno ad inueniendum lunaz in cal. cuiuslibet mensis: et dr̄ epacta ab epi, ꝙ est supra, et aucta, q2 est superexcrescentia anni lunaris a solari. Ideoque annus primus cycli lunaris nullam hz epactā, q2 null9 ann9 p̄cessit a quo 11. accepisset. Scđs vero hz. 11. ꝓ epacta: q2 epacta orit̄ ab illis 11. diebus, quibus annus lunaris

exce=

excedit a solari. Tertius vero annus hz 22. q2 sp adduntur 11. si nō trāscēdat 30. Si vero trāscendat 30. abiectis 30. residuum erit epacta illius anni: z ideo in quarto anno, q2 summa ascendit 33. abiectis 30. fiunt epactę illius anni 3. Epactę vero grece, dīr latine abiectiones annuę lunares: q̄ p numerū 11. vsq3 ad tricenariū in se revoluunt: quas egyptij ideo adijciūt, vt lunaris emēsio ratione solis coequetur. Luna eīn iuxta cursum suū 29. semis dies lucere dignoscitur: z fiunt in annuz lunarem dies 354. remanent ad cursum anni solaris dies 11. quos egyptij adijciūt. Absq3 his nō inuenies quota sit luna in quolibet anno, mēse, z die. epactę olum annorū cycli lunaris per hāc tabulā denotant: ita q hoc verbum nulla, rñdet primo anno: z singuli sequētes numeri rñdent singulis annis cycli, vsque 19. vt, nulla 11.22.3.14.25.6.17.9. 11.12.13.5.16.27.8.29.10. Sed hoc idem etiam ostenditur per hos versus. Annis adde vnū dñi: partire per vnde Uiginti lunę cyclus z inde patet. Hoc vult dicere, q si volumus scire quotus sit annus epactalis, siue cycli, debemus diuidere annos dñi per 19. quoties possumus: z addere vnum: quia qñ Chr̄s natus fuit, iā pcesserat ille cyclus: z quota fuerit summa q̄ remāserit, totus erit annus cycli epactalis: v.g. Hoc anno computamus annos dñi mille ducētos octuaginta sex: quorū mille ducētiseptuagintatres sunt recte p decē z nouē diuisi. supsunt 13. de predicto numero: addito ergo vno fiunt 14. Unde hoc anno est decimusquartus annus cycli lunaris. in anno sequenti erit 15. z sic vsque ad 19. postea redit ad primū: z hoc verum est sm illos, qui incipiunt cōputare annos dñi a natiuitate Chr̄i, vel a cal. Januarij: non aūt sm eos, q illos immutant in cal. septēbris: z faciunt ibi diuisionez. nā tunc addendi sunt duo anni. Pōt ēt z aliter inueniri epacta: vt si summaz q̄ remanet de pmissa diuisione annorū dñi per tres iuncturas pollicis numerem⁹. Si eīn numer⁹ finitur in prima iunctura, debemus demere vnū de ipso numero: si in secūda, debemus addere nouē: si in tertia, dēmus addere decez z nouem: z summa inde pueniens est epacta: z hoc si 30. non transeat. Si vero transiret, abiectis 30. residuuz est epacta: vnde versus. Deme vnū, post adde nouem, post dena nouēq3. Inuenta igitur epacta, debemus ea iungere cū regularibus mēsis, cuius lunam volumus inuenire: z quota fuerit summa inde proueniens:

niens: tota erit luna in cal. illius mensis: dūmodo 30. nō trāseat. Si vero 30. transiret, abiectis 30. residuū erit etas lune: et si summa illa fuerit 30. in cal. mensis, tunc luna erit 30. si autem epacta nulla fuerit: puta in primo anno cycli lunaris: tunc ad inueniendum lunam sufficit r̄aris. Sed qm̄ epactarum rō qñq; fallit, pp embolismum, siue saltum lune ideo de ipso breuiter videamus.

De anno Embolismali et communi. Cap. 4.

Circa embolismum, siue lune saltū, notandū est, q embolismus grece interpretatur latine superaugmentum, seu superexcrescentia anni solaris super lunarem. Qr ergo annus solaris excedit lunarē in 11. diebus, ex illo excessu cōstituuntur 7. lunationes in 19. annis cycli lunaris: multiplicatis illis 11. diebus. Et dicūtur embolismales: quarū qlibet est 30. dierum: et attribuunt 7. annis embolismalibus: ita quod in quolibet cyclo lunari sunt 7. anni embolismales, et 12. cōes. Appellatur autem annus embolismalis: qr a 14. luna pcedentis pasche vsq; ad 14. sequentis habet 13. lunationes siue 13. menses lunares, idest 384. dies: et iste est annus sancto Moysi diuinitus reuelatus. Cōis vero hēt tm̄ 12. lunationes, idest 354. dies: quorū dispositiones continet iste versus.

Cur fles: bis lacrymis odiosum quere tyrannum:

In isto versu sunt 7. dictiones annis embolismalib. seruientes. Prima primo, scda scdo, et sic per ordinē: ita q quota est prima l'ra alicuius istarum dictionū in alphabeto, totus annus cycli epacta lis erit annus embolismalis. v. g. Cur est prima dictio: et seruit primo anno embolismali, et c, est prima litera illius dictionis, que est tertia in alphabeto: ergo tertius annus cycli lunaris est embolismalis: et ita de alijs: hoc obseruato, q hec dictio, bis, dz scribi cū h. Et dr̄ annus cōis: qr sepe duo ita coniunctī incedunt, vt inuicem se in paschali solennitate sequātur: embolismalis em̄ semper solus est. Ordo aūt istorū annorū cōium et embolismaliū pz in linea subsequenti. Cōis, cōis embolismalis, cōis, cōis, embolismalis, cōis, embolismalis, cōis, cōis, embolismalis, cōis, cōis, embolismalis, cōis, embolismalis, cōis, cōis, embolismalis. Habito autem anno embolismali, possumus scire in quo mense lunatio embolismalis contingat: per hunc versum.

Nobilis et Christum modo libet habeto coeuum.

In isto versu sunt 7. dictiones, 7. mensib. seruientes: in quibus contin-

contingunt lunationes embolismales in p̄fatis 7. annis: prima primo: secũda secũdo; et sic p ordinẽ: ita q quota erit prima litera alicui⁹ istaꝝ dictionũ in alphabeto: toto mense illius anni cui seruit illa dictio: cõtingit lunatio embolismalis. Itẽ quota erit prima lr̃a secũdę syllabę in alphabeto, tota die mensis incipit lunatio embolismalis: v.g. Nobilis est prima dictio, et seruit primę lunationi: q̄ cõtingit in tertio anno cycli lunaris, et in. est prima lr̃a huius dictionis, et est duodecima in alphabeto: ergo in 12. mense ↄtingit lunatio embolismalis. Itẽ b, est prima lr̃a secũdę syllabę: et est secũda in alphabeto: ergo in secũda die illius mensis incipit illa lunatio, et sic de alijs. Si aũt velis plenius hui⁹ rei veritatem inquirere, recurre ad epactã et r̃lares illius anni, de quo vis scire: et ita inuenies esse. Nũc videamus vbi fallit epacta iuncta r̃laribus pp embolismũ, seu saltũ lunę. Circa quod nota q lꝫ in cyclo lunari sunt septẽ anni embolismales, vt supius dictũ est, non tamẽ fallit epacta nisi in tribus. s. in 8. in 11. et 19. vnde versus.

Octauo vndecimo postremo fallit epacta. In quo aũt loco, vel mẽse, vel quot locis fallit epacta iũcta r̃larib. his vers. denotatur.

Julius vndenis, ter Maius octo vicenis.
Bissextus nisi sit mars peccat in vndetricenis.

In totidem Maius, augustus vero duobus. hoc est dicere, q in octauo anno cycli lunaris fallit epacta cum regularibus in maio et iulio: quia in calen. maij cũ luna dꝫ̃et esse 28. ẽm epactã, non reperitur nisi 27. pp̄ter embolismũ. Item fallit in calen. iulij eodẽ anno: quia tunc luna dꝫ̃et esse 30. ẽm epactam, non reperitur nisi 29. pp̄ter embolismũ, vbi credendum est embolismo, et non epactę. Item in 11. anno fallit epacta: quia in calen. martij ẽm epactam dꝫ̃et esse luna 29. sed pp embolismum reperitur tm̃ 28. Uerumtamen si in illo anno fuerit bissextus, tunc corrigitur ille error: qm̃ pp bissextum additur vna dies. Item in 19. anno fallit epacta in duobus locis. nam ẽm epactam luna dꝫ̃et esse 29. in calend. maij, sed pp embolismum non reperitur nisi 28. et in eodem fallit in calend. augusti: quia ẽm epactam luna deberet ibi esse 2. sed propter saltum lunę ibi tertia inuenitur: quia lunatio iulij, quę deberet esse 30. in illo anno, est tantum 29. et hoc contingit propter errorem nostri compoti: et tunc annus in duobus diebus e xceditus a solari. De saltu lunę traditus est versus.

Luna

Luna facit saltum quintilis luce suprema

Retrocedit eñ luna vna die, sicut diximus, ꝑ errorē nr̄i cōputis: vt in sequēti anno in calē. septēbris luna redeat sicut debet, nisi enim saltus lunę colligeret, ꝯtingeret error: vt in 14. cyclis diceretur luna prima quādo esset plenilunium. Colligitur aūt sic iste dies: quęlibet eñ lunatio, ad hoc vt lunationes sint ęquales, haberet 29. dies, dimidiū, minus quatuor momētis, et vna vncia, et vno atomo: sunt aūt in cyclo 235. lunationes: erunt ergo quater tot momēta, q̄ sunt in vniuerso, noningenta quadraginta, q̄ diuisa per 40. ꝯstituūt 23. horas et dimidiā. Postea ex 235. vncijs cōstituuntur 19. momenta: et remanent septem vncię: et ex 235. atomis ꝯstituuntur 5. vncię: q̄ vncię cū septē prioribus faciunt vnū momentū: qd̄ iūctū ad 19. momenta p̄habita, facit dimidiā horam: q̄ iūcta cū alijs 23. et dimidia facit vnum diē, q̄ subtrahitur vltimo anno a lunatione iulij: et dr̄ saltus lunę. Pōt ēt facilius hoc mō colligi. Annus lunaris ꝯstat ex 354. diebus, minus vna hora, et quarta parte vnius horę, et septuagesimasexta parte quartę vnius horę: ergo in 19. annis hr̄ 19. horę: et 19. quartę horarū: et 19. octuagintasex partes quartę vnius horę: quę faciunt in 19. annis quartam partem vnius horę: et ita erunt 20. quartę horarū: q̄ faciunt 5. horas: q̄ iūctę 23. horis p̄habitis faciūt vnū diem. Est igitur saltus lunę quidā dies collectus in 19. annis ex eo superfluo ꝙ dat lunationibus: et dr̄ saltus lunę, nō ꝙ luna magis saliat illa die ꝙ̄ alia: sed q2 nos lunā cōputantes, diē illā, super quā in alijs annis lunatio iulij dr̄ 20. salimus siue p̄termittimus non cōputantes lunā in vltimo anno cycli decennouennalis nisi 29. ideo aūt subtrahit dies illa a lunatione iulij in vltimo anno cycli decennouennalis: q2 iulius est vltimus in anno epactali inter menses hn̄tes 30. dies in lunatione: vñ vltimo anno lunatio iulij non cōputat trigesima, sed vigesimanona: et ideo aureus numerus illius c. decēnouennalis q̄uis crescat, sequitur sine interuallo minore: et per ꝯn̄s in alijs mēsibus sequētibus vsq3 ad Januariū, sicut infra dicet. Saltus ergo lunę facit duas lunatiōes pariter esse 29. dierū ad p̄fatos ergo errores facilius corrigendos inuentus est aureus numerus: de quo breuiter est dicēdum.

De aureo numero. Cap. 5.

Aureus numerus est ille, q ponitur i calendario, qui in quolibet

libet mense indicat lunã primã, ad priuatos errores facilius corrigendos inuentus. Et dr̃ aureus numerus p similitudinem: qr sicut aurũ superat oĩa metalla, ita iste numerus oẽs alias rõnes lunares excellit: quẽ Julius Cesar cum tanta diligentia dr̃ inuenisse: qui incipiens a quocunque anno cycli lunaris vbicũq3 inuenit lunam primã in primo anno cycli posuit 1. in calendario: in latere extrinseco iuxta lr̃as feriales. s. in quolibet mense: ⁊ in secundo anno vbicunque inuenit primã posuit 2. in quolibet mense: ⁊ in tertio 3. ⁊ sic de alijs: ⁊ ideo in cal. Januarij ternarius est numerus: qr ibi nulla inuenitur tertio anno prima, nec ibi debet poni alius numerus ꝙ ternarius: quia nullo anno cal. Januarij luna est prima, nisi tertio anno cycli decemnouennalis. In quibusdam tñ calendarijs numeri ipsi designantur p literas alphabeti: nam p vno interponitur ibi a, p duobus, b. p tribus, c. ⁊ sic de alijs numeris, ⁊ lr̃is, ⁊ seriatim vsque ad lr̃am t, q̃ est decimanona in ordine alphabeti. Formatur autẽ aureus numerus ab illo ternario, q ponitur in calen. Januarij: nã illis tribus addũtur 8. ⁊ constituuntur 11. qui numerus debet poni in tertia lr̃a ianuarij. Item illis 11. adduntur 8. q̃ cõstituunt 19. qui numerus debet poni cum interuallo in 5. lr̃a ianuarij. Item illis 19. addantur 8. ⁊ sic sunt 28. sed quia aureus numerus nõ transit 19. ⁊ ideo abiectis 19. residuũ. s. 8. d3 poni immediate post 19. ⁊ sic per totũ calendariũ3. Patet ergo, ꝙ qñ maior numerus sequitur minorẽ, tũc debet inter vtrunque numerum dimitti vna litera: ⁊ quãdo minor sequitur maiorem, tunc nulla debet litera intermitti: vnde versus.

De tribus octo cauens superet de dena nouemque.
Maior fit ternus, minor aureus esto secundus.

Ueruntamen formatio illa fallit in omni mense, cuius lunatio est 29. dierum. s. in Februario, Aprili, Junio, Augusto, octobri, ⁊ Decembri in quib⁹ post minorem numerum maior immediate locatus sequitur circa principium mẽsis, quod patet hoc versu.

Mense breuis lunę februs est ars det cito gauger.

In isto versu erũt sex dictiones sex mẽsibus deseruiẽtes: quorũ3 lunatio est 29. incipiẽdo in medio versu, vbi dr̃ februs: ita ꝙ quęcunq3 fuerit initialis lr̃a alicuius istarũ dictionũ, sup eadẽ lr̃a in calẽdario maior numerus sequitur minorem, sine spatio. i. nulla lr̃a dimissa in illo mense cui seruit illa dictio. v. g. Februs est prima

ma dictio ꝛ seruit primo mensi, cuius lunatio est 19. f. febrūs, ꝛ f. est prima litera: ergo super primum f. mensis februarij maior numerus sequitur minorem immediate. similiter super primum e. Aprilis: ꝛ sic de alijs: sed super primum g. decembris maior, s. 14. sequitur immediate minorem. s. 2. ꝛ super eadem litera: quia ibi est duplex aureus, quod designat geminatio huius literę g. in dictione ganger. Item fallit in Iulio ꝛ reliquis mēsibus vsque ad Ianuarium: in quibus circa finem numerus 19. sequitur immediate ad 11. numerum: vnde versus.

Iulius ꝛ reliqui, qui restant dena, nouemque.
Iungunt vndeno, sic est ratus aureus ordo.

Item sciendum est, ꝙ quando 19. immediate sequitur 11. tūc octauus, qui sequitur, debet tertio loco poni: vnde versus.

Quando continuas vndenis dena nouemque,
Maiori trinus tunc octonarius esto.

¶ De termino Paschali, ꝛ primo de clauib. festorū mobiliū. C. 6.

De termino Paschali triplex datūr ratio: ꝛ prima per claues Mosaicas: scda p ętatē lunę: tertia per tabulas manuales: de quarum qualibet videndum est: Sed primo de clauibus: ꝛ ideo videndum est quid sit clauis, ꝛ vnde dicatur, ꝛ vnde habet ortū, ꝛ ad quid inuenta fuerit. Clauis est numerus variabilis datus anno ad inueniendū principia quinqꝫ mobiliū festiuitatum, s. septuagesimę, quadragesimę, paschatis, rogationum, penteco stes: ideo sunt quinque claues: ꝛ qōlibet p̄dictorū festorū hꝫ trigintaquinqꝫ dies, in quibus semper celebrantur. A sede autē cuiuslibet clauis numerātur dies vndecim, ꝛ vsque ad initiū ipsorū trigintaquinqꝫ dierū, prout hęc infra patebunt. Et dī clauis per similitudinē: quia sicut per claues ostia reserantur, ita per talem numerū principia dictarum festiuitatū nobis denotantur. Habent eñ ortum istę claues terminorum a 19. anni cycli lunaris, ꝛ 7. diebus septimanę: vnde prima clauis est 29. Claues autē aliorū annorum sic formantur: addamus eñ semper claui pręcedentis anni 19. ꝛ summa inde proueniens erit clauis sequentes anni, si non superat 40. si vero summa superat 40. abiectis 30. residuum erit clauis sequentis anni. verbi g. Clauis primi anni est 26. cui si iungatur 19. erunt 45. vnde abiectis triginta, remanent 15. qui numerus est clauis sequentis anni. ꝛ ita formātūr vsqꝫ ad 19. annos

nos per ordinē: q2 non pceditur vltra 19. numerum: sed reuertitur ad priorē: vnde cyclus clauiū aurei numeri ꝛ epactarū non differunt quantitate, differunt tñ principio, q2 cyclus epactarū incipit a septēbri, cyclus aūt aurei numeri ꝛ clauiuȝ a ianuario. Unde si velimus scire quotus sit annus cycli aurei numeri, ꝛ clauiū, possumus scire per diuisionē annorū dñi factaȝ superius in titulo de epacta. Inuento quotus sit annus clauiū, possumus scire quę sit clauis illius anni per aliam hanc rōneȝ. Numerus enim ille, qui remanet de diuisione annorū dñi, numerari debet per summitates quinqȝ digitorum, incboando a pollice: ꝛ si numerus terminatur in pollice, debemus addere 25. ꝛ summa inde proueniens erit clauis illius anni: si vero numerus finitur in indice, debemus addere 13. si in medio, 31. si in annulari 19. si in auriculari, 7. ꝛ si summa inde proueniens excesserit 49. abiectis 30. quod remanserit erit clauis, quę additio his versib. continetur.

Uiginti quinque tredecim plus esse tricenos.
Unde vicena epa digitis pro clauibus apta.

Sedes quideȝ clauium nunq̃ inuenitur in calēdario, nisi super hanc literaȝ g. prima ergo g. Januarij est clauis septuagesimę. vltima g. eiusdem mensis est clauis quadragesimę: ꝛ secunda g. Martij est clauis paschatis: tertia g. aprilis est clauis rogationum. vltima g. aprilis est clauis pentecostes: vnde versus.

Primaque, ꝛ vltima g. Jani, Martisque secunda,
Tertiaque aprilis tibi signat, ꝛ vltima clauem.

Habita ergo claue anni, incipe cōputare a sede claui: ꝛ comple illaȝ in diebus calēdarij p ordinē pcedendo: ꝛ vbi terminabit, ibi erit terminus solennitatis: ita ꝙ in proximo die dñico ibi sequenti erit initiū solēnitatis, cuius est clauis, sed rōnes incipiūt in sequēti die lunę: ꝛ si fuerit bissextus, cuilibet claui est vna dies addenda. ¶ Rationes ad inueniendum Pascha. Cap. 7.

Possumus etiā scire Paschales terminos per ętatem lunę: cuius rationem sequitur iuxta consuetudinem iudęorum, de quo talis datur regula. Accipe lunam quęcunque est in festo epiphanię: ꝛ perfice illam procedendo per dies calendarij ordinate vsque ad 40. dies, ꝛ si fuerit bissextus, vsque ad 41. in proxima die dominica sequenti erit initium septuagesimę: vnde versus.

A festo stellę numerando perfice lunam,

Quadra-

Quadraginta dies post septuagesima fiet.
Bissextus quando fuerit, superadditur vnus.
Si cadit in lucem domini tunc sume sequentem.
Si cadit in feriam septenam, sitque bissextus,
Linque diem domini primum, sumasque secundum.

Habita ergo septuagesima terminos aliarũ mobilium festiuitatũ facile scire potes. Nam a septuagesima vsqз ad dñicam .i. quadragesime sunt tres integre septimane: a dñica .i. quadragesime vsqз ad Pascha sunt sex integre septimane: a Pascha vero vsqз ad diem Lune rogationũ sunt quinqз septimane, ⁊ vnus dies: a Pascha vero vsqз ad Pentecosten computantur quinquies decem dies. Terminũ quoqз Paschalem his versibus scire potes.

Post nonas martis vbi sit noua Luna require.
Tertia lux Domini proxima Pascha tenet.

¶ Rursus vbicũqз post duodecimũ cal. Aprilis Luna decimaquarta reperitur, dominica proxima Pascha celebratur. Item qualiscũqз Luna fuerit in cal. Januarij, talem fac eã in festo sancti Benedicti, siue 12. calen. aprilis: ⁊ illam computes vsque ad 24. ⁊ ibi erit Pascha hebreorum. ¶ Rursus ab 8. idus Martij vsqз ad nonas aprilis sunt dies 29. quocunque ergo illorum Luna fuerit prima, computetur vsque ad quatuordecim: ⁊ ibi erit Pascha hebreorũ. Est etiã ⁊ alia ratio inueniẽdi Pascha p etates Lune: qñ qñ Luna currit per vnũ, erit Pascha dñica prima post nonas aprilis: qñ currit per duo, erit dominica prima post 8. cal. aprilis: quando currit per tres, erit dñica prima post idus aprilis: qñ currit per quatuor, erit dñica prima post nonas aprilis: qñ per quinqз, erit dñica prima post 11. cal. aprilis: qñ per sex, erit dñica prima post 4. idus aprilis: quãdo per septem, erit dñica prima post 3. calen. aprilis: qñ per octo, erit dñica prima post 14. cal. maij: qñ per nouem, erit dñica prima post 7. idus aprilis: qñ per decem, erit dominica prima post 6. cal. aprilis: qñ per vndecim, erit dominica prima post 17. cal. maij: qñ per duodecim, erit dominica prima post pridie nonas aprilis: quãdo per tredecim, erit dominica prima post 9. cal. aprlis, quãdo per quatuordecim, erit dominica prima post pridie idus aprilis: qñ per quindecim, erit dñica prima post 12. cal. aprilis, qñ per decemseptem, erit dominica prima post 5. idus aprilis, qñ per octodecim, erit dominica

nica post 4. idus aprilis, q̄n per 19. erit dn̄ica post 15. calen. maij.
Tabulas insuper manuales nonnulli ad inueniendos paschales terminos cōfecere, sicut Dionysius, Isidorus, et quidam alij, quas ad præsens duximus dimittendas, ne difficultas sit nimium onerosa. Ad præsens igitur sufficiant carmina nostra infrascripta. Esse grauem nobis bello carnem caueamus.
Bellum sæpe gerens etiam puto deiicit hostem.
Mox animæ lucrū inuenies cum religiosis. In his versibus sunt 19. dictiones, 19. annis cycli lunaris seruientes, prima primo, secūda secundo, et sic p ordinē, sumpto initio a primo anno cycli, et quota fuerit prima lr̄a dictionis in ordine alphabeti, quæ nō desinat in m. tota die aprilis cōputādo a mēsis principio versus finē, erit terminus paschæ hebræorum. i. luna 14. et in primo dn̄ica subsequenti erit Pascha nostrū, sicut in sexta parte sub tractatu de Pascha plene dictū est. Ibi etiā patet quare sub 5. calen. aprilis scribit in calendario resurrectio dn̄i. Si vero dictio desinit i m. quota eius erit prima litera in alphabeto, tota die martij cōputando a mēsis fine versus principiū erit terminus Paschalis iudæorū, et in primo die dn̄ico, q̄ postea occurrerit, descēdendo versus finē, erit Pascha nr̄m, hoc cautius obseruādo, qz carnē et caueam⁹ in p̄fatis versibus dēnt scribi p c, et hostē debet scribi per h, q̄ in hoc loco pro lr̄a reputatur. Pōt et aliter pascha facile inueniri, pone enim in calendario tuo in margine aureum numerum sequentem. vz iuxta 12. calen. aprilis pone 16. iuxta 11. cal. pone 5. iuxta 12. cal. 13. iuxta 8. cal. 2. iuxta 6. calen. 10. iuxta 4. cal. 18. iuxta 3. cal. 7. Item iuxta cal. aprilis 15. iuxta 4. nonas aprilis 4. iuxta 2. nonas 10. iuxta nonas. 1. iuxta 6. idus 19. iuxta 5. idus. 17. iuxta 4. idus. 6. iuxta 2. idus 14. iuxta idus 3. iuxta 17. cal. maij. 11. iuxta 15. cal. 19. iuxta 14. cal. 8. Volens ergo terminum Paschæ inuenire, adde vnum annis domini tunc currentibus, postea diuide ipsos quoties poterit per 19. et si diuisio perficiatur in 10. quod nil superfit, recurre ad calēdarium tuum: et in illa die, iuxta quam inuenies scriptum 19. erit Pascha hebræorū, qd̄ semper celebrant in 14. luna, et in sequenti dn̄ica erat Pascha nostrum. Si vero aliquid superfit super vltima 19. puta quinq̄, vel decem, vel 15. dies, tunc Pascha hebræorū erit in die illa, iuxta quā scriptum inuenies 5. vel 10. vel 15. et sic de alijs p̄missis numeris, et diebus:

et in

& in sequenti dñica erit Pascha nostrũ: quod nõ põt esse ante 11. cal. aprilis, nec post 7. cal. maij. v.g. hoc anno computantur anni dñi 1286. quorũ 1273. sunt recte diuisi per 19. supersunt ergo 13. de premisso numero, quibus additur vnus, & fiunt 14. vbi ergo inueneris in tuo calendario hũc numerũ, ibi erit hoc anno Pascha Judeorũ: in sequenti vero anno erit vbi inuenies scriptum 15. & sic vsque ad 19. postea vero reditur ad 1. & sic perpetuo fiet. Per eundẽ quoq; modũ poteris terminum septuagesime inuenire. Pone in calendario tuo in margine iuxta 16. calẽ. Februarij hunc numerũ 8. Itẽ in eadẽ linea pone 16. iuxta 15. calen. Februarij, pone 5. iuxta 14. cal. 13. iuxta 13. cal. 2. iuxta 12. calen. 10 iuxta 10. calẽ. 18. iuxta 8. cal. 7. iuxta 7. calen. 15. iuxta 5. cal. 4. iuxta 4. cal. 12. iuxta 2. calẽ. 1. iuxta cal. februarii. Item iuxta 3. nonas februarii 9. iuxta nonas 17. iuxta 8. idus 6. iuxta 6. idus 14. iuxta 5. idus 3. iuxta 3. idus 11. iuxta idus 19. Diuisis ergo annis domini per 19. vt premissũ est, vide, qui numerus superest super 19. & vbi illũ in ipso calendario inueneris, ibi erit terminus septuagesime, qui semper est in luna vndecima: & in sequenti dñica septuagesimam celebramus, q̃ non põt esse ante 15. calen. februarij: nec post 9. cal. martij, sicut nec quadragesima potest esse ante pridie nonas februarii, nec post 6. idus martii. Eodem ẽt mõ terminus pentecostes inueniri põt: pone enĩ in tuo calẽdario in margine iuxta 7. idus maii 16. iuxta 6. idus 5. iuxta 4. idus 13. iuxta 3. idus 2. iuxta idus 10. Item iuxta 17. calẽ. Junii 18. iuxta 15. calen. 7. iuxta 13. cal. 15. iuxta 12. cal. 4. iuxta 10. cal. 12. iuxta 9. calẽ. 1. iuxta 7. calen. 19. iuxta 5. cal. 12. iuxta 4. cal. 6. iuxta pridie. cal. 14. Item iuxta calen. Junii 3. iuxta 3. nonas. 11. iuxta nonas 19. iuxta 8. idus 8. Diuisis ergo annis domini per 19. numerũ illũ, qui supererit super 19. quere in premissis locis calẽdarii: & vbi illũ inueneris, ibi erit pentecoste hebreorũ, quod semper est in luna 4. & in sequẽti dñica erit pentecoste nostrum, quod nõ põt esse ante 6. idus maii, nec post idus iunii, sicut nec rogationes esse pñt ante 6. calen. maii, nec post calen. iunii. Põt ẽt Pascha aliter inueniri per hãc tabulam, 5.15.13.2.22.10.30.18.7.27.15.4.24.12.1.21.9.19.17. Isti numeri representãt quosdam dies aprilis & martii, in quibus contingit Pascha hebreorũ, cõputando dies illos a principio ipsorũ mensiũ, ita q̃ ipsi numeri a viginti infra rñdeant aprili, a viginti supra

pra

pra martio: hoc vult dicere hec tabula: quod in primo anno cycli lunaris est Pascha hebreorum in 5. die intrantis aprilis: in secudo anno eiusde cycli est quintadecima die intrantis martij: et sic de alijs donec numeri ipsius tabule coplcantur: postea redditur ad primu annu cycli. Qualiter aut inueniantur anni cycli, dictum est supra, vbi agitur de epacta. Quare festa saluatoris, excepto festo natalis, siue natiuitatis, sint mobilia, dictum est in sexta parte, sub festo natalis. Vltimo, secundum Isido. sciendum est, quod inter latinos et grecos est varietas, sub termino festiuitatis Paschalis: quod prouenit, quia latini a tertio nonas martii vsque in tertium nonas aprilis primi mensis lunam requirunt: et si quintadecima luna die dominica prouenerint in aliam dominicam Pascha protrahunt, vt premissum est. Greci vero obseruant primam lunam ab 8. idus martij, vsque ad diem nonam aprilis.

De Cyclis. Cap. 8.

Quia in plerisque huius partis locis de cyclo mentio facta est, ideo de cyclo aliqua dicamus. Notandu est ergo quod Cyclus est spatiu aliquoru annoru in se rediens secundum aliquos numeros: et dicitur quasi circulus per duplice syncopa. Est enim cyclus vocatus, eo quod in orbem digestus sit: et quasi in circulu depositus ordine complectatur annoru, sine varietate et sine arte: sunt aute sex cycli. Primus solaris incipiens in 6. calend. martij, in festo Matthie constans ex 28. annis, cotinens cocurrentes et regulares solares et dnicales, et annos bissextiles et coes. Secundus cyclus est decemnouennalis constans ex 19. annis, et incipit a ianuario continens in se aureum numeru, et claues terminoru. Tertius est cyclus lunaris, incipiens similiter a ianuario habens 19. annos. Incipit aut quarto anno cycli decenouennalis: hunc inuenerut Romani: vt scirent qua hora luna a sole accenderetur: sed quia processu temporis hec inuentio falsificata est, nihil operamur secundum hunc cyclum. Quartus est epactalis incipiens 5. calen. septebris, habens similiter annos 19. continens in se regulares lunares, et epactas, et annos, et comunes, et embolismales. Quintus est cyclus magnus constans ex quingentis 32. annis: vel secundum alios quingentis triginta annis: secundum que formatur tabula Dionysij. Sextus est cyclus indictionalis: constans ex 15. annis, et cotinens indictionales. Romani enim, quia difficile erat de remo-

tis mundi partibus venire singulis annis Romam ad soluenda tributa per eos prouincijs indicta, statuerunt q saltem singulis quinquenijs soluerentur: ita q primo quinquennio apportarent pro tributo ferrũ pro fabricandis armis: In secundo quinquennio argentum pro stipendijs militib. erogandis: In tertio aurum pro simulacris fabricandis: et sic semper post aurum qd in anno quintodecimo ferebat, incipiebat quinquenniũ quo ferrũ iterum soluebatur: et sic erat quasi quidã circulus tpis: qz ergo Romani sic fieri indixerunt: ideo illi anni indictio nuncupati sunt: de quo dictũ est supra. Premissum aũt spatium quinqz annorũ vocatũ est lustrum: quia venientibus nuncijs prouinciarum cum tributo, cum cereis, et cum alijs preciosis sumptibus vrbem lustrabant.

Explicit tractatus de Computo Ecclesiastico.

Compendium Musice.

Quisquis ad canendi scietiam erudiendus accedis, dispõne, viz, et ordinẽ lrarum (per quas ois cãtus hz discretionem) cordi memoriter imprimas: vez, qd ponuntur et sunt i ordine manus, seu palme viginti litere: q diuiduntur in subgrauibus, grauibus, acutis, et superacutis. At vero ipse litere in ordine manus nõ sunt nisi septem, voce et forma differentes. s. A. B. C. D. E. F. G. subgrauis vna est dumtaxat litera greca omnium prima in principio pollicis manus sinistre a latinis Philosophis addita: quam quidã eorũ vocabulo, Gamma dicunt: Nos vero latini



G,appellamus,i qua nrę musicę oīs sumit ordo principiū: τ ipsius Gāma nr̄a manus ornata initio sc a Gręcis ꝑhtet exordiū sumpsisse. Graues lrę sūt septē.s.A.B.C.D.E.F.G. Et graues dn̄r: q2 in inferiori loco primitus sunt formatę: hoc est in voce pectoris. Hn̄tq3 principium in prima iūctura pollicis: τ finem in scd̄a iūctura auricularis. Acutę siłr sunt septē. s. A.B.C.D.E.F.G. q̄ nō sunt a primis grauibus noīe differētes: sed forma duntaxat. Ideoq3 acutę dn̄r: eo ꝙ acutuz reddant sonū respū grauiū ꝑdictarū. Formant eñ i superiori loco.i.ī voce gutturis. Et hn̄t principiū in tertia iūctura auricularis: finē vero ī secūda iunctura indicis. Superacutę sunt quinque.s. AA.BB.CC.DD.EE.τ ideo superacutę dn̄r: eo ꝙ super ꝑdictas acutas acutiorez reddant sonum. Et rō est: q2 formantur in superiori loco.s.in voce capitis, τ hn̄t principiū in scd̄a iunctura medij: finē vero in tertia iunctura eiusdem a tergo: vt omni depictam hanc manum intuenti patet.

VT autem ordo literarum naturaliter positaruz ibi breuiter pateat: τ quę in spatio, quęue literę sint in linea cognoscas: inferius perpēde dispositas. Gamma in linea A. in spatio B. in linea C. in spatio D. in linea E. in spatio F. in linea G. in spatio A. in linea B. in spatio C. in linea D. in spatio E. in linea F. in spatio G. in linea AA. in spatio BB. in linea CC. in spatio DD. in linea EE. in spatio. Vide quia literę, quę in

grauibus in linea notātur: in acutis in spatio demonstrantur: & que in acutis spatio sunt notate: in superacutis in linea sunt scripte, prout in hac figura patet.

Preterea sciendum est b rotundum in dispositione literarum non debere proprie lineam, aut spatium occupare: nec locum naturaliter habere: quia non est de computo septem literarum musicalium: si enim esset aliqua de septem, per duplarem cōsonantiam alicui grauium, vel superacutarum responderet. Grauibus quippe per duplarem respondere non potest consonantiam: quia minus esset semitonium. Superacutis vero diapason nequaquam consonat: quia semitonium superabūdat. Vocatur enim apud grecos b rotundum sine menon: hoc est accidens, vel accidentale: quod enim est accidentale, non est proprium: & quod non est proprium, non est naturale. Inuentum est autem b rotundum ad temperandum tritonum: qui super, scilicet naturaliter inuenitur: vbi enim cantus asperior sonat b rotundum loco b quadri: ad temperandam tritoni duritiam furtim interponitur. Sed vbi cantus ad suam naturam recurrerit, statim debet auferri. Igitur quia b rotundum est accidens, vel accidentale: & accidens potest adesse vel abesse sine corruptione subiecti, vbi necessarium fuerit apponatur.

¶ Nec id te lateat, quod predictis septem literis voce & forma differētibus, associate sunt notule seu voces sex, scilicet vt, re, mi, fa, sol, la, que ex duabus primis proprietatibus: scilicet b quadri, & nature quinquies repetite ponuntur: & ex tertia, scilicet b rotundi proprietate bis interponi noscuntur.

¶ Sciendum tamen, ꝙ proprietas in musica est deriuatio plurium vocum ab vno eodemque principio. Existentibus igitur modis sine proprietatibus tribus totius cantus, pro ipsarum noticia habenda cuilibet vnica est litera assignata. Nam proprietati nature data est litera C. b molli, F. & b quadro G: quibus vocū principium proprietatum conceditur, scilicet vox Vt: quam cetere sibi ordinate voces, videlicet Re, Mi, Fa, Sol, La. per eandem proprietatem sequūtur. Ut enim vox in C locata cum suis ordinatis vocibus, scilicet, Re, Mi, Fa, Sol, La, per proprietatem nature in graui vel acuto cantatur. In F per b molle: In G per b quadrum. Unde versus.


Nature

Nature modum per C cantare solemus.
F b molle notat: sed G b quadrum ostendit.
¶ Nota quod signa siue claues (vt vulgo dr̄) demonstrantes sedē totius cantus vniuersaliter vsitate, sunt due: vz F graue. loco cuius lr̄e, talis figura ponitur ꞉|꞉ Et b acutū: pro quo tale signū [: Per ipsarū aūt discretā repositionez per lineas, pōt oīs cantus cuiuscunqz sit toni rōnabiliter collocari. Distant. n. ab inuicē per diapētē: nā F in grauibus, C in acutis cōstituta sunt.
¶ Sunt ergo note oēs in manu numero quadragintadue, numerate vz a Gamma ad EE vltimū, viginti sedibus collocate. ¶ Et nota ꝙ syllaba, vt semper est caput ⁊ principiū aliarū sibi succedentiū syllabarū. s. re, mi, fa, sol, la. Harum. n. oīuz sex syllabarum aggregatio dr̄ in cantu deductio: qꝛ deducit modulantium voces ex grauitate in acumen, ⁊ ex acumine in grauitatez. ¶ Et quia illa nota siue syllaba, vt, septies in manu reperit: ideo dicimus ꝙ septez sunt deductiones manus seu palme: vnde prima deductio habet principiū in B subgraui, ⁊ finem in E graui: ⁊ cantatur per b quadruz graue. ¶ Secunda hꝫ principium in C graui, ⁊ finem in A acuto: ⁊ cantatur per naturam grauem. ¶ Tertia habet principium in F graui, finem vero in D acuto: ⁊ cantatur per b molle graue. ¶ Quarta habet principium in G graui: ⁊ finem in E acuto: ⁊ cantatur per b quadrum acutum. ¶ Quinta habet principium in C acuto, finem vero in AA superacuto: ⁊ cantatur per naturam acutā. ¶ Sexta habet principium in F acuto, ⁊ finem in DD superacuto: ⁊ cantatur per b molle acutum. ¶ Septima habet principium in G acuto: finem vero in EE superacuto: ⁊ cantatur per bb quadrum superacutum.


¶ Breuis ⁊ vtilis regula pro fiendis mutationibus.

Mutatio est alicuius vocis vel note vnius proprietatis in alteram eiusdem soni, atqz loci varietate acceptio. Fit nāqz mutatio vel fieri potest in quolibet loco: vbi due vel tres voces, siue note nomine sunt diuise: que quidem sub vna sola litera includuntur. Itaque ad mutationez faciendā requiritur ꝙ ibi sint due voces vnisonū facientes: ⁊ ꝙ proprietates per quas fit mutatio iungantur ad inuicem in vna voce: vnde vbi sola vox est, non potest fieri mutatio: etiaz si sint due voces, ⁊ non sint equa-

les in sono, non fit mutatio: vt sunt istę due voces de b. fa b mi. q̃ differunt sono p̄ semitoniū, qd est inter fa, ⁊ mi. ¶ Preterea notare debem⁹, ꝙ mutatio fieri dꝫ duobus casib. s. qñ cãtus transgredit vocē la vnius proprietatis p̄ duas voces, seu notas: ⁊ qñqꝫ per vnam tm̃. Et qñ sub voce, seu nota, vt per vnam tantum descendit. Primo modo mutatur Sol, vel La, in Re, ⁊ vocatur Mutatio ascendens. Secundo modo mutatur Re, vel Ut in La, ⁊ vocatur Mutatio descendens. Exemplum primi.



¶ Animaduertendum tamen est, ꝙ mutatio ascendens fit semper in Re: mutatio descendens fit semper in La: ⁊ hoc quando cantus per gradus procedit: secus autem si per gradus nõ progrederetur: quia tunc mutatio effectu non fit, sed intelligitur facienda: prout in exemplo sequenti videri potest.



¶ Item

¶ Itez nota quod non debet fieri mutatio, nisi necessitate cogente. Unde duplex est necessitas. Prima est, quando proprietas vna non sufficit ad ascensum, vel descensum cantus: et tunc oportet mutationem fieri proprietatis ipsius in aliam cantui magis deseruientem. Et quandiu per vnam proprietatez potest cantari: non debet fieri alterius proprietatis mutatio, sed vitari. Secunda necessitas est, quod licet vna proprietas per ascensum vel descensum cantui deseruiret, tamen de necessitate mutatur in aliam ad cantum magis harmoniacum faciendum: vt sepe fit de b molle in b duro, et e conuerso, tunc tot aliter non debet vitari mutatio.

¶ De coniunctionibus vocum que sint.




Coniunctio in musica est dispositio siue ordinatio sonorum, siue vocum adinuicem in syllabis et dictionibus. ¶ Tonus igitur, semitonium, ditonus et semiditonus coniunctiones vocant, que consonantiarum mem bra proprie nuncupantur. Unde Isid. Toni, semitonia, ditoni, et semiditoni, sunt particule consonantiarum: per quas voces vocibus, et cantibus cantus iunguntur. ¶ Tonus a tono nō differt in aliquo: nec semitonium a semitonio similiter aūt ditonus a ditono non vllo modo discrepat: nec semiditonus a semiditono. Licet.n. tonus, semitonium, ditonus, semiditonus pluries in manu reperiantur: idem tamen semper sunt quod superius esse diffiniuntur. ¶ Quisquis igitur bene, naturaliter et perfecte cantare desideras, habeas coniunctiones per manus articulos determinatas. Insuper si menti memoriter insertas cum adiunctis consonantijs tenueris peritus cantor si adsit possibilitas vocis, facile esse poteris: quoniam quod ore decantas tentabis auditu, et corde intelligere preualebis. Sed iam primo videamus quid sit tonus.

¶ De tono.

Tonus, qui omnium prima et integra dicitur esse coniunctio, est duorum sonorum inequalium per spatium integrum immediate iunctorum acceptio. ¶ Dicitur aūt tonus a tonādo.i. perfecte et integre pronūciando: quia vtrunque sonum plene et integre pronūciare debemus. Et est tonus inter G. et A. et econuerso: et ab A. et B. et cōuerso: inter C. et D. et econuerso: et a D. ad E. et econuerso: et ab F. et G. et econuerso, in grauibus, acutis, et superacutis: vt hic patet exēplo.

Tonus. Tonus. Tonus. Tonus. Tonus.




De semitonio.



Semitoniũ est duorũ sonorũ inequaliuꝫ per spatiũ imperfectuꝫ, ⁊ non integrũ mediate iunctorũ acceptio. Et dr̃ semitoniũ a semi, qđ est imperfectũ vel incompletũ, vel nõ integrũ, ⁊ tonus, quasi imperfect⁹ ⁊ nõ integer tonus. Et ideo sicut tonus perfecte, complete, ⁊ integre pnunciatur: ita semitoniũ quod duarũ partiũ toni pars est, imperfecte, incõplete, ⁊ non integre pronunciari debet: qđ manifeste intelligẽtiũ prolatione ⁊ in monachordo patet. Et est semitoniuꝫ inter b quadratũ, ⁊ C, ⁊ ecõuerso E. ⁊ F. ⁊ ecõuerso A ⁊ b rotũdũ, ⁊ ecuerso i grauib. acutis, ⁊ supacutis, vt hic pꝫ exẽplo.


Semitonium. Semitonium. Semitonium. Semitonium.





Ditonus est duorũ sonorum seu vocum per duo spatia plena, integra atqꝫ perfecta iunctoruꝫ acceptio. Hꝫ ergo ditonus duos tonos, voces tres, ⁊ interualla duo: ⁊ q: ex tonis compositio debet esse perfecta, plena, ⁊ integra est eius pronunciatio. Dr̃ aũt ditonus a dia, qđ est duo, ⁊ tonus: q: ex duobus iungitur tonis, vt hic patet exemplo.


Ditonus. Ditonus. Ditonus.



Semiditonus est trium vocũ seu sonorũ per spatiũ vnum, plenum, integrũ, atqꝫ perfectũ, ⁊ aliud nõ integrũ atque imper-

fectū iunctorum acceptio: Et dr̄ semiditonus a semi, qđ est non plenū, ⁊ non perfectus: ⁊ ditonus quasi imperfectus tonus cum perfecto ⁊ cōpleto tono. Perfectaȝ quippe hīc non pōt semiditonus pronunciationē sicut ditonus: q̄ ex minoris semitonij de perditione ad perfecta spatia non attingit: idcirco toni pfectaȝ, ⁊ semiditoni imperfectam habent prolationem, vt hic sequitur.


Semiditonus. Semiditonus. Semiditonus.



De diatessaron. Prima consonantia.


Diatessaron ꝯsonātia fit ex quatuor sonis ꝯstituētibus duos tonos, ⁊ vnū semitoniū minus. Dicta est.n. a dia qđ est per, ⁊ tessaron quatuor, quasi ex quatuor vocib⁹ facta. Igiť qm̄ diatessarō ꝯsonantia quatuor retinet voces, tres tm̄ necesse est habeat differētes spēs. His nāqȝ cōsonantia vnā semper minus hȝ speciem, ꝙ fuerint eius voces. Prima nāqȝ eius spēs formať ex tono, semitonio, ⁊ tono in eleuatione. Incipit.n.i A.re.prima chorda grecorū, ⁊ pcedit ad quartaȝ lrām.s. D.his syllabis Re.mi.fa.sol.⁊ vbicunque reperiuntur similes voces, semper fit prima diatessaron spēs. Secūda spēs diatessaron eleuať semitonio ⁊ duobus tonis incipiēdo in B.mi.hisque quatuor syllabis pcedit Mi.fa.sol.la.⁊ vbicunqȝ silis vocuȝ cōmistio reperiť, semper fit secūda spēs diatessaron. Tertia vero spēs diatessaron eleuať duobus tonis, ⁊ semitonio in formatione: incipiturque in C.fa.vt.⁊ procedit per has voces.Ut.re.mi.fa.ac vbicunqȝ reperiť similis vocum aggregatio semper fit tertia diatessaron spēs: vt hic patet inferius.

Prima species diatessaron. Secunda species diatessaron. Tertia species diatessaron.




Dia-

¶ Diapente. ¶ Secunda consonantia.




Iapēte est ɔsonātia quinqʒ sonos, tres tonos, vnūqʒ semitoniū cōtinens. ¶ Dicta est. n. a dia, quod est per, ꝛ pēte quinqʒ, quasi cōsonātia ex quinqʒ vocibus mista. ¶ Fit equidē diapente ex diatessarō tono superaddito: q̄ cū quinqʒ tm̄ habeat voces, quatuoꝛ necesse est retineat species. ¶ Prima nāqʒ diapēte species formatur ex prima specie diatessaron ex tono in acuto repente superaddito procedens his syllabis re. mi. fa. sol. la. intēsiue, ꝛ vbicunqʒ fuerit similium coniunctio vocum, semper fit prima spēs diapente. ¶ Scda spēs diapente formatur ex secūda specie diatessaron, vt supra: procedit nanque per has syllabas mi. fa. sol. re. mi. ¶ Tertia diapente species formatur ex tritono ꝛ semitonio: hisque procedit syllabis fa. sol. re. mi. fa. ꝛ vbicunque fuerit similiū ɔnexio vocū: semper fit tertia species diapēte. ¶ Quarta vero species diapente formatur ex tertia specie diatessaron: ꝛ tono in acutioꝛi parte superaddito procedens his syllabis vt. re. mi. fa. sol. ꝛ vbicunque fuerit similium sonoꝛum cōmistio, fit semper quarta species diapente: vt hoc monstratur exemplo.

¶ Prima species diapente. ¶ Secunda species diapente.



¶ Tertia species diapente. ¶ Quarta species diapente.



¶ De consonantia diapason.



Iapason cōsonātia fit ex octo sonis ɔstituentibus quinque tonos ꝛ duo semitonia. Dī. n. a dia quod est per, ꝛ pason oē: quasi consonantia consistens ex omnibus sonis. Oēs quidē soni sunt septem in tota musice disciplina: quibus cū pꝛimo replicato hec perfecta diapason simphon ia

phonia perficitur. ¶ Septē sunt differentes diapason species; quarum prima fit ab A. graui ad A. acutū. Secunda a B. graui ad B. acutū. Tertia a C. graui ad C. acutum. Quarta a D. graui ad D. acutum. Quinta ab E. graui ad E. acutum. Sexta ab F. graui ad F. acutum. Septimum a G. graui ad G. acutum.

¶ De tropi seu toni descriptione.



Tropus siue tonus, modus est quāplurīū vocū, ex diapente ac diatessarō ordinatione speciei debitę cōiunctarū, in acumine & grauitate distantiū, per ascensū & descensum ꝯgrua pneumatum forma cōstitutarum conueniens constitutio. ¶ Et ideo greci (a quibus hec musica primitus est exorta) quatuor tropos. s. protum, deuterum tritū, & tetartum sub quatuor vocum cognitione. s. re. mi. fa. sol. ac d. e. f. g. primarum literarum finalium terminatione statuere notandos: vt ex huiusmodi finalium literarū atq̄ vocum effectus notitia in ipsorum troporum perfectionis & naturę notitia venire mus. Protus nāq̄ tropus, qui primus est in voce, re. & d. prima sibi coniuncta litera cū suo subiugali finitur. Deuterius, qui secundus est tropus in, mi. voce, & e prima lr̄a cū suo subiugali finalem sedem acquirit. Tritus vero, qui tertius tropus est eiusq̄ subiugalis in voce, fa. atq̄ f. prima est terminatus. Sed tetartus tropus quartus in voce sol. G. quę prima cum suo subiugali est conflatus. Hę quidem voces & literę graues sunt: & in eis troporum termini statuuntur, vt auctenticorum perfectionibus atq̄ plagalium eorumq̄ formationi satisfiat. Sunt ergo octo tropi siue toni numero differentes: quorum quilibet suam formā, ordinem, atque modum habent, vt patebit exemplo.

¶ Quo predicti tropi, modi, seu toni ex supra notatis speciebꝰ. s. diatessaron, diapente, ac diapason constituantur ac formentur.



Protus tropus siue tonus, qui in ordine primus est, suam formam & esse a diapente & diatessaron recipit: quoniam ex ipsorum primis speciebus formatur. s. re. la. prima diapente specie: & ex re. sol. prima diatessarō ipsi primę diapente superaddita speciei. Producunt. n. diapason hę coniunctę species, quę sunt re. la. & re. sol. in D. primo termino inferiori fundatę, & in D. secundo termino superiori terminatę. Forma igitur huius primi tropi seu toni auctentici constat

ex

ex prima diapente specie re.la. & ex prima diatessaron superius adiuncta.re.sol. cuius formę demonstratio inferius patebit. ¶ Forma subiugalis pti,tropi,siue toni est in D.primo cū suo-re prima dia pente spēs inchoata,f. re.la. & ab eiusdē prima diatessaron deorsum tendens species ordinata,f.sol.re.qui forma a sui auctentici specie auctentice non deficit: quanquam in diatessaron positione ab auctentici forma distet,vtriusque tamen finis idem est. ¶ Forma igitur plagalis huius est ex diapente specie prima re. la. ex diatessaron etiam prima diapente ipsi cōiuncta inferius sol.re.vt inferius patet exemplo.

¶ Demonstratio proti perfecti ¶ Demonstratio plagalis proti perfecti.




¶ Diapason ex diapente & a diatessaron connexa superius. ¶ Diapason ex diapēte & diatessaron connexa inferius.

Deuterus tropus,seu tonus, qui auctenticorum secundus, sed in troporum ordine tertius est, ex diapente ac diatessaron recipit formam suam & esse. Ex secunda.n. diapente specie in E. primo & voce sua mi. inchoante,& in secundo b.& sua voce mi terminante: ac ēt ex secūda diatessaron specie in eodem b. cum voce sua mi initium habente: & ad E secundum, & suam vocem la. terminante formatur.¶ Pręsentis igitur tropi seu toni formatio ex mi.mi. specie diapente secunda: & ex mi.la.etiam diatessaron secunda ipsi diapente superaddita speciei cōficitur: ex quibus hic tropus redditur omnino perfectus:vt inferius patebit.¶ Forma subiugalis deuteri ab ipsius deuteri forma, nisi in diatessarō positione non distat: qm̄ ex diapente & diatessaron speciebus recipit suam formam: & vtriusque finis idem est. Igitur hęc forma in E. primo suaque voce mi.fundata,ex secunda,vt diximus, specie cōponitur, diapente ad B.secundum eiusque mi. voce superius ascendente, & ab eodem E. atq3 voce cum cōiuncta diapente ex secunda diatessaron specie descendente, quę forma est ex mi. diapente secunda,& ex la.mi. diatessarō inferius secunda specie, vt patet.


¶ De-

¶ Demonstratio deuteri perfecti.



¶ Diapason ex diapente diatessaron coniuncta superius.


¶ Demonstratio plagalis deuteri perfecti.



¶ Diapason ex diapente, ⁊ diatessaron coniuncta inferius.

TRitus tropus, siue tonus, qui auctenticorum tertius, sed in troporū ordine quintus est, diapente ⁊ diatessaron consonā tijs suā formā acqrit ⁊ esse: nā forma hęc in tertia diapēte tertia= que diatessarō specie iūctis ꝯficit: ex eiꝰ nāqꝫ fine atqꝫ fundamē to, qđ F. primū dr̄, tertia diapēte species exorta. s. fa. fa. in secunda C. terminata cū cōiuncta sibi specie tertia diatessarō. s. vt fa. i. ad sūm F. progressa finitur: quę ipsam diapason cōsonātiam perfe= cte cōstituunt. Recta igitur forma triti ex fa. fa. tertia diapente: ⁊ vt fa. tertia diatessarō est cōiuncta: vt patet inferius. ¶ Forma subiugalis triti ex sui triti auctentici speciebus, qm̄ ipsiꝰ naturę est, acquirit esse, ⁊ eius materię cū ipso dr̄ esse forma. ¶ Verum, q: (vt de cęteris dictū est plagalibus) diatessaron cōsonantia pro hmōi forma infra diapēte cōiūgitur, quę pro auctētici forma su= pra diapente ꝯuertitur, non vr̄ distare a cęteris: ⁊ vtriusqꝫ idem est fundamentum ⁊ finis. ¶ Huius igitur forma plagalis supe= rius specie diapente tertia fit a fine fa. fa. ⁊ sub ipso coniuncta ter tia diatessaron fa. vt, vt patet hic inferius.


¶ Demonstratio Triti perfecti.



¶ Dia=

¶ Diapason ex diapente diatessaron coniuncta superius.


¶ Demonstratio plagalis Triti perfecti.



¶ Diapason ex diapente & diatessaron coniuncta inferius.


Tetartus trop⁹ siue ton⁹ auctēticor͡ vltim⁹ est: q̄ i ordine tonor͡ sept⁹ ex diapēte ac diatessarō tāq̄ ex causis efficiētib⁹ suā formā & esse accipit & acqrit. Oēs nāq3 tropos hę ꝯsonātię suis spēbus efficiūt: vt clare ꝯstat ex supradictis. ¶ Hāc etenī3 tetarti formā3 quarta species diapēte ꝑducit: q̄ in G. primo fundata ad D. fa3 cū, vt. sol. terminādo ꝑducit. Et ab eodē D. cū prima diatessarō. re. sol. ad G fa3 vlterius ꝓcedēdo finit. Et ideo i re. G. primo. vt. sol. quarta diapēte fundata cū re. sol. diatessarō prima ꝯiūcta hui⁹ tetarti tropi dr̄ esse forma & perfectio: vt iferi⁹ ꝯstat exēplo. ¶ Forma plagalis tetarti, q̄ i ordine oīu3 vltim⁹ & octau⁹ est a forma ipsi⁹ auctētici tetarti sumit: q2 quarta diapēte & a prima diatesserō spēb⁹ format. Sola qppe diatesserō spēi positio īter eos dr̄iā facit: q̄ i auctētico sup̄ diapēte cōponit: sed in hoc plagali supponit: sed i ceteris plagalib⁹ lex ipsa seruat. G. quoq3 primū vtriusq3 fundamētū & finis est. Isti⁹ igit plagalis forma ex diapēte specie quarta sup̄, & ex diatesseron prima cōponit. infra. s. vt. sol. & sol. re. vt inferius patet exemplo.

¶ Demonstratio Tetarti perfecti.



¶ Diapason ex diapente, cui adiungitur superius diatessaron.

¶ Demonstratio plagalis Tetarti perfecti.




¶ Dia=

Diapason ex diapente cui infra adiungitur diatessaron.

Potest igitur pfectus tonus seu tropus tali declaratione describi. Tropus seu tonus pfectus aucteticus siue plagalis est, qui ex ordinatis ex diapente ac diatessaron speciebus in acumine & grauitate cōiunctis debita pneumatū posita dispositione rite diapason retinet pfectā formā. Illa igit ascensu otrario erit ipfectio tropi, q̄ diapason pfectā formā nō retinebit.

Perfectā diapason formā nō retinere, est a totalis eius ascensu deficere: & ideo ille tropus nuncupabitur imperfectus, si auctēticus est, qui a fine suo in dicto diapason ascensu deficiet: vt si ad quintā, sextā, vel septimam tantum attingit a fine: & tanto magis est imperfectus, quanto magis a perfecta diapason distat. Plagalis autem iudicabitur imperfectus, si a fine supra a diapēte deficiat, vel infra si diatessaron nō descēdat: & in ea imperfectus parte in qua deficiens inuenitur: & si in vtraq; deficiat, in vtraq; cōtinet imperfectionē: & dr̄ in vtraq; imperfectus, vt patet exēplo.

Demonstratio proti imperfecti.




Diapason ex tono deficiens superioū toni continet imperfectionem.

Demonstratio plagalis proti imperfecti.



Diapason in vtroque termino tono deficiens plagalem imperfectum reddit.

Demonstratio deuteri imperfecti.




Dia-

Diapason supra & infra duobus deficiens tonis, tropum faciat a perfectione distare.


Hos aūt, qui supra diapason aliquid videntur addere, eo quod perfectā seruant formā, & aliquid plus adijciunt, plusquā perfectos in authenticis merito nominamus. Quos autem in plagalibus infra fines vbi eorum vltimus diapason perficitur terminus, tonum vel semitonum &c. cō tingit deponere, etiam dicimus plusquam perfectos. Supra igitur auctenticus dicitur plusquā perfectus, sed infra plagalis, & non supra: quia in ea parte mistus appellatur, vt nunc dicetur.

Demonstratio auctentici plusquam perfecti.



Diapason in superiori termino adiuncta cum tono.


Demonstratio plagalis auctentici plusquam perfecti.



Diapason in termino inferiori adiuncta tono.



Quia autem auctentici infra tonum semitonū vel ditonū &c. deponunt, eo q cū suo plagali miscentur, appellantur misti. Plagalibus vero, quorū ascensui vel diapente aliquid supponitur, eo q cū suo auctentico misturā faciunt, etiā mistorū nomina tribuimus. Inferius igitur est mistus auctenticus, cuius nomen plagalis superius tenet, ad horū differentiā mistorū, quorū species cum aliorū speciebus commisceri videntur, nēpe appellantur cōmisti. Potest enim vniuscuiusque tropi cuiꝫ alterius cuiusque specie vnaquęque species cōmisceri. Eorum demonstrationes, vt clare videantur quę dicta sunt, hic infra ponemus: vt vnius demonstratione singulorum notitia habeatur.

¶ Demonstratio auctentici misti.



¶ Diapason in termino inferiori adiuncta tono.

Demonstratio plagalis misti.



¶ Diapason in inferiori termino adiuncta semitono.

De comistis autē spēbus in tropis hoc notandū accepimus, q̄ tropi sic ad inuicē sunt cōmisti, q̄ vix vnus reperiri contingat, qui ꝓprijs duntaxat spēbus sit formatus. ¶ Ad cognoscendū cuius toni sint antiphone, q̄ ascēsū seu descēsum sui tropi nō cōplēt, inspicere debes fines antiphone, ⁊ principiū dē seculorū: ⁊ de hoc danf hi vers.

Re.la. vult primus. re.fa. retinetq3 secundus:
Per sextam mi. fa terno: quarto datomi.la.
Fa.fa.fert quintus: fa.la.prebet tibi sextus.
Ut.sol.septenus: vt.fa.captatq3 supremus.

¶ De intonatione psalmorum dantur hi versus, videlicet.
Primus cum sexto fa, sol, la semper habeto: Tertius ⁊ octauus vt, re, fa, atq3 secundus. La, sol, la quartus: vt, mi, sol sit tibi quintus. Septimus fa, mi, fa, sol, sic omnes esse recordor.

¶ D: cantibus qui propter eorum ascensum non sunt auctentici, ⁊ propter eorum descensum non sunt plagales.

¶ Notandū est, q̄ inueniuntur multi cantus, qui ꝑ suas breuitates ⁊ cōpositiones non pñt iudicari auctentici, nec plagales: q̄ non habent ascensum, vt auctētici: nec descensum, vt plagales: vnde hmōi cantus sunt iudicandi per eorū chordas tali modo, q̄ si hñt plures notulas in numero supra ipsam chordā3 quam

& sub eadem chorda, tales cantus sunt autentici. Si vero plures notulę fuerint inferius, q̄ superius, erunt plagales. Aduertendū tñ est, q̄ notę, q̄ situatę sunt in chorda, non dēnt cōputari in numero cum illis, quę sunt superius vel inferius. ¶ Et nota q̄ chorda primi & secundi toni est ī manu in digito auriculari. F. fa. vt. graui, & in linea: Chorda tertij & quarti toni est in G. sol. re vt. graui, & ī spatio. Chorda quinti & sexti toni est in A. la. mi. re. acuto, & in linea. Chorda septimi & octaui toni est in B. fa. b mi. acuto, & in spacio. ¶ Sancta Brigida.

¶ Clericorū cātus nō sit remissus, non fractus, non dissolutus: sed honestus, & grauis, vniformis, & p oīa humilis. Psalmodia plus redoleat suauitatē mentis, humilitatemq; & deuotionē, q̄ aliq ostentationē. Nā non vacat a culpa alius, qñ cantantē plus delectat nota, q̄ res quę canitur: oīnoq; abominabile est Deo, qñ vocis eleuatio plus fit pp audientes, quam propter Deum.

¶ Finit compendium musicę.

¶ Exorcismi contra demoniacos diuersorum sanctorum approbati, & magne efficacię incipiunt.

Quia etiā ad officium sacerdotum spectat & pertinet vexatis a demonibus per sibi ab Ecclesia traditā ptātem, quantum in se est, per diuinam gratiā manus inponere, & demones, tam christianos baptizatos, q̄ catechumenos vexātes adiurare, exorcizare, & expellere de eorum corporibus, subsequenter ponuntur in calce huius operis exorcismi sanctorum, quos cum puritate conscientię & magna humilitate legere dēnt, nihil sibi, sed oīa Dei virtuti & ecclastice ptāti attribuēdo.

¶ Sed antequam deueniatur ad exorcismū, pro informatione exorcizantis notandum sunt quędam pręambula valde opportuna, quę sunt sequentia, videlicet.

¶ Quem modum teneat demon ad exeundum de humanis corporibus. Cap. 7.
¶ De malitijs et deceptionibus, quibus vtitur demō erga exorcistam. Cap. 8.
¶ Qui potest exorcizare, et de modo, quem tenere debet exorcista quando aliquem vult coniurare. Cap. 9.

¶ De modo, quem tenet diabolus ad intrandum in humana corpora. Cap. 1.

Diabolus ingreditur in humana corpora propter desperationē, aut pp aliud peccatū, aut aliqñ permittitur ad exercitationem. ¶ Primi duo modi sunt ad vindictā dñi Dei, fm sctm̄ Hieron. super Johelem, vt hẽ. 23. q. 5. Non solum. ¶ Tertius modus est ad salutē animę, sicut legitur de aliquibus sctis, qui fuerunt vexati a demonibus vsque ad finē vitę eorū. Anteqū ergo diabolus humana corpora ingrediatur, quasi semper primo apparet eis in effigie alicuius hoīs, qui mala morte est defunctus: aut repñtat aliquem suū cōsanguineū: aut apparet illi in effigie alicuius animalis terribilis, vel horribilis. Et sibi vr̄ q subito dispareat, sed ingreditur subito in eum. Et hoc vt plurimū accidit in nocte, et in locis opacis et obscuris. Et in talibus oppressis apparent signa quę infra dicemus. Aliqui ēt intrant per os, aut aures, in modum venti: aut in modum vnius muris, sicut narrauerunt talia patientes. Aliquibus etiā dormiētibus demones tale somnium induxerunt: q vz eis videbatur q demon post eos currebat: qui euigilantes inuenti sunt cū talibus signis demoniacorum: vel q diabolus erat in eis: vt postmodū clare apparuit. Aliqñ etiā ingrediuntur percutiendo collum, aut alia membra ipsorum. ¶ De maleficijs. Cap. 2.

In omnibus autem maleficijs est pactum aut manifestum, aut secretum, quod habet diabolus cum malefico: fm q currit sigillum maleficij: qd quasi semper est res vana. Facto maleficio subito diabolus aut pręsentialiter, aut potestatiue ingreditur in illā personā, supra quā factum est dictū maleficiū: Et hoc est ob aliquod occultū Dei iudiciū. Verū si esset aliqua persona sancta et pura, sicut erat beata Justina, nihil possent demones contra ipsam. De his autem longius et diffusius tractatur in summa Sylvestrina, et summa Astesana, et in libro magistri Joannis

nider, qui dꝫ Preceptoriū diuinę legis de decem pceptis. Mis adiungo, ꝙ illa ossa, ⁊ pennę insertę vna in alia: ⁊ multa ⁊ quasi infinita talia, quę in lectis inueniuntur a demone deportata, sicut clare fuit deprehensū, sunt extrahēda, ⁊ igne cōburenda, dū dꝫ psalmus, Exurgat deus. Nec sequenda est illa superstitio, quam vulgus ponit de mittendis talibus rebus inuentis ad fluuiū currentē. Hoc anno fuit q̄dā iuuencula, cōtra quā quotidie fiebāt maleficia: q̄ ea, q̄ inuenit in lecto, igne cōbussit. Cui sequēti nocte diabolus apparuit, ⁊ q̄relatus est de tot doꝛonibus, quas faciebat, ⁊ ꝙ cōbusserat ea q̄ inuenerat. Quā iniuriam nemo ei alias fecerat. Cui iuuencula spū sctō repleta viriliter r̄ndit, ab eo petēs ad qd venisset. Qui r̄ndit, ꝙ violenter illuc missus fuerat.

¶ De signis quibus cognoscit aliquis esse demoniacus. Cap. 3.

Legitur, ꝙ siquis non potest ꝯtinuare esum carnis hędinę, p dies 30. ꝙ talis iudicatur demoniacus. Aliqui demoniaci habent oculos terribiles: ⁊ demones mēbra eoꝝ ⁊ coꝛp⁹ destruūt miserabiliter, ⁊ interficiunt, nisi cito eis subueniatur. Aliqui fingunt se esse fatuos, ⁊ semper augent: sed discooperiuntur, ⁊ cognoscuntur, si nolūt dicere psalmū Miserere mei Deus, quon. vel Qui habitat in adiutoꝛ. Euangelium scti Joannis. s. In principio, ⁊ similia sancta. Est etiam magnum signum, qn̄do loquuntur sermonē alienum a patria sua: si non fuerunt extra patriam: ⁊ qn̄ personę illiteratę ⁊ idiotę loquūtur literaliter ⁊ congruenter: aut ēt cantant musicaliter: aut quando dicunt aliquid, quod ipsi nunquam dicere sciuissent. Aliqui ēt demoniaci sunt muti ⁊ stupidi. Aliud quoqꝫ signum est, ꝙ eis superueniunt terroꝛes, ⁊ cito recedunt. Potissimum autem cognoscitur quis esse demoniacus, quia si quando leguntur exoꝛcismi, conturbatur: ⁊ hoc signum est pręsentis diaboli, sicut infra dicemus.

¶ De signis quibus cognoscitur quis esse maleficiatus. Ca. 4.

Aliqui maleficiati hn̄t coloꝛē faciei cedrinum, ⁊ aliqui oculos constrictos: oīa coꝛum membꝛa vn̄r ligata, ⁊ habēt humoꝛes desiccatos. Duo autem potissima signa sunt, constrictio coꝛdis ⁊ oꝛis stomachalis: ⁊ qn̄ videtur eis ꝙ habent vnum bolum super stomachū. Aliqui hn̄t puncturas in coꝛde tanquam si acubus esset punctum. Aliqui dn̄r coꝛ eis coꝛrodi. Aliqui habent magnum doloꝛem in collo, aut renibus: ⁊ videtur eis ꝙ talia

mēbra a canibus lacerentur. Aliquibus vt se hēc bollum in gutture: quod ascēdit & descēdit. Quibusdā ligata est vena generationis. Aliqui hñt stomachū ita indispositū, q emittunt per vomitum quicquid comedunt, vel bibunt. Aliquibus per ventrem discurrit ventus frigidissimus, aut tanquam flamma ignis. Aliquibus signum est in digestione cibi: & potissimum quando medicinę applicatę nihil prosunt infirmo. Aliquibus est circa collum continua pulsatio, quę videt tremorē inferre. Ultra hęc signa sunt etiam alia quamplura, quę practicando inuenies.

¶ Conditiones exorcistę: & qualiter se pparare debet. Cap. 5.

Daemoniaci & maleficiati citius liberantur in eccl'a, q̄ in priuatis domibus. Et prius dēnt confiteri. Laudo q exorcista sit sacerdos, qui dz esse homo vitę sanctę, bñ ɔfessus & cōtritus, & super oia humilis: opus hoc diuinę oipotentię attribuendo. Qui hortet infirmū, vt oē adiutoriū a diuina maiestate expectet, a se aūt nihil, nisi modicum laboris, qui ēt est ex grā Dei. Nō sit etiā auarus: qz petendo pecunias, aut expectando, perderet donum tantę gratię. Tamē si pauper est, secure potest recipere eleemosinam sibi datam. In illa die omnino celebret prius: qz diabolus plus timet manuum impositionem, & presentiam suam.

¶ De signis quę apparent, quando sacerdos coniurat maleficiatum. Cap. 6.

Exorcista moneat demoniacū vel maleficiatum, vt recolligat mentem suā, & eā ad deū dirigat cū firma fide & spe liberationis suę a diuina maiestate, si expedit saluti animę suę. Et habeat crucifixū in manib9 suis, & ponat reliquias scōrū ligatas in panno serico super cor eius, aut super stomachū: & ipse faciat signum cū manu, quotiescunq senserit in aliqua sui corporis parte commoueri, aut pungi. Et hoc vt sacerdos non cōturbet: sed vt sciat ad quę verba magis diaboli ɔturbent. Et finita ɔiuratione petat cū sacerdos de accidentibus, quę sibi ɔtigerunt. Hęc signa solent accidere qñ sacerdos ponit manū super caput: quia sentiunt sub manu rē frigidissimā tanq glaciē. Aliquibus descendit vētus per humeros & renes, qui est frigidissimus. Aliquibus caput in immensum aggrauatur. Aliquibus cerebrū constringitur, & perforatur: sicut si gladio perceteret. Aliquibus inflammatur caput & facies, aliqñ tota persona, ac si esset vapor ignis.

Ali-

Aliquibus febris immēsa cū dolore capitis euenit: & totum corpus extenuatur & frangitur. Sed oīa ista accidentia parum durant: qr cōiuratio tollit demonis vigorē. Aliquibus ↄstringitur guttur, adeo q vñr strangulari. Aliquibus ad orificiū stomachi mouetur quędam res ad modum pilę, ac si essent vermes, ac formicę, aut ranę. Quibusdam accidit vomitus magnus stomachi. Aliquibus maxima tortura in visceribus. Nonnullis venter vehementer inflatur. Quibusdaȝ cōstringitur cor: ac si intolerabiliter feriretur. Ostenditur etiam demon in aliqua parte corporis palpitando sicut piscis, aut in modum formicarum. Aliquando pertransit a capite vsque ad digitos pedum, sicut ventus, & econtra. Ultra ista signa quamplura alia practicando videbis: quia diuersi demones faciunt diuersa signa.

De modo, quem tenet diabolus ad egrediendum de corporibus. Cap. 7.

Si fuerint diaboli, qui loquuntur, cōiura eos q dimittant corpus illud liberum & expeditum, sicut erat qñ fuit baptizatus. Et fac euȝ dare signū discessus, per extinctionē candelę. Si vero sint diaboli, qui non loquanť, sicut inueniť in maleficiatis, exeūt aliqñ per os in moduȝ flāmę ignis: aliqñ in modū venti cōgelati. Et in exitu videbis inflari guttur. Egrediuntur etiam per aures simili modo discendentes a stomacho, seu corde. Aliqui exeunt per secessum in similitudinem pilę, quę semper gyratur donec exeat. Aliqui in similitudinem ranę, quę serpit donec fuerit egressa. Aliqui in similitudinem venti frigidissimi.

De malitijs & deceptionibus, quibus vtuntur demones ad exorcistam decipiendum. Cap. 8.

Aliqui demones tm̄ odio hn̄t verba sancta, q anteq̄ coniurentur, discedunt. Alij expectant ↄiurationē, sed postea nō pn̄t eā sustinere. Aliqui aūt sunt adeo maligni, q faciunt fatigari exorcistā per magnū tp̄is spatiuȝ, vt appareat infirmo, q non sit demoniacus, & vt faciant fatigari, & pati exorcistā. Aliqui postea q̄ sunt manifestati abscondunt se, & relinquunt corpus liberū ab oī fastidio, taliter q infirmus putat se esse oīno liberatum: sed non dēt cessare exorcista, donec viderit signa liberationis. Aliqui demones ponunt oīa impedimenta, quę pn̄t infirmo, vt non se faciat cōiurare. Quidā conantur persuadere q sunt infir-

mitates naturales: et q ista res est vna trupha. Aliqui in medio coniurationis faciunt dormire infirmum: et ostendunt ei aliquam visionem crucifixi, vel aliorum sanctorum subtrahendo se, vt stet secreti: et ostendunt infirmum liberū. Aliqui ostendunt maleficium factum super ipsum, et authores maleficij, et modum ad illud dissipandum. Sed sit cautus exorcista, ne faciat aliquam superstitionem. Non mireris si diabolus in susceptione sacramenti Eucharistię demoniacum non cōturbet: quia postquā intrauit, paulatim despicit, et non timet sancta, immo loquitur mysteria fidei sanctę, et confitetur diuinam maiestatem. Et supponit personam vexatam, et ei loquitur in corde, et facit eam perturbari pro re minima. Maius tibi dico, q aliqui demones post longam vexationē factā alicui personę, si nō expelluntur, loquūtur per os eius quasi semper, et cessant ei nocere. Postea tandem deprehenduntur.

¶ Qui potest exorcizare: et de modo, quem tenere debet exorcista in coniurando aliquam personam. Cap. 9.

Notandum aūt est, q quilibet sacerdos, et maxime parochialis, et quilibet diaconus, aut subdiaconus si sibi fuerit commissum per epm, vel presbyterum, pōt exorcizare. Hoc et potest quilibet purus exorcista de commissione vt supra. Et si sacerdos vel diaconus exorcizat, debet habere super albam, vel superpelliceū stolam: si vero subdiaconus, manipulū: si acolytus vel exorcista, superpelliceū. i. cottam tm̄. Volens igitur sacerdos demones expellere, vel adiurare per potestatē sibi traditam, debet primo seipsum mundare per humilem et legitimā confessionē suorum peccatorū: et Missa celebrata, si persona demoniaca vel maleficiata est sana, ducatur ad Eccl'am: quia ibi facilius obtinebitur victoria: et si fuerit infirma, vel multū debilis, coniuretur in domo, hoc modo. Habeat exorcista superpelliceum et stolā, et ponat partē stolę collo maleficiati, et reliquias sanctorū super cor eius, aut super orificiū stomachi, postea incipit exorcismum: Et quando peruenerit ad cōminationem, replicet ipsam vsq3 decies: semper pęnam augendo. Et si videt profectum in ipsa, continuet vsque ad liberationem. Et si magis timeret exorcismū, lege illum: quia vnus demon plus timet vnā rē quā aliam. Et non deficias a fine, sed oportet perseuerare duabus, tribus, quatuor, aut sex horis cōtinuis, et plus donec habeas victoriā. Et demones obstinati

nati semper quęrunt defatigare exorcistas, vt desinat pro labore & lassitudine exorcizare. Et plus timent in prima quã in secunda vice: q2 reputant se fuisse consecutos victoriã: qñ dimittit pp lassitudinem exorcizare. Et si in prima die non fuerit liberatus, prosequatur secundo & tertio, quousque liberetur ex toto. Quia videbis quotidie demones magis debilitari. Sint etiã pñtes & fideles qui etiam orent Deum pro infirmo. Debet exorcista ante omnia facere preceptum demonibus alijs, qui venissent ad succurrendũ demoni vexanti in hunc modũ. ¶ Precipio vobis demones, qui venistis in succursum & adiutoriũ istius, vel istorum demonum, hanc Dei creaturã N. vexantis, vel vexãtium: ex parte sanctissimę Trinitatis Pa ✠ tris & Fi ✠ lij, & Spũs ✠ sancti, & sub pęna excõicationis maioris, & minoris latę sñię, & sub pęna detrusionis in infernum, & sub pęna immersionis in stagnum ignis & sulphuris per manus inimicorum vestrorum, & sub pęna tradendi vos in potestatem inimicorum, ac condemnandi vos in stagnum ignis & sulphuris per centum annos: quatenus nullum adiutorium vel fauorem detis illis demonibus, qui vexant corpus istius creaturę Dei N. sed discedatis statim, & eatis ad loca vobis deputata. Ecce ✠ crucem Domini: fugite partes aduersę, vicit leo de tribu Juda, radix David. ¶ Exorcizaturus igitur facta diligenti confessione, & habita absolutione, indutus sacris vestibus pro sui ordinis qualitate, seipsũ corde humiliãs & peccatorem reputans, nec in sua, sed domini potentia confidẽs deuote, attente, constanter, fidenter, & intrepidę faciens sibi signum crucis in sua fronte ter, & dicens. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti ✠. Amen.

Ponat manum suam super caput demoniaci: & eam continue tenens humiliter dicat non solum verbotenus & superficialiter: sed cum bona fidẽ sequentes exorcismos.

¶ Incipit exorcismus beati Ambrosij Archiepi mirabilis efficacię sup demoniacos: cuius practica ppriè spectat ad sacerdotes. Tu igiť quicunque fueris nulla leuitate ductus, sed sola necessitatis, vel charitatis cã, hanc rẽ disponas assumere arduã: & ã q pmisso triduum dierũ ieiunio, tertio mane diligẽter cũ cõtritione & cõfessus M. ssaz de spũ scõ deuotissime celebres, faciẽdo in ipsa Missa cõmemorationẽ de infrascriptis orationibus. Orõ.

Deus

Deus, qui per vnigenitum tuum, exclusa dnatione diaboli, pplm tibi fidelẽ aptasti: expelle (q̃sumus) a famulo tuo N. cunctas diabolicę illusionis insidias: ⁊ cum illibatũ ab omni eius impugnatione conserua. Per eundem. Secreta.

Munus dñe humilitatis nostrę pro petitione famuli tui N. oblatum, petimus, vt gratanter assumas, ⁊ ab eius oppressione hostis maligni insidias omnemque potestatem benignus excludas. Per dominum nostrum Jesum ⁊c. Postcommunio.

Celestis panis quem sumpsimus domine, ⁊ nobis indulgẽtiam tribuat, ⁊ famulum tuum N. ab antiqui hostis irrisione defendat. Per do. Completa Missa sacerdos nõ exuat se, sed sic paratus missalibus indumẽtis, ⁊ candelã benedictã accẽsam in manu tenens stet in medio ante altare, facie versa ad populum: habens obsessum ante pedes ligatum, si necesse fuerit: ⁊ humili corde, deuotoque aspectu se ⁊ astantes muniat signo crucis alta voce dicendo In nomine Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ sancti. Amen. ℣. Domine exau. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens dñe, verbũ Dei patris, Christe Jesu, ⁊ domine vniuersę creaturę, qui sanctis aplis tuis dedisti ptãtem calcãdi super serpentes ⁊ scorpiones, qui inter cetera mirabilium tuorum opera, dignatus es docere demones effugare, cuius virtute victus tanq̃ fulgur de cęlo satanas cecidit: tuum nomen cum pauore, ⁊ tremore supplex deprecor, vt mihi indignissimo seruo tuo data venia pccõrum, ꝯfidentiã ⁊ possibilitatem donare digneris, vt hunc crudelẽ draconẽ, brachij tui munitus potentia fideliter ⁊ securus aggrediar per te Jesu Christe dñe Deus noster. Qui viuis ⁊ regnas cũ eodẽ patre in vnita. Hac orõne cõpleta aspergat ęgrotũ aqua benedicta in modũ crucis, dicẽdo. In nomine Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ sancti. Amẽ. ℣. Dñe exaudi ℟. Et clamor. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Omnipotens ęterne Deus, a cuius facie cęli distillant, montes sicut cera liquescunt: terra tremit: cui patent abyssi, quem infernus pauescit, quem omnis terrarum motus aspicit, humiliter te supplex deprecor dñator dñe, vt inuocatione noĩs tui ab huius famuli tui N. vexatione aĩa liberata, ad authorem suę salutis recurrat: liberatoremq; suum diabolico depulso fętore, ⁊ odore suauissimo

mittitio Spiritus sancti percepto, sequatur dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ. Qui tecũ vivit ꝛc. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pater oẽs, eterne Deus, virtutem tuam totis exoro gemitibus pro huius famuli tui N. a diabolo oppressa infantia, qui ẽt indignis inter pressuras ꝑsidium donas: exurge pro huius infantia debellata, noli diu retinere vindictaꝫ, qui nec ante conspectuꝫ parentis permisisti filiũ iudicari: auxiliare, q̃s, inimici furore vexato, nec sine grã facias eius animam a diabolo possideri: sed potius a malignis oppressionibus liberata tibi referat gratias sempiternas. Per dñm nostrũ Jesum. Amen.

Postea dicat. In noĩe Pa ✠ tris, ꝛ Fi ✠ lij, ꝛ Spũs ✠ sancti. ℟. Amẽ. Benedictio. Nos cum prole pia benedicat virgo Maria. ℟. Amen. ℣. Ecce cru ✠ cem Domini, fugite partes adverse. ℟. Vicit leo de tribu Juda, radix David. ℣. Dñe exaud. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobi. ℟. Et cum spi. Oremus. Oratio.

Deus angelorũ, Deꝰ archangelorũ, Deꝰ prophetarũ, Deꝰ aplorũ, Deus martyrũ, Deꝰ virginũ, Deꝰ pr̃ dñi nr̃i Jesu Chr̃i inuoco nomẽ tuũ, ac ꝑclare maiestatis tue clementiam supplex exposco, vt mihi auxiliũ ꝑstare digneris aduersus hunc neq̃ssimũ spũm, ꝛ oẽm, q vexat hoc plasma tuũ. Per. Exorcizatio.

Exorcizo te oĩs immundissime spiritus, omnis incursio aduersarij, omnis ira, omne phantasma, omnis legio. In fronte: In nomine dñi nostri Jesu ✠ Christi eradicare, explantare, ꝛ effugare ab hoc plasmate Dei: ipse tibi imperat diabole, qui ventis ꝛ mari imperauit ꝛ tempestatibus. Ipse tibi imperat: qui te de supernis celorum in inferiora terre demergi precepit. Hic petit sacerdos nomen spiritus: ꝛ precipit ei hoc modo, dicens.

Precipio tibi, quicunque es spiritus immunde in hoc corpore per merita gloriose passionis, resurrectionis, ꝛ ascensionis domini Jesu Christi: per missionem spiritus sancti, ꝛ per aduentum eius; vt ostendas ꝛ dicas mihi nomen tuum, diẽ ꝛ horã exitus tui cum signo extinctionis luminis. Iterum precipio tibi per merita gloriose virginis Marie matris Dei, sancti Zenonis, Sancti Ambrosij, ꝛ Sancti Geminiani, Sancti Petri martyris, ꝛ Sancte Catherine de Senis, ꝛ oĩum scõrum ꝛ sanctarũ Dei, vt ostendas ꝛ dicas mihi nomen tuum, ꝛ diẽ ꝛ horaꝫ exitus tui, cũ signo extinctionis luminis. Iterum ꝑcipio tibi sub pena

excom=

excōicationis maioris ⁊ minoris, ⁊ authoritate beatorū Aplōꝝ
Petri ⁊ Pauli ⁊ aliorū successorū ipsius btissimi Petri Apli: vt
r̄ndas ⁊ dicas mihi nomē tuū, ⁊ diē ⁊ horā exitus tui, cum signo
extinctionis luminis. *Et si r̄nderit ꝙ plures sint: tūc in plurali prosequere ꝯiurationē ⁊ pceptū supradictū. Si vero non r̄nderit, vel responderit se esse solū, tunc sequere in singulari vt dictū.*

AUdi ergo maledicte satana: audi ⁊ time victus ⁊ prostratus abscede. ✠ In nomine dñi nostri Iesu ✠ Christi. Tu ergo nequissime satana, inimicus fidei: aduersarius generis humani: mortis adductor: vitę raptor: iustitię declinator: malorum radix: fomes vitiorū: seductor hoīuꝫ: proditor gentiuꝫ: incitator inuidię: origo auaritię: causa discordię: excitator dolorū: dęmonū magister: quid stas ⁊ resistis: cū scias eū tuas pdere vires: Illum metue, qui in Isaac immolatus est, in Ioseph venundatus, in agno occisus, in homine crucifixus, deinde inferni triumphator extitit gloriosus. Recede *In fronte* In noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spūs ✠ scī: ⁊ da locū spiritui scō: ⁊ p hoc signū cru ✠ cis dñi nostri Iesu ✠ Christi. Qui cū eodeꝫ patre in vnitate eiusdeꝫ spūs sancti viuit ⁊ regnat deus per oīa secula seculorum. Amen.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et spir. Oremus. *Oratio.*

DEus conditor ⁊ defensor humani generis: qui hominem ad imaginem ⁊ similitudinem tuā formasti: respice sup hūc famulū tuū N. qui dolis inuidi serpentis appetitur: quem vetus aduersarius hostis antiqu⁹ terrę formidinis horrore circumuolat: ⁊ sensum mentis humanę stupore defigit, terrore conturbat: ⁊ metu trepidi timoris exagitat. Repelle dñe virtutes diaboli: fallaciasqꝫ eius insidias amoue: pcul impius tentator aufugiat. Sit nominis tui ✠ signo *In fronte* famulus tuus ⁊ aīa tutus ⁊ corpore. *In pectore.* Tu pe ✠ ctoris huius interna custodias. Tu vi ✠ scera regas. Tu cor ✠ confirmes. In aīa aduersatricis potestatis tentamenta euanescant. Da ad hanc inuocationē nominis tui gloriā: vt qui hucusqꝫ terrebat, territus aufugiat, ⁊ victus abscedat: tibique possit hic famulus tuus N. ⁊ corde firmatus ⁊ mente syncerus debitū prębere famulatum. Per dñm.
Hic interroga de noīe vt supra, ⁊ pręcipe. Si vero nō dicat nomen dęmonis, vel dęmonorū: qui opprimunt corpus obsessi, dicit autē obsessi ter hunc. ℣. Deū, qui te genuit dereliquisti, ⁊
oblitus

oblitus es dñi creatoris tui. Tunc siue respõderit siue non fideliter et sine intermissione prosequere coniurationem. Cõiuratio.

Adiuro te serpens antique per iudicẽ viuorum et mortuorum, per factorẽ mundi, per eum, qui habet ptãtem mittere te in gehennã: vt ab hoc famulo Dei N. q ad Ecclesię suę currit pręsidia, festinus discedas. Adiuro te non per meã infirmitatem, sed per virtutem spũs sctĩ: vt exeas ab hoc famulo Dei N. quem dñs Jesus Chrs fecit ad imaginẽ et similitudinẽ suam. Cede, cede, nõ mihi, sed ministro Christi. Illius enim te vrgeat potestas, qui te affixus In fronte cru ✠ ci suo subiugauit imperio. Illius bra ✠ chiũ contremisce: qui de cunctis gemitibus inferni animas iustorũ ad lucẽ perduxit. Sit tibi terror corpus hoĩs: sitqz tibi terror imago Dei: nec resistas, nec moreris discedere ab hoĩe isto: qr complacuit Deo, vt in hoĩe habitaret. Et ne me infirmissimũ cõtemnendum putes: dũ me pctõrem esse cognoscis. ✠ Imperat tibi Deus. ✠ Imperat tibi maiestas Christi. ✠ Imperat tibi Deus pr. ✠ Imperat tibi filius. ✠ Imperat tibi spũs sanctus. ✠ Imperat tibi fides Aplõrum Petri et Pauli, et cęterorũ Apostolorum. ✠ Imperat tibi sanguis martyrum. ✠ Imperat tibi sacrm In fronte crucis ✠ Imperat tibi mysteriorum virtus. ✠ Imperat tibi Jesus Nazarenus. ✠ Imperat tibi Verbum caro factum. ✠ Exi transgressor: exi seductor, plene omni dolo et fallacia, veritatis inimice. Da locum dirissime: da locum impiissime: da locum Christo: in quo nihil inuenisti de operibus tuis nephandis: qui te expoliauit: qui regnum tuũ destruxit: qui te victum ligauit: et vasa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras exteriores: vbi tibi cum ministris tuis erit pręparatus interitus. Sed quid truculente recogitas? quid temerarie retractas? reus oĩpotenti Deo, cuius statuta transgressus es: reus Jesu Christo filio eius, quẽ temerarie ausus es tentare, et crucifigere pręsumpsisti: reus humano generi: cui tuis persuasionibus mortis fructum ppinasti. Si adhuc non recesserit, tu humilius et attentius psequere: et nũquã moreris pp nugas: aut quęcunqz verba falsa diaboli. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spi. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pater omnipotens, ęterne Deus: osanna in excelsis: pater dñi nostri Jesu Chri: qui illum refugam tyrannũ gehẽnę ignibus deputasti, quiqz vnigenitũ tuum in hunc

mundū misisti, ⁊ illū rugientē conteréret: velociter attende, accelera, vt eruas hoīem ad imaginē ⁊ similitudinē tuā creatum a ruina ⁊ demonio meridiano. Da dñe terrorem super bestiā, que exterminat vineā tuam: da fiduciā dñe seruis tuis ꝯtra nequissimū draconē fortissime stare. Non cōtemnat dñe sperātes in te, ⁊ de tua misericordia presumentes, nec dicat sicut in pharaone iā dixit: Deū non noui, ⁊ Israel non dimittā. Urgeat illum dñe dextera tua potens, discedere a famulo tuo. N. ne diutius presumat captiuū tenerem hoīem, quē tu ad imaginem tuam facere dignatus es, ⁊ in fine seculi per sanguinem filij tui redemisti. Per eundem dominum nostrum Jesum Christū ⁊c. ¶ Coniuratio.

Adiuro te itaque draco nequissime in nomine ✠ in fronte agni immaculati, qui ambulat sup aspidē ⁊ basiliscū, qui ꝯculcat leonē ⁊ draconē, vt discedas ab hoīe ✠ in fronte isto, discedas ab Eccl'a Dei: ✠ ista crux fiat super circunstantes. Contremisce ⁊ fuge inuocato noīe illius, quem inferni tremunt, cui virtutes celorū ⁊ ptātes subiecte sunt, quem cherubim ⁊ seraphim indefessis vocibus laudāt dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs Deus sabaoth. Imperat tibi Jesus Nazarenus, qui te (cū discipulos eius ꝯtemneres) elisum ⁊ prostratum exire iussit ex hoīe. Quo p̄nte cū te ab hoīe separasset, nec porcorū gregem p̄sumebas contingere. Recede ergo nunc adiuratus in noīe ✠ eius. In fronte ab hoīe isto, quē ipse plasmauit. Durum est tibi Christo velle resistere, durū est tibi contra stimulū calcitrare: q2 quanto tardius exis, tanto maius tibi suppliciū crescit: q2 non hoīem cōtemnis: sed illū, qui est dñator viuorū ⁊ mortuorū. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignē. ℟. Amen.

¶ Si adhuc non recesserit spiritus malignus, aut superius non rñderit, precipe vt supra. Itez interroga qua causa venit, ⁊ quare opprimi eū. Interroga ēt si sint alij spūs opprimentes, ⁊ quot, ⁊ oēs eijciant. Esto prudens ⁊ circumspectus in interrogationibus ne decipiaris. Magis stude cum humilitate mentis, que ad talia est necessaria, liberare creaturam Dei, quā loqui cū demonibus: vel cum aliquo eorum, sicut fecerunt sancti. Demum factis interrogationibus, si non recesserit, siue rñderit, siue nō, prosequere cōfidenter ꝯiurationem sequentē: Coniuratio.

Adiuro te oīs immundissime spūs, oē phātasma, oīs incursio


fio satanę: in nomine Je ✠ su Christi Nazareni, qui post lauacrum Jordanis in desertum ductus est: & te in tuis sedibus vicit: vt quem ille de limo terrę ad honorem glorię suę formauit, tu desinas impugnare, & in homine miserabili non humanam fragilitatem, sed imaginem omnipotentis Dei contremiscas. Cede ✠ ergo Deo, qui te humiliato famulo suo Job in seruitutem redegit. Cede ✠ Deo, qui te per Danielem puerū suū perdidit, & draconē prostrauit. Cede ✠ Deo, qui te per fidelissimū seruū suū Dauid, de rege Saule spūalibus canticis pulsum fugauit. Cede ✠ Deo, qui te per malitiam tuā in Pharaone & eius exercitu, per Moysen seruum suum in abyssum demersit. Cede ✠ Deo, qui te in Juda Iscarioth proditore damnauit. Ille enī te diuinis angit verberibus: in cuius conspectu cū tuis legionibus tremens & clamās dixisti, Quid nobis & tibi Jesu Fili Dei? Venisti ante tps torquere nos. Ille te flammis perpetuis vrget, qui in fine tēporum dicturus est impijs, Ite maledicti in ignē eternū, quē pręparauit pater meus diabolo & Angelis eius. Tibi enī impie & Angelis tuis vermes erunt, qui nunquam morientur. Tibi & Angelis tuis inextinguibile pręparatur incendiū: quia tu es princeps maledicti homicidij, tu author incestus, tu sacrilegorum caput, tu artium pessimarum magister, tu hereticorum doctor, tu totius obscęnitatis inuentor. Exi ✠ ergo impie. Exi ✠ scelerate. Exi ✠ cum omni fallacia tua: quia In fronte hoīem tēplum suū voluit esse Deus. Sed quid diutius moraris hic? Da honorem Deo ✠ Patri omnipotenti, cui oē genu flectitur. Da locū dño Jesu ✠ Christo, qui pro hoīe sanguinē suū sacratissimum fudit. Da locum spūi ✠ sancto, qui per beatum Aplm suum Petrum manifeste te strauit in Simone mago, qui fallaciā tuam in Anania & Saphira condemnauit, qui te in Herode Rege honorem Deo non dante percussit, qui te in Elyma mago per Aplm suū Paulum cęcitatis caligine perdidit, & per eundem de Phytonissa verbo imperans exire pręcepit. Discede ergo nunc, ✠ discede seductor. ✠ Tibi eremus sedes est: tibi habitatio serpens est: humiliare & prosternere. Jā non est differendi tps. Ecce enī dñator dñs proximat cito: & ignis ardebit ante ipsum: & pręcedet & inflammabit in circuitu inimicos suos. Si enī hoīes fallis, Deū non poteris irridere. Ille te eijcit, cuius oculis nihil occultum est. Ille te expellit,

cuius virtuti vniuersa subiecta sunt. Ille te excludit, q tibi & Angelis tuis preparauit eternam gehennam: de cuius ore exiet gladius bis acutus, Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. ℟. Amen. Si adhuc his dictis fatigatur oppressus, tunc sequere: & dic ℣. Domine exaud. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiri. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, pater dñi nostri Jesu Christi, te suppliciter deprecamur, vt imperes diabolo, qui hunc famulũ tuũ N. detinet, vt ab eo discedat: & libera eum, qui credit in verũ liberatorẽ dñm nrm Jesum Chrm: vt purgatus ab oi labe iniquitatis, maiestati tue pura mente deseruiat. Per eundem dominum. His expletis, si spũs immundus non recesserit: reincipiendũ est ab illo loco supra: in hoc exorcismo: vbi sic habetur. Omnipotens sempiterne Deus, a cuius faci. &c. fo. 379. & ordine pdicto psequendũ est vsqz in finem. Nec pp hoc exorcista diffidat: qz sepe probatum est, q multiplicatio in duobus vel tribus diebus adepta est victoriã: quã i vna vice tñ non potuit adipisci.

¶ Finit notabilis & efficax exorcismus contra demoniacos beati Ambrosij Archiepiscopi.

¶ Incipit alius Exorcismus optimus & probatus. ℣.



Adiutoriũ nostrũ in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terrã. ℣. Sit nomẽ dñi benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vsqz in seculũ. ℣. Ecce cru ✠ cẽ dñi: fugite partes aduerse. ℟. Uicit leo de tribu Juda. ℣. Deũ qui te genuit dereliquisti. ℟. Et oblitus es domini creatoris tui. Psal. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderũt eum, a facie eius. folio 187. Psalmus.

IN dño confido: quõ dicitis aie mee, transmigra in montem sicut passer? Qm ecce peccatores intenderunt arcũ, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Qm que perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit? Dñs in templo sancto suo: dñs in celo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebre eius interrogant filios hominũ. Dñs interrogat iustũ & impiũ: qui aũt diligit iniquitatem, odit aiam suã. Pluet sup pctõres laqueos: ignis sulphur & spũs procellarũ pars calicis eorũ. Qm iust⁹ dñs & iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius. ps. Deus in adiutorium. folio 17. ps.

Iudica

Iudica domine nocentis me: expugna impugnantes me. Ap-prehende arma et scutum: et exurge in adiutoriũ mihi. Effunde frameã, et cõclude aduersus eos, qui persequuntur me: dic aĩe meę, salus tua ego sum. Confundantur et reuereantur quęrentes aĩam meaȝ. Auertantur retrorsum et cõfundantur: cogitantes mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem venti: et angelus dñi coarctans eos. Fiant vię illorum tenebrę et lubricũ: et angelus dñi persequens eos. Qm̃ gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobauerunt aĩam meam. Ueniat illis laqueus quẽ ignorant, et captio quam absconderunt apprehendat eos, et in laqueum cadant in idipsum. Anima autem mea exultabit in dño, et delectabitur super salutari suo. Oĩa ossa mea dicent: dñe quis similis tui? Eripiens inopem de manu fortiorũ eius, egenũ et pauperem a diripientibus eum. Surgentes testes iniqui, quę ignorabam interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem aĩę meę. Ego autẽ cũ mihi molesti essent, induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio aĩam meã: et oratio mea in sinu meo cõuertetur. Quasi proximũ et quasi fratrem nostrum sic complacebã: quasi lugens et cõtristatus sic humiliabar. Et aduersum me letati sunt, et cõuenerunt: et congregata sunt sup me flagella, et ignoraui. Dissipati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsanauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis. Dñe qñ respicies? restitue aĩam meam a malignitate eorum: a leonibus vnicã meã. Confitebor tibi in Ecclesia magna: in populo graui laudabo te. Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique: qui oderunt me gratis, et annuunt oculis. Qm̃ mihi quidem pacifice loquebãtur, et in iracundia terrę loquentes dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, euge euge, viderunt oculi nostri. Uidisti dñe, ne sileas: domine ne discedas a me. Exurge et intende iudicio meo, Deus meus et dñs meus in cãm meã. Iudica me ẽm iustitiam tuam dñe Deus meus: et nõ supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis, euge euge aĩę nrę: nec dicant, deuorabimus eum. Erubescant, et reuereantur simul: qui gratulantur malis meis. Induantur confusione et reuerentia: qui maligna loquuntur super me. Exultent et letentur qui volunt iustitiã meã, et dicant semper magnificetur dñs qui volunt pacẽ serui eius. Et lingua

mea meditabitur iustitiam tuã, tota die laudẽ tuã. Kyrie eleison, Christe elei. Kyrie elei. Pater nr. ℣. Saluũ fac seruuz tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Mitte ei domine auxiliũ de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs. ℟. Et cũ. Oremus. Oro.

Dominus noster Jesus Christus Dei ꝛ virginis filius, qui in hũc mũdum apparuit, vt opera diaboli dissolueret ꝛ dissiparet, ꝛ discipulis suis, quos mittebat in vniuersum mundum ad predicanduz euangeliũ oĩ creature, ptãtem dedit super oĩa demonia: vt languores curarent: per inuocationem sui sanctissimi noĩs, ꝛ per impositionẽ manuũ nostrarũ, ipse per suã misericordiã ꝛ pietatẽ, ꝛ per merita ꝛ preces beatissime virginis Marie matris sue, ꝛ oĩum scõꝛum, ꝛ sctãrum Dei, dignetur dissoluere a te omne opus diaboli: vt de cetero nõ dñetur tibi inimicus: neque maledictus satanas creatura damnata ꝛ reprobata, ꝛ maledicta a Deo in eternum pp suã nequitiã, audeat vexare corpus tuũ aut aĩaz tuã, non perturbare sensus tuos interiores vel exteriores, nec illudere tibi aliqua illusione vel persecutione fantastica: sed plene liberatus a ptãte satane cum bono sensu ꝛ sapientia, cum sanitate mentis ꝛ corporis, scias te ipsum gubernare irreprehensibiliter per bona opera, in laudez ꝛ gloriam sanctissimi nominis dñi nostri Jesu Christi, ꝛ beatissime virginis Marie matris eius, ꝛ saluationem aĩe tue, ꝛ cõsolationẽ tui ꝛ tuoꝛ. In nomine Pa ✠ tris, ꝛ Fi ✠ lij, ꝛ Spiritus ✠ sancti. ℟. Amẽ.

Initium sancti Euangelij sm Joannez. In principio erat ver.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tẽpore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatẽ Galilee, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo Dauid: ꝛ nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eã dixit. Aue gr̃a plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset, turbata est in sermone eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio: ꝛ ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enĩ gr̃am apud Deũ. Ecce concipies in vtero ꝛ paries filiũ, ꝛ vocabis nomẽ eius Jesum. Hic erit

erit magnus et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dns Deus sedē David pris eius: et regnabit in domo Jacob in eternum: et regni eius non erit finis. Dixit aūt Maria ad Angelū. Quō fiet istud, qm virū nō cognosco? Et rndens Angelus dixit ei. Spūs scūs superveniet in te, et virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabit filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: et ipsa ɔcepit filiū i senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbū. Dixit aūt Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi fm verbū tuū. Sequentia sancti Euangelij fm Marcum.

In illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis. supra fol. 83. In nomine Pa✠tris, et Fi✠lij, et Spiritus ✠sancti. Amen. Chri✠stus vincit, Chri✠stus regnat, Chri✠stus imperat. Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tpe: Reuersi sunt septuagintaduo discipuli cum gaudio dicentes: Domine etiam demonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait: Uidebam satanam sicut fulgur de celo cadētem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnē virtutem inimici: et nihil vobis nocebit. Ueruntamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus subijciuntur vobis. Gaudete autem, qa nomina vestra scripta sunt in celis.

Ergo maledicte diabole, creatura damnata et reprobata et maledicta a Deo in eternū pp tuam neqtiam, spūs immūde, vbicunqz latitas iñ corpore istius N. recognosce sniam tuam, et cognosce sniam iustissime dānationis nequitie tue. Et licet inuitus et coactus, ɔtra tuā nequissimā voluntatē, da honorez Deo viuo et vero: da honorez Jesu Christo fil io eius, dño et saluatori nro: da hono rē spūi scō: et recede ab hoc famulo Dei N. et nūq̄ de cetero ad ipsum accedes: qa istum sibi Deus et dñs nr Jesus Christus ad suā sanctā gratiam et benedictionē, fontemque baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est. Et hoc signum sancte cru✠cis, qd nos in fronte eius damus, tu maledicte diabole damnate atque dānāde, spūs immunde, nunq̄ audeas violare per nomen et per virtutē eiusdē dñi nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem.

Audi maledicte satana: audi creatura dānata et reprobata et maledicta a deo in eternum propter tuam nequitiam: audi

spūs immunde vbicūqз latitas in corpore istius N. adiuratus per nomē eterni Dei τ saluatoris nři Jesu Chři, cum tua victus inuidia tremens gemensque discede. Nihil tibi cōe sit in isto famulo Dei N. da igitur honorē aduenięti spūi scō: qui ex summa celi arce descendens perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatū pectus, scissimum deo tēplū τ habitaculū perfecit: τ ab omnibus penitus noxijs preteritorū criminuз in baptismate liberauit: vt sic perenniter deo grās referat semper: τ benedicat nomen eius sanctum in secula seculorum. Amen. Exorcizatio.

EXorcizo te, τ adiuro, τ anathematizo te immunde spiritus creatura dānata, τ reprobata, τ maledicta a Deo in eternuз propter neqtiā tuā, spiritus immūde vbicūque latitas in corpore istius N. in noīe Dei pa ✠ tris, τ in noīe Jesu Christi fi ✠ lij eius dñi τ Saluatoris nři, τ in virtute spūs ✠ sancti: vt exeas τ recedas ab hoc famulo Dei N. τ nunꝙ de cetero ad eum accedas. Ipse eīn tibi imperat maledicte damnate: qui pedibus supra mare ambulauit: τ Petro mergenti dexterā porrexit. Qui venturus est iudicare viuos τ mortuos, τ seculū per ignē. ℞. Amen.

NEc te lateat maledicte satana, nec te lateat creatura damnata, τ reprobata, τ maledicta a Deo in eternum pp nequitiam tuam: nec te lateat spiritus immunde vbicunque latitas in corpore istius viri, vel mulieris, imminere tibi diē iudicij sempiterni, diem, qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi τ oībus angelis tuis apostaticis eternus superueniet interitus. Et ideo pro tua nequitia dānate atqз dānande, da honorē Deo ✠ viuo τ vero: da honorē Jesu ✠ Christo Deo τ saluatori nostro: da honorē spūi ✠ scō: in cuius noīe atque virtute ego pcipio tibi immunde spūs vbicūqз latitas in corpore istius N. vt exeas τ recedas ab eo: τ nunꝙ de cetero ad ipsum accedas: quia istū deus τ dñs nř Jesus Chřs ad suaз scām grām τ benedictionē fonteqз baptismatis dono sue grē vocare dignatus est: vt fieret eius tēplū per aquā regnationis, τ remissionem oīum peccatorū per nomen τ virtutem eiusdem Dei τ dñi nostri Jesu Christi: Qui venturus est iudicare viuos τ mortuos τc. ℞. Amen.

De summa trinitate τ fide catholica. cap. Firmiter.

FIrmiter credimus, τ simpliciter confitemur ꝙ vnus solus est verus Deus, eternus, immensus, τ incōmutabilis, τ incom-

prebensi

prehēsibilis, oṗs, et ineffabilis, Pater et Filius et Spūs sctūs, tres quidem persone, sed vna essentia, substantia seu natura simplex oīno. Pater a nullo, filius a pr̄e solo, ac Spūs sctūs pariter ab vtroqꝫ absque initio semper ac fine: pr̄ generans, filius nascens, et Spūs sctūs procedēs, ꝯsubstātiales et coequales et coomnipotentes, et coeterni: vnū vniuersorū principiuꝫ, creator oīum visibilium et inuisibiliū, spūaliū et corporaliū: qui sua oīpotenti virtute simul ab initio tp̄is vtrāqꝫ de nihilo cōdidit creaturā, spūalē et corporalē: angelicaꝫ vcꝫ et mundanā, ac deinde humanā quasi cōem ex spū et corpore ꝯstitutam. Diabolus eñi et alij demones a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali: homo vero diaboli suggestione peccauit. Hec sancta Trinitas ſm cōem essentiam indiuidua, et ſm personales proprietates discreta per Moysen et sanctos prophetas aliosque famulos suos ordinatissimā dispositionē tpum doctrinā humano generi tribuit salutarem. Et tandeꝫ vnigenitus Dei filius Jesus Christus a tota trinitate cōiter incarnatus, ex Maria semper virgine spiritus sancti cooperatione conceptus, verus hō factus, ex aīa rōnali et humana carne cōpositus, vna in duabus naturis persona, viam vite manifestius demonstrauit. Qui cum ſm diuinitatem sit immortalis et impassibilis, idē ipse ſm humanitatem factus est passibilis et mortalis: qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus et mortuus descendit ad inferos: resurrexit a mortuis, et ascendit in celum: sed descendit in aīa: et resurrexit in carne: ascenditqꝫ pariter in vtroque venturus in fine seculi, indicaturus viuos et mortuos, et redditurus singulis ſm opera sua tam reprobis, quaꝫ electis: qui oēs cuꝫ suis proprijs resurgent corporibus: q̄ nunc gestant: vt recipiant ſm opera sua siue bona fuerint, siue mala, illi cū diabolo penā perpetuaꝫ, et isti cū Chr̄o gloriā sempiternā. Una vero est fideliuꝫ vl'is Eccl'ia: extra q̄ nullus oīno saluat̄, in qua idem ipse sacerdos est et sacrificium Jesus Chr̄s: cuius corpus et sanguis in sacramēto altaris sub spēbus panis et vini veraciter cōtinet̄: transubstantiatis pane in corpus, et vino in sanguinē ptāte diuina: vt ad perficiendum mysteriū vnitatis accipiamꝰ ipsi de suo, quod accepit ipse de nr̄o. Et hoc vtique scr̄m nemo pōt conficere nisi sacerdos: qui rite fuerit ordinatus ſm claues ecclesie: quas ipse concessit Apostolis eorumqꝫ

successoribus Jesus Christus. Sacramentum baptismi, quod ad Dei inuocationē, et indiuiduę Trinitatis, vez patris et filij et spūs sancti consecratur in aqua, tam paruulis quam adultis in forma ecclę a quocunque rite collatū proficit ad salutē: et si post susceptionem baptismi, quisquā prolapsus fuerit in pctm, per veram pōt semper pniam reparari. Nō solū aūt virgines et continentes, verum ēt coniugati per fidē rectā, et per operationē bonam placentes Deo, ad ęternam merentur beatitudinem peruenire. Hoc vero sacro approbante concilio credimus et confitemur, quod vna quędam summa res est, incomprehensibilis quidem et ineffabilis, quę veraciter est pater et filius et Spiritus sanctus: tres simul personę, et quęlibet earum singillatim illa essentia est.

Symbolum Athanasij epi. Quicunque vult saluus esse. fol. 137.

IN huius igitur veritatis firmissimę atque certissimę virtute, te immunde spiritus atqz spurcissime et miserrime, quicunque es, siue vnus, siue plures quocunque ad hunc famulum oipotentis Dei, et templuz eius in baptismo creatuz, vel in cibo, vel in potu, vel quacunque malefica superstitione, vel tua malignitate nequissima, aut exigentibus culpis et criminibus suis, ad ipsum accessuz hāc psumpsisti, vel psumpsistis: vbicunque latitas vel latitatis in hoc famulo Dei N. a planta pedis vsque ad verticē: vel in vestibus, siue aliquibus sibi adhęrentibus: in hoc loco habitationis eius, vel vbicunque sis, te requirimus, te citamus: et temerariam et psumptuosam inuasionez, agitationem et perturbationem huius famuli Dei N. iniustissimā ex parte tua, et nequissima voluntate tua interdicimus, non nostris viribus, sed fortiori potestate oipotentis Dei et dni nri Jesu Christi filij eius: qui superueniens in atrium mundi huius principem tuum cum oibus immūdis et miserrimis satellitibus infernalib9 vicit, et vasa diripuit.

AUdi ergo quō iniuste et iniquissime hūc Dei famulū inquietare psumpsisti. Nā cū pp inobedientiā primi parentis nostri Adę, iustitia iustissimi Dei nostri oipotentis permittente iniquissimus princeps tuus ipsum et oēm posteritatē suam ab eo seminali rōne propagataz durissima tyrannide per multa annorū spatia oppressisset, feriret dire, in vinculis carceris infernalis teneret, tandem adueniente plenitudine tpum, misit Deus pr pijssimū filiū suū natū ex intemerata virgine, factū sub lege. Et cum

princeps

princeps tuus improbus ac temerarius exactor, in vnigenitum Dei filiũ, mediatorẽ Dei ꝛ hominũ, agnum tollẽtẽ peccata mundi, dementia sua sacrilega attentasset inuadere ꝛ ferire, tandem post Herodis impij in eum persecutionẽ, post ꝯtumelias, cõuicia, opprobria, inmisit in cor proditoris Iudę, ꝛ impiorum Iudęorum: ꝛ ipso agno mansuete volente, ꝛ voluntarie se pro redẽptione offerente vinciri fecit, ꝛ flagellari, iniuste cõdemnari, nudari, ꝛ in cruce affigi. Quę oĩa mitissimus agnus Dei oĩpotẽtis filius pro salute nostra, q̃ ipse voluit, pertulit: vt nos ꝛ hunc famulum Dei N. a vinculis oĩum immũdorum spirituum liberaret, liuore suo sanaret, ab erumna eriperet, dñatione nudatos a vobis impijs latronibus infernalibus reinduceret veste innocentię, ꝛ gratię: quę nos in protoplasto parente cõtra oĩpotentis Dei imperiũ rapuimus, exoluit: offerens se fructũ benedictum ventris gloriosę virginis, pro interdicti fructus esu: cruore ex quinq; vulnerib[9] largiter fuso, redemit: morte sua gloriosa nostrã destruxit: ꝛ principẽ tuum cũ oĩbus satellitibus ac apostaticis immũdis spiritibus cũ crederet se in ipso aliquid sui inuenire captiuauit: ꝛ nos credentes maxime sibi liberauit. Inter quos ꝛ de quorum numero dono gratuitę misericordię suę, nos esse profitemur. Et ptãtem discipulis suis dedit calcandi super vos immundos spiritus: ꝛ ad inuocationem sui sanctissimi nominis virtutem ꝛ ptãtẽ expellendi vos immundos spũs ab obsessis corporibus, vel domibus, vel habitaculis: ꝛ in virtute ꝛ iustitia passionis suę qua dilexit nos, ꝛ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suę innocẽtię vos eijciendos tradidit. In virtute igitur ꝛ honore huius summi Imperatoris regis regum, ꝛ dñi dñantium, dñi Iesu Christi: in cuius noĩe oẽ genu flectitur cęlestium, ꝛ terrestriũ, ꝛ infernorum: qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ seculum per ignem: nos quos de numero discipulorũ licet indignos esse voluit: per quos in persona sua panis ꝛ vinũ, vt pote in verbo creatoris, virtute spũs sctĩ in carnem ꝛ sanguinẽ transubstantiaẽ: te ✠ requirimus: te ✠ citamus: tibi ✠ precipimus: inter ✠ dicimus: ac diffinitiue ✠ prohibemus: vt ✠ nunc exeas, ꝛ opera tua vel aliorum maleficia operata quomodocũque dissoluas, ꝛ amoueas: ꝛ nũq̃ de cętero in eo causes, vel facias, nec per te nec ꝑ alios illa vel similia. Cõtradicẽtes vero, ꝛ ꝯtra stimulum calcitrãtes sicut durissimos

simos Pharaones obduratos anathema ✠ tizamus et excōica ✠ mus, propter obsessionē et molestiā huius creaturę oīpotentis Dei N. ita q de cętero non p̄sumatis neqꝫ vos, neqꝫ alij vice vestra immundi sp̄us molestare, inquietare, pturbare corpus, nec sensus eius interiores vel exteriores, a planta pedis vsqꝫ ad verticem, ne aliquid ipsius attingere. Si vero aliquid iuris allegare p̄sumitis: interponimus p̄ciosissimū sanguinē imaculati agni dn̄i nr̄i Jesu Chr̄i: qui vt scripsit Joannes Euangelista, est propitiatio pro pctīs nr̄is: et non tm̄ pro nr̄is, sed ēt totius mundi: etiaꝫ si essent mille mundi. Qui ēt supra splendorē solis apparens btō Paulo, cū mitteret eū ad p̄dicanduꝫ in oēs gentes et populos dixit: vt cōuertant a tenebris ad lucē, a ptāte satanę ad Deū viuū, accipere remissioneꝫ pctōꝝ, et sortē inter scōs, quę est per fidem, quę est in me dixit sanctissimus et tremebundus Imperator cęlestis dn̄s Jesus Chr̄s. Hanc vero fidem et hic famulus Dei et nos firmiter credimus, et simplr̄ ꝯfitemur: et in ea velle viuere et mori ꝓfitemur. Cum igitur nil iuris habeatis in eū: vti maligni inuasores, et iniqui vsurpatores, prędones, et latrones infernales discedite ab hoc famulo Dei, et sanctissimi summi ✠ Imperatoris nr̄i: quē nos et vos et oīs creatura cōtremiscit: discedite a domo, et ab oī loco habitationis eius, et oīum fidelium: super quos innocatū est nomen bonū et gloriosum summi Imperatoris nostri Jesu Chr̄i: et ite sine mora in locū desertū, vel in locū Sodomę et Gomorrhę. Quod si pertinaciter adhuc resistitis: et inobedientes huic nostro mandato, quin potius cōtumaces ac rebelles cōtra stimulū oīpotentis Dei calcitratis: q non cedet vobis impune: qꝛ non hoīes, sed oīpotenteꝫ et summum Imperatorem Deū ꝯtēnitis: Jn eius noīe et authoritate atqꝫ virtute vos exorci ✠ zamus, pręci ✠ pimus, ✠ anathema ✠ tizamus, prohi ✠ bemus, et interdi ✠ cimus molestiā et inquietationem, et perturbationē istius creaturę Dei N. et oīum hic astantiū, et fideliū: pręsertim huius habitationis oīpotentis Dei. Nā quę conuentio lucis ad tenebras, et Christi ad belial? Ecce nunc inuocamus oīpotentē et summū Imperatorem dn̄m nr̄m Jesum Chr̄m, cuius gloriosum nomen et inuocationē temere velut ille obduratus Pharao cōtēnitis, et hucusqꝫ cōtēpsistis, btīssimam virginē Dei genitricē Mariam, et oēs Angelicos beatos sp̄us, et ciues supernos,

pernos, patres nostros Patriarchas, pphetas, Apostolos, martyres, & cõfessores atq3 virgines, & speciales patronos nostros beatissimum Dominicum patrem nostrum, Petrum martyrez gloriosum, beatum Thomam, beatum Vincentium, beatũ Antonium Episcopum & cõfessorem: qui multos de satellitibus vestris in digito omnipotentis Dei eiecerunt: beatissimam Catherinaz Senensem virginem & sponsam Jesu Christi purissimam: que mirabili gratia Dei contra vos demones preualuit, sanctũ N. vel sanctã N. vel sanctos N. qui faciem Dei oipotentis contemplantur: qui vos siue vnum siue plures qñcunque accessum habere presumpseritis ad hunc famuluz Dei N. vel ad locũ habitationis eius, per sanctum Angelum ab oipotente missum ante diem tremebundi iudicij, quemadmodum per beatum Bartholomeum in India fecit Astaroth & Berith, cathenis igneis alligabit: & in abyssum gehenne infernalis, & lacus ignis ardentis sulphurez mittet: cuius fumus ascendet in scla sclorum. Amẽ.

Date itaque honorem oipotenti Deo, ac summo imperatori Deo Pa ✠ tri & Fi ✠ lio eius dño Jesu ✠ Christo: qui dilexit & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: in cuius nomine oẽ genu flectitur, celestiũ, terrestriũ, & infernoꝝ: & Spiritui ✠ sancto, in cuius noie atq3 virtute hoc peremptorio & diffinitiuo mandato preci ✠ pimus, mãdamus, ✠ arctam⁹, ✠ & anathematizamus, ✠ vt recedatis ab hoc famulo Dei N. & a loco habitationis eius, & omnium fideliũ, absque lesione alicuius, in desertũ locũ, vsq3 ad diez tremebũdi iudicij: ita ꝙ de cetero huc appropinquare, neq3 vos neq3 alij vice vestra valeatis ad inuadendum, inquietandum, & perturbandum hunc famulũ Dei N. neq3 sensus eius exteriores, vel interiores neque aliquem de hic habitantibus: quia ipsos Deus & dñs noster Jesus ad suam sanctam gratiam & bene ✠ dictionem fontemq3 baptismatis dono vocare dignatus est: vt fieret eius templum per aquam regenerationis & remissionem omnium peccatorum, per nomen & virtutem eiusdem domini nostri Jesu Christi, Qui venturus est iudicare viuos & mortuos: & seculũ per ignem. Deo aũt gratias qui nobis per Jesum Christum dñm nostrũ victoriam donauit.

Cum itaque iniquissimus satanas caput & princeps iniquorum omnium, qui tyrannidem suam solus exercitare poterat

rat in filios Adę, ab ipso seminali ratione propagatos, extende-re præsumpserit in summum Imperatorem & Regem Regum, & dominum dominantium, Deum, & omnipotentis Dei vnigenitum, agnum immaculatum, in quo non habebat quicquam: & ob hoc ab ipso domino nostro Jesu Christo saluatore nostro: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, cum sociis suis Angelis & dęmonibus apostaticis, de quorum numero es tu miserrimus & iniquus inuasor, excęcatus, & ab eo iudicatus, superatus, captiuatus, vinctus fuerit: & nos & in ipsum credentes, & in virtute Trinitatis Deificę baptizatos, & aliis sacramentis ab ipso filio Dei institutis iniciatos, de potestate tua satana idem filius Dei eripuerit iuste & potentissime: & protestatus sit beato Paulo Aplo suo, apparens ei supra splendorem solis lucidior in via, media die: Idcirco malignissime, spurcissime, miserrime satana & immundissime spiritus: iam tertio exorcizo te, & adiuro te in nomine omnipotētis & summi Imperatoris nostri Jesu Christi, vt recedas ab hoc famulo Dei N. & ab omni loco creaturarū eius. Nā quę societas lucis ad tenebras, & Christi ad belial? Et nunc cum velut alter Pharaon induratus, nō nostrū seruos & ministros eius, sed mandata summi Imperatoris Dei contumaciter ꝯtempseris: idcirco ex parte oīpotentis Dei, sanctę & indiuiduę Trinitatis, vez Pa ✠ tris & Fi ✠ lij eiꝰ domini nostri Jesu Christi, qui dilexit nos: & Spiritus ✠ sancti, quem effudit in nos abunde per lauacrum regenerationis: qui est inuictę virtutis, & insuperabilis imperij semper magnificus triūphator: qui diabolicę dominationis vires reprimit, & potenter expugnat: qui te refugam & immundū spūm, diabolum & dęmonē infernalē cum socijs dęmonibus superbissimis gehennę deputauit incendijs, tibi iterum prӕci ✠ pimus, anathema ✠ tizamus, & exorci ✠ zamus: vt velociter absque offensa alicuius pñtiū, vel absentiuz, super quos inuocatū est nomen gl̃iosum summi Imperatoris dñi nostri Je ✠ su Chri ✠ sti, recedas ab hoc famulo Dei N. vel loco, vel monasterio, vel territorio huius patrię: & vadas in locū desertū: ita ꝙ de cetero nō p̃sumas ad ipm accedere, nec corpus eius interius vel exterius per maleficia tua aberrare facere: neque ad locū istuz appropinquare, inquietare, vel molestare ipsum, vel aliquem, vel aliquos hic habitantes, a

planta

planta pedis vsque ad verticem. Per virtutem eiusdem dñi nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos.

Item eadem authoritate eiusdem summi Imperatoris, & inuictę virtutis eius: qui te refugam atque apostatam diabolum gehennę deputauit, & in virtute totius curię cęlestis. s. intemeratę semper virginis Marię beatissimę matris vnigeniti filij Dei Saluatoris nostri, & oîum celestium beatorũ Ordinũ, & triplicis Hierarchię, scilicet Seraphim, Cherubim, Thronorũ, Dominationũ, Uirtutũ, Potestatum, Principatuum, Archangelorũ, & Angelorum: qui semper vident beatissimã faciẽ patris omnipotentis in cęlis, patrum nr̃orum, Patriarcharum, Prophetarum, sanctissimorum Aplõrum Petri & Pauli, & aliorum Aplõrum, Martyrũ, Confessorum, atq; sanctarũ Uirginum, & omnium electorum eius, pręcipuę autem beatissimorum patronorum nostrorum, vz B. Dominici patris nostri, gloriosi Petri martyris, B. Thomę, B. Uincentij. B. Antonini epi & confessoris, & B. Catherinę de Senis, & offici mei sacerdotalis, cuius ministerio in sacrificio Altaris verum corpus & sanguis Christi conficitur omnipotenti virtute Dei nostri, te refugam apostatam miserrimum, immundum spũm, & diabolum in his scriptis excõicamus, & excõicatum decernimus: orantes omnipotentẽ Deum nostrum, a cuius domicilio miserrime, cum diceres cum principe tuo, in cęlum conscendam, cecidisti, & ex Angelo effectus es immundus diabolus & satanas: vt per merita passionis suę & iustitiam, ipse Deus & dñs noster Jesus Christus, qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, pro contẽptu maiestatis suę iuste tibi retribuens, & per merita & intercessionem omnium supernorum ciuium mittat Angelũ lucis sanctum & bonum: qui te contemptorem sanctissimi nominis & vexilli summi Imperatoris catenis igneis alligatum, quotiescunque ad hunc famulum Dei N. vel locum eius pręsumpseris appropinquare, tradat in abissum inferni, & in lacum ignis, & ardentis sulphuris: vbi ante diem extremi iudicij excrucieris die ac nocte: & fumus tormentorum tuorum ascẽdat in secula seculorum. Amen. In noîe Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spũs ✠ sancti. Amen. Qui non diligit dominum Jesum anathema sit. Amen.

¶ Finit exorcismus.

¶ Incipit

¶ Incipit exorcismus optimus contra demoniacos & maleficiatos, & incantationes, & facturas, & domos a diabolo vexatas.



IN noie sanctę & indiuiduę Trinitatis contra oēs maleficiorū vanitates, & incursus demonū signū sanctę crucis ✠ saluatoris nostri Iesu Christi tolle ptātem: tolle impetū satanę & angelorum eius: & nō permittas nocere isti creaturę Dei N. sed vadant in loca arida. Memento nostri domine, sicut iurasti patribus nostris Abraham, Isaac, & Iacob: vt inde exeant & recedant ab hac creatura Dei N. & vadant in loca arida & sterilia, inaquosa, & inhabitabilia. Vade retro satana cum angelis tuis apostaticis. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem.

COniuro vos angeli tartarei per eū, qui vos eiecit de superno celorum habitaculo: qui fertis malum contra genus humanum. Adiuro ✠ vos per quatuor Euāgelistas, & per tremendum diē iudicij, & per terribilē Iudicē. Et adiuro vos per nomina sacratissima oīpotētis Dei, vz. Messias ✠ Sother ✠ Emmanuel ✠ Sabaoth ✠ Adonai ✠ Unigenitus ✠ Via ✠ Vita ✠ Veritas ✠ Omousion ✠ Principium ✠ Primogenitus ✠ Sapientia ✠ Fons ✠ Origo ✠ Paracletus ✠ Mediator ✠ Agnus ✠ Ouis ✠ Alpha & Omega ✠ Caput & finis ✠ Simul vocitatus ✠ Serpēs ✠ Aries ✠ Leo ✠ Vermis ✠ Verbū ✠ Splēdor ✠ Lux ✠ Imago ✠ Glia ✠ Sol ✠ Panis ✠ Flos ✠ Vitis ✠ Mons ✠ Ianua ✠ Terra ✠ Lapis angularis ✠ Sponsus ✠ Pastor ✠ Propheta ✠ Sacerdos ✠ Athanatos ✠ Ischiros ✠ Patheō ✠ Eliseon ✠ Aquila ✠ Tetragrammatō ✠ Dominus Iesus Christus ✠ Per nomina ista sacratissima adiuro ✠ vos & contestor angeli satanę, ita pñtes sicut absentes, ita absentes sicut pñtes: vt exeatis & recedatis cū maleficijs & iniquitatibus vestris ab hac creatura Dei N. & eatis ad deserta loca & arida, vbi non aratur, nec seminat, nec nomē dñi inuocatur, nec noiatur: neqī in die iudicij ante tribunal Christi venientes dicatis: nullus nobis cōtradixit: nullus nos coniurauit. Ego vero ex parte oīpotētis Dei scte & indiuiduę Trinitatis, vz Pris, & Filij & Spūs sci cōiuro vos & ptradico vobis: vt exeatis de corpore, & de mēbris istius creaturę. vobis etiam cōtradicit

ipse pater domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. Increatus ✠ pater. Increatus ✠ filius. Increatus ✠ Spiritus sanctus. Immensus ✠ pater. Immensus ✠ filius. Immensus ✠ spiritus sanctus. Aeternus ✠ pater. Aeternus ✠ filius. Aeternus ✠ spiritus sanctus.

Ego coniuro vos demones per Pa ✠ trem, et per fi ✠ lium, et per spiritum ✠ sanctum: per Angelos: ✠ per Archangelos: ✠ per Thronos: ✠ et Dominationes: ✠ Principatus: ✠ Potestates: ✠ Cherubim: ✠ et Seraphim: ✠ et Virtutes celorum: ✠ et recuperationem animarum: ✠ et per omnia mirabilia, que fecit dominus in celo et in terra: vt nomina vestra manifestetis: et inde exeatis cum iniquitatibus vestris, et maleficijs. Per eum, qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem.

Coniuro vos malignos spiritus per virtutem Dei omnipotentis, et sanctissimum et dulcissimum lac, et sacrosancta vbera virginis Marie, que lactauerunt Jesum Christum dominum nostrum filium Dei, vt dicatis mihi quando intrastis in corpore, siue in persona huius creature Dei N. Et cito inde exeatis. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. ℟. Amen.

Coniuro vos per preciosissimum sanguinem, qui exiuit de latere Christi in cruce pendentis: et adiuro vos per gloriosam virginem Mariam matrem eiusdem Dei et domini nostri Jesu Christi: et per millia millium Angelorum Deo ministrantium: et per collegium Apostolorum. Coniuro vos etiam per quatuor Euangelistas, Mattheum et Marcum, Lucam et Joannem. et per septem celos, et per vigintiquatuor seniores, et per diem tremendi iudicii, et per quatuor animalia, que assistunt ante thronum Dei, ✠ et per celum, et per terram, ✠ Solem, ✠ et Lunam, ✠ et stellas, ✠ et eorum nomina, ✠ et per sanctos Patriarchas, scilicet Abraham, Isaac et Jacob: vt statim exeatis de corpore, siue de membris et persona istius creature Dei N. et de domo eius, audito nomine sanctissimo dei tetragrammaton, cito procul fugiatis et vadatis in loca, vbi, non noceatis aliquibus fidelibus christianis. Per virtutem eiusdem domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. ℟. Amen.

Adiuro vos demones per patrem ✠ et filium ✠ et spiritum ✠ sanctum, et omnes or ✠ dines angelorum Deo ministrantium, ✠ et per senatum Apostolorum, ✠ et per cetum quadragintaquatuor millia Martyrum:

vt amplius non habeatis latam, nec ptātem super hanc creaturā Dei N. vel domū eius: fugite miseri ꝛ scelestissimi hinc: ꝛ defluere vos faciat Deus, sicut defluit cera a facie ignis: vt amplius nō habeatis ptātē faciendi vllū dolorem vel timorem vel dānum, nec vllū malū super carnē, nec in carne, nec in membris huius creaturę Dei N. vel in domo eius. Per cū qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculum per ignem. ℟. Amen. Initium sancti Euangelij sm̄ Joannem. In principio erat verbum. fol. 86. Sequentia sancti Euangelij sm̄ Matheum.

Cum natus esset Jesus in Bethleem Judę in diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriente venerūt Jerosolymaꝫ dicentes. Ubi est qui natus est rex iudęorum: Uidimus enī stellam eius in oriente: ꝛ venimus adorare eū. Audiēs autem Herodes rex turbatus est: ꝛ oīs Jerosolyma cū illo. Et congregans oēs principes sacerdotum ꝛ scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. Jn Bethleē Judę. Sic enim scriptū est per prophetam. Et tu Bethleeꝫ terra Juda nequaquā minima es in principibus Juda: ex te enī exiet dux, qui regat populum meū Jsrael. Tūc Herodes clā vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tp̄s stellę, quę apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem dixit. Jte, ꝛ interrogate diligenter de puero: ꝛ cū inueneritis renunciate mihi: vt ꝛ ego veniens adorem eum. Qui cū audissent regē, abierunt. Et ecce stella, quaꝫ viderant in oriente, antecedebat eos vsqꝫ dum veniens staret supra vbi erat puer. Uidentes aūt stellā gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū, inuenerunt puerū cum Maria matre eius: ꝛ procidentes adorauerunt eū. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurū, thus, ꝛ myrrhā. Et rñso accepto in somnis ne redirent ad Herodē, per aliā viā reuersi sunt in regionem suam. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

Gratiā tuam, q̄s dn̄e, mentibus nostris infunde: ꝛ illud lumen splendidū cordibus nostris irradia, quod trium Magorum mentibus inspirasti. Per Ch. ℟. Amen. Coniuratio.

Coniuro vos dęmones infernales, sp̄us malignos per Patrē, ✠ p Filiū, ✠ ꝛ per Sp̄um sanctū, ✠ vt non mentiamini: sed dicatis mihi veritatem, quis est ille, qui debet vos hinc expellere de persona huius creaturę Dei N. vel de domo eius:

vt

vt omnes astantes intelligant, ⁊ audiant veritatē: alioquin mittam vos in profundum inferni, in loca penarum magnarum, de quibus non exibitis: per virtutem domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignē. ✠. Amen. Hic repete superiorem coniurationem cum magna fide ⁊ efficacia: ⁊ videbis mirabilia. Coniuratio.

Coniuro vos spiritus immundos demones infernales, qui hanc creaturam affligitis: vt faciatis mādata Dei, ⁊ nō mittā vos in profundū iferni per Prēm ✠ ⁊ Filiū ✠ ⁊ Spūꝫ ✠ sanctū. ✠ vide demon, qualiter per potētiā altissimi Dei viui ⁊ veri es constrictus ⁊ victus. Ideo scelerate ⁊ nequissime fuge, non est iam differendi tempus. Quia dominus noster Jesus Christus vos coarctat. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. ✠. Amen. Pater noster. Aue Maria.

Coniuro vos spūs immundos. In noie Pa ✠ tris ⁊ Fi ✠ lij ⁊ Spūs ✠ sancti, ⁊ per virtutem ✠ Angelorum sanctorum, ⁊ Patriarcharum, Prophetarum, Aplorum, martyrū, cōfessorum, atqꝫ sctāruꝫ virginum, ita pñtes sicut absentes, ⁊ ita absentes sicut pñtes, vbicūqꝫ sitis: vt exeatis ⁊ recedatis ab hac creatura Dei N. cum maleficijs ⁊ iniquitatibus vestris, per virtuteꝫ domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem. Coniuratio.

Coniuro vos nequissimi spūs per Deū Prēm ✠ oīpotētē, ⁊ per virtutes celorum, ⁊ per sacrosancta vbera ⁊ lac beatissime virg. Marie, q̄ lactauerūt dñm nr̄m Jesuꝫ Chr̄ꝫ filiū Dei viui: vt exeatis de corpore ⁊ mēbris vel psona huius creature Dei N. ⁊ de domo eius, per virtutem eiusdē dñi nr̄i Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mathęum.

In illo tēpore: Egressus Jesus secessit in partes Tyri ⁊ Sydonis. Et ecce mulier Chananea a finibus illis egressa clamauit dicens ei: Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male a demonio vexatur. Qui non rn̄dit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicētes. Dimitte eā, q: clamat post nos. Ipse autem rn̄dēs, ait: Non sum missus nisi ad oues, que perierunt domus Israel. At illa venit, ⁊ adorauit eum, dicens. Domine adiuua me. Qui rn̄dēs ait: Non est bonuꝫ sumere panem filio-

rum,

rum, et mittere canibus. At illa dixit: Etiã dñe. Nã et catelli edũt de micis que cadunt de mensa dñorum suorum. Tunc rñdens Jesus ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine Jesu Christe clementissime redemptor noster, qui humano generi innumera beneficia cõtulisti, te suppliciter deprecamur per omnia et singula dona, et beneficia nobis collata, et maxime per natiuitatem tuam sanctã: qua ex purissima virgine, carne nostre mortalitatis assumpta, huic mundo nasci dignatus es ad salutem: et per annunciationẽ, quã angeli fecerunt pastoribus: et per gaudium, qđ ipsi habuerunt: et per circuncisionem tuã sanctissimã: et per honorẽ, quẽ tibi fecerunt illi tres Reges ac Magi: et per munera que tibi obtulerũt, et per presentationẽ tui in tẽplo: per cõsolationẽ Symeonis et Anne: et per sanctificationem baptismi tui: per ieiunium quadraginta dierum: et per afflictionẽ ipsorum: per scãm predicationẽ tuã: per opera miraculorum tuorum magnorum: per liberationẽ multorũ a demone obsessorum: per lotionẽ pedũ discipulorũ et aplõrũ tuorum: et per cõsecrationẽ tui sanctissimi corporis et sanguinis: per famem et sitim tuam: et per acerbissimam mortem tuam: et gloriosam resurrectionem, atque admirabilem ascensionem tuam, liberare digneris hanc creaturam tuam N. ab omni potestate maligni spiritus. Qui viuis et regnas cum Deo patre in vnita. etc.

ERgo maledicte diabole recognosce sententiã tuã: et non audeas nec debeas molestare vel nocere, nec vllã lesionem facere super hanc creaturã Dei N. per virtutẽ dñi nri Jesu Christi, et gloriose virginis Marie. Et sicut ipse dñs nr Jesus Christus dignatus est expellere de corpore filie Chananee demonẽ, illã male vexantẽ, et sanare eam, ita sanare et liberare dignet hanc creaturã suã N. petentẽ a te demone liberari: et per virtutẽ suam te expellat, vt vadas in loca vbi nulli christiano nocere possis. Quia ipse est qui venturus est iudicare vi. etc. Coniuratio.

COniuro te maledicte satana per virtutẽ domini nostri Jesu Christi, et omnium scõrum et scãrum Dei, vt mihi respõdeas et dicas, quis est ille, qui debeat te hinc expellere: et cede hinc: alioquin mittam te in profundũ abyssi cum sequacibus tuis, vt non

noceas

noceas alicui creaturę Dei creatę ad imaginē & similitudinem suā. Imperat hoc tibi idem Deus & dñs Jesus Christus. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos. &c. Audi scelerate & maledicte. Deum qui te genuit dereliquisti: & oblitus es dñi creatoris tui. Deinde dic ter. Pater nr̄. & Aue Maria. Hic repete supra positam ꝯiurationē mō suprascripto. Et si diabolus nomen suū, vel nōina sua reuelaret, scribe illud, vel illa in cedula, & postea fac ignem nouum & scripta in cedula nomina illorum spirituū proiice in ignem, dicendo super ignem ista verba. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

Coniuro te creatura ✠ ignis per illum, qui orbem contremiscere facit: ꝙ istos spūs comburas & affligas taliter, ꝙ sentiant pęnas importabiles & intolerabiles in virtute dñi nr̄i Jesu Chr̄i: & verbis quę de illo dixi: qui orbem tremere facit, in cuius noīe & virtute ego pręcipio vobis demones: vt exeatis ab hac creatura Dei N. vel ab hac domo, vt amplius non molestetis eā. Per eundem Deum & dñm nostrum Jesum Christum. Qui venturus &c. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum spi. Oremus. Oratio.

Domine Jesu Chr̄e, qui voluisti pro mūdi redēptione de virgine Maria nasci: in carne tua sctissima circūcidi: a Judęis reprobari: a Juda proditore osculo tradi: vinculis alligari: & sicut agnꝰ inocēs ad victimā duci: atqꝫ i ꝯspectu Annę & Caiphę, Pilati & Herodis indecēter offerri: a falsis testib. accusari: & a discipulo negari: flagellis opprobrijsqꝫ vexari: & spinis coronari: sputis ꝯspui: colaphis cędi, palmis ꝑcuti: arūdine verberari: clauorū aculeis ꝑforari: in cruce leuari: inter latrones deputari: felle & aceto potari: ab hoībꝰ blasphemari: lancea vulnerari: & in cruce mori. Tu dñe ꝑ has sacratissimas pęnas & passiones tuas: quas ego indignissimus recolo: & ꝑ scām crucē & mortem tuā liberare digneris hanc creaturā tuā N. a miserabili oppressione satanę & ministrorū eius: & ꝑducere eā digneris ad pristinā sanitatem fracto vinculo inimici cuiuscūqꝫ generis maligni. Qui viuis & reg.

Deinde sępius repete ista verba, quę sequūtur donec recedant.

¶ Sed si diabolus rñderet, & diceret ꝙ sit anima alicuius defuncti: nō ei credas: qꝛ est heresis: sed insta ꝙ dicat nomē proprium: quod habuit ab initio, quando fuit expulsus de cęlo. Pete etiam cuius ordinis erat: & nomen sui superioris: & qua de causa intrauit

strauit in illud corpus. Et cõiura ipsum, ꝙ non discedat sine ma- lnia, ⁊ ꝙ cogatur dare signum sue egressionis, dimittendo per- sonam oppressi liberam ⁊ expeditam, sicut erat in illa hora, qñ fuit baptizata. ¶ Coniurationem sequentem dicat sacerdos cũ magna efficacia, ⁊ repetat eam sicut ei videbitur. Et quoties eas repetit, penam augeat ⁊ accrescat.

PRecipio ex parte sãctissime Trinitatis Pa ✠ tris ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spũs ✠ sancti: ⁊ per merita sacratissime passionis domi- ni nr̃i Jesu ✠ Chr̃i: ⁊ p merita oĩum Scõꝝ ⁊ Scãꝝ qui sunt in Paradiso: ꝙ si datũ fuit aliquid per maleficiũ ad comedẽdũ, vel bibẽdũ huic creature N. Aut si vos maledicti diaboli porta- stis in corpore suo: aut cõposuistis aliquid in eodem: non habea- tis facultatẽ vel ptãtẽ vel virtutẽ ↄseruandi, agitandi, vel mouẽ- di: ⁊ ꝙ amoueatis ipsam facultatẽ, ptãteꝫ, ⁊ virtutem, ⁊ ꝙ coga- mini dissipare oẽm laqueũ, nodũ ⁊ cõpositionem, que fuissent in p̃dictis rebus: ⁊ ꝙ sitis astricti ⁊ cõpulsi ea disiungere, separare, ⁊ remouere a visceribus, ✠ ⁊ ab intestinis, ✠ ⁊ ea per secessum emitti facere deorsum sine aliqua lesione anime ⁊ corporis istius creature dei N. Rursum vobis diabolis, si presentialiter estis in hoc corpore, p̃cipio ex parte sanctissime Trinitatis Pa ✠ tris ⁊ Fi ✠ lij ⁊ Spũs ✠ sancti, ꝙ non habeatis facultateꝫ standi, mo- randi, ⁊ abscondendi vos in aliqua parte corporis huius crea- ture Dei N. nec in quatuor humoribus, veꝫ sanguine ✠ cho- lera ✠ phlegmate ✠ ⁊ melãcolia: ✠ nec ĩ carne, ✠ nec in os- sibus, ✠ nec in medullis, ✠ nec in neruis, ✠ nec in venis, ✠ nec in oĩbus iũcturis corporis, ✠ nec in pedibꝰ, ✠ nec in suris, ✠ nec in tibijs, ✠ nec ĩ lateribꝰ, ✠ nec ĩ renibꝰ, ✠ nec subtus renes, ✠ nec supra renes, ✠ nec ĩ dorso, ✠ nec ĩ spatulis, ✠ nec in brachijs, ✠ nec in manibꝰ, ✠ nec ĩ vnguibꝰ, ✠ neqꝫ in cor- de, ✠ neqꝫ in hepate, ✠ nec in splene, ✠ nec ĩ interioribꝰ, ✠ neqꝫ in pulmone, ✠ nec ĩ intestinis superioribꝰ vel iferioribꝰ, ✠ maioribꝰ vel minoribꝰ, ✠ nec in ventre, ✠ nec in stomacho, ✠ nec in pectore, ✠ nec ĩ gutture, ✠ nec in collo, ✠ nec in facie, ✠ nec ĩ mẽto, ✠ nec in maxillis, ✠ nec in dẽtibꝰ, ✠ nec ĩ gẽgi- uis, ✠ nec ĩ lingua, ✠ nec subtus linguã, ✠ nec sup̃ liguã, ✠ nec ĩ palato, ✠ nec ĩ naso, nec ĩ oculis, ✠ nec in auribꝰ, ✠ nec ĩ cerebro, ✠ nec in pãniculis cerebri, ✠ nec ĩ arterijs, ✠ nec ĩ fe-

cibus

cibus corporis, ✠ nec i alijs reb⁹, vel locis corporis, vel extra corpus, neqꝫ intrinsece, ✠ neqꝫ superficialr, ✠ nec in capillis, ✠ nec in pilis, ✠ nec in vestimētis, ✠ nec in genitalibus, ✠ nec in ano, ✠ nec i test.b⁹, ✠ nec i vmbilico, ✠ neqꝫ i ci⁹ circūstātib⁹, ✠ neqꝫ i alijs locis, ad q̄ ire bēat, aut stare: ✠ sed inuiti ⁊ vi, ⁊ virtute dei cōpulsi nūc cogamini vos manifestare, ⁊ illis partib⁹, i qb⁹ estis, aliq̄ lęsionē facere in signū pñtię vrę. Itē pcipio vobis ex parte scīssimę Trinitatis Pris ✠ ⁊ Filij ✠ ⁊ Spūs scti: q̄ discedatis ex oīb. partib. istius corporis N. creaturę Dei vbi estis a planta pedis vsqꝫ ad verticē, ⁊ q̄ fugiatis extra ipsuꝫ corpus fugiendo p illā viā, q̄ sit magis libera ⁊ expedita, sicut per os stomachi, per pectus, per guttur, per os, cum signo manifesto q̄ fugiatis extra corpus suū. Itē vobis pcipio ex parte sctissimę Trinitatis, Pris ✠ ⁊ Filij ✠ ⁊ Spūs ✠ sancti, q̄ nō habeatis ptātē accipiēdi adiutoriū vel succursū ab alijs demonib. vel diabolis: nec petendi alios demones vel diabolos in adiutoriū vrm: nec mittere seu ponere alios demones in loco vro. Et q̄ cogamini discedere taliter, q̄ nunq̄ nec vos, nec alij diaboli habeatis authoritateꝫ, facultatē, vel ptātē, nec virtutē redeūdi, nec presentialiter, nec potestatiue, nec virtualiter, sed sitis compulsi ⁊ constricti ad eundū ad loca arida ⁊ sterilia ⁊ inaquosa ⁊ inhabitabilia, vbi nemini noceatis. Quod si secus feceritis, intendo procedere cōtra vos maledictos diabolos, ⁊ dare ⁊ fulminare cōtra vos oēs excōicationes ⁊ maledictiones quas vobis dare possuꝫ ex parte sanctissimę Trinitatis Pris ✠ ⁊ Filij ✠ ⁊ Spūs ✠ scti. Et ēt intēdo vos expellere extra corpus isti⁹ creaturę Dei a plāta pedis vsqꝫ ad verticē p virtutē sctissimę Trinitatis, Pris ✠ ⁊ Filij ✠ ⁊ Spūs ✠ sci: ⁊ p virtutē scōꝝ Angeloꝝ: ⁊ p virtutē totius Paradisi: ⁊ p virtutē oīum inimicoꝝ vestroꝝ: quos habetis in cęlo ⁊ in terra. Et precipio omnibus magistris ⁊ superioribus vris ex parte sanctissimę Trinitatis, Patris ✠ ⁊ Filij ✠ ⁊ Spūs ✠ sci: q̄ nūc psentialiter huc veniant: ⁊ vos ēt inuitos extrahant de corpore huius creaturę Dei. Itē ex parte eisdem scīssimę Trinitatis Pris ✠ ⁊ Filij ✠ ⁊ Spūs ✠ sancti: eisdē magistris vestris precipio: quatenus vos detrudant in stagnum ignis ⁊ sulphuris: ad qđ ego vos Dei virtute ꝯdemno per spatiū annoꝝ centum: a tpe egressionis vestrę de corpore huius creaturę Dei N. incipiendum.

MAledicti ⁊ excõmunicati ⁊ blasphemi sitis i pęna ęternali: ⁊
nulla requies sit vobis, si statim nõ eritis obedientes meis
mandatis: in virtute Dei ⁊ dñi nři Jesu Chři: ⁊ verbis quę dñr
de illo: qui orbem contremere facit: in cuius noie ⁊ virtute vobis
pręcipio, vt statim recedatis ab hac creatura Dei N. ⁊ domo ei⁹
in virtute verborum istorum. Messias ✠ Sother ✠ Emanuel
✠ Sabaoth ✠ Adonai ✠ Athanatos ✠ Jschiros ✠ Eleison
✠ Tetragramatõ ✠ Dominus Jesus Christus. ✠ Per ista
nomina ⁊ oĩa supradicta a principio ꝯiurationis vsq; nunc, vos
male ✠ dicimus. Vos constrin ✠ gimus. Vos priua ✠ mus.
Vos expel ✠ limus. Vos perpetuo relega ✠ mus, anathema=
✠ tizamus, ⁊ in stagnũ ✠ ignis ⁊ sulphuris ardẽtis mittimus.
Jte, ite, ite, maledicti in ignem ęternum. Jte statim ⁊ recedatis
hinc: ⁊ vadatis ad loca vestra vobis deputata: ⁊ statim recedatis
hinc: ⁊ de cętero huc non accedatis. Jmperat vobis Deus ✠
pr̃. Jmperat vobis De⁹ ✠ filius. Jmperat vobis De⁹ ✠ Spũs
sanctus. Jmperat vobis scã Trinitas ✠ vnus Deus. Jmperat
vobis dñs nr̃ Jesus Chřs. Qui venturus est iudicare ⁊c. ℟. Amẽ.
Si accideret q demon esse ita obstinatus, q pp coniurationes
nollet recedere: duc cũ ante altare sacri Eucharistię: ⁊ ibi tenen=
do tabernaculũ sacri in manib⁹ cõiura eũ. Et noli diffidere, quia
aliqñ per tres menses: ⁊ aliqñ per annos aliqui non pñt liberari.
Expedit etiam probari diuersos exorcismos: dũmodo nõ hẽant
aliq̃ superstitionẽ. Et aliqui dęmones, vt dr̃ in Euangelio, non
expelluntur nisi in orõne ⁊ ieiunio. Jdeo opz non solũ ꝯiurare, sed
ẽt mentaliter orare. Duz ergo fuerit corã sacratissimo sacro ita
ꝯiurabis. ¶ Maledicti diaboli, qr noluistis obedire pręceptis
meis, immo verius Dei oĩpotentis, Pr̃is ✠ ⁊ Filij ✠ ⁊ Spũs ✠
sci, Nũc ꝯtra vos siue pñtes: siue absentes: siue absentes: siue pñ=
tes: vbicunq; sitis: qui hanc creaturã Dei vexare p̃sumpsistis, ⁊
p̃sumitis corã sanctissimo ac sacratissimo sacro corporis dñi nři
Jesu Chři, Ego N. fero sñiam maledictionis ⁊ excõicationis ⁊
ꝯdẽnationis vřę, in quãtũ authoritas mea se extẽdit, in stagnum
ignis ⁊ sulphuris, ob inobediẽtiã vestrã p annos cẽtum. Male=
dico, ⁊ pcutio, ⁊ eijcio, ⁊ excõico, ⁊ cõdẽno vos maledicti diabo=
li i virtute scissimę Trinitatis Pr̃is ✠ ⁊ Filij ✠ ⁊ Spũs ✠ scti.
℟. Amẽ. Repete p̃dicta verba. i. Maledico ⁊ percutio per infra=
scripta

scriptas nolationes: cũ dicendibus circunstãtib⁹. Amen. Thronorũ, Dñationũ, Principatuũ, Ptãtũ, Virtutũ, Cherubim, Serabiz, Patriarcharũ, Prophetarũ, Aplõz, Martyrũ, Cõfessorũ, Virginũ, ꝯtinentiũ Dñi nr̃i Jesu Chr̃i: beatę semper Virg. Marię: sancti Cypriani, Honophrij, Zenonis, Geminiani, Vbaldi, Hieronymi, Joannis Baptistę, Julianę, Justinę, Margaritę, oĩuz sanctorũ ꝛ scãruz Dei. Maledico ꝛ percutio ꝛc. vt su. Per auctoritatẽ sedis Aplicę. ꝛ p̃dicta verba, Maledico ꝛc. repe. dicta sunt vsque ad finẽ maledictionis. Per passionẽ Chr̃i: per columnã ad q̃ ligatus fuit Chr̃s: p coronã spineã Chr̃i: p purpurã Chr̃i: p sacratissimã crucem Chr̃i: per clauos quibus affixus fuit Christus in cruce: per spongiam in qua acetũ ꝛ fel data sunt Christo: per lanceam quę aperuit latus Chr̃i: per opprobria quibus affectus fuit Chr̃s: per illa verba quę dixit Christus in cruce: per cõuersionẽ latronis existentis in cruce: per sepulchrũ Christi: p resurrectionẽ Christi: per apparitionẽ Christi: per ascẽsionẽ Christi in cęlũ: per missionẽ Spũs scĩ in discipulos: per institutionem scĩ baptismatis in quo saluamur: per scũm oleũ chrismatis: per scũm oleũ exorcismorũ: p scũm oleũ infirmorũ: per mysteria sanctę missę: p scãm cõfessionẽ, in qua liberamur de ptãte vr̃a: per sacratissimũ ac sctissimũ sacrm̃: vcz corpus dñi nr̃i Jesu Christi: p cetera sacra Ecclę sanctę: p oẽs exorcismos Ecclę sanctę: qui ad hoc vsqz tp̃s inuenti sunt: ꝛ p illos q sunt inueniẽdi: p oĩa verba sctã diuinę scripturę q̃ sunt cõtra vos: ꝛ valent ad expellẽdũ vos de corporib. hoĩum. Maledicant ꝛ percutiant ꝛ eiiciant vos oẽs inimici vestri diaboli ꝛ magr̃i vestri: ꝛ maxime princeps vester satanas. Maledicti estote ꝛ cruciemini in hoc corpore ꝛ extra: in aere: in aqua: in terra: ꝛ vbicunqz futuri estis: ꝛ patiamini pęnas importabiles ꝛ afflictionẽ nimiam, nisi statim recedatis de corpore istius creaturę Dei N. ¶ Nota q̃ facturę ꝛ res quę inueniuntur in lectis comburendę sunt: ꝯiurando ignẽ mõ suprascripto: adiũgẽdo ista verba. q̃ istas facturas ꝛ malignos spũs quos cõseruant insimul comburas: ꝛ auferas ab illis creaturis Dei super quas factę erant. Et simul lege p̃s. Exurgat Deus. Qui p̃s est tantę virtutis q̃ ex eius cõtinuatione q̃dã psonę ip̃m oĩ die cũ fide dicendo ꝛ deuotione: a demonio fuerunt libera. ę.

¶ Finit exorcismus.

¶ Adverte q necesse est esse importunum circa aliquos demones obstinatos, et perseverare in coniurationibus cum magna fide: que maxime in patiente requiritur. Et quando corpus liberatum fuerit legendus est sequens exorcismus.

Exorcizo te N. in noie dei patris ✠ omnipotentis, et in nomine Jesu ✠ Christi filij eius dñi nri, et in virtute Spüs ✠ sancti, vt fias vas mundū, scūm et purgatum ab oi labe iniquitatis, maleficijs, incantationibus, ligationibus, signaturis et facturis. Que oia maleficia, incantationes, ligaturas, signaturas, facturas: in corpore tuo vel circa corpus tuū facta, In noie eiusdem Dei patris ✠ oipotentis, et in noie Jesu Christi ✠ filii eius dñi nostri, et in virtute spūs ✠ sancti, Ego N. seruus illius, indignus et peccator authoritate mihi prestita dissoluo, et dissoluta esse decerno: et precipio tibi maledicte diabole ac sociis tuis, vt amplius non habeatis potestatē manendi in hoc corpore a planta pedis vsque ad verticem: sed statim recedere debeatis cum omnibus maleficijs, et iniquitatibus vestris, Per eum qui ventu.

¶ Oratio dicenda super infirmum liberatum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui liberare dignatus es hunc famulum tuum N. ab omni vexatione satane, et ministrorum eius. Emitte in eum septiformem spūm scūm tuum paraclitum de celis. ℟. Amen. Spiritum sapientie et intellectus. Amen. Spiritum consilii et fortitudinis. Amen. Spūm scientie et pietatis. Amen. Adimple eum spiritu timoris tui: et signa eum signo crucis ✠ Christi in vitam propitiatus eternam. Amen.

¶ Hic agimus gratias sancte Trinitati pro liberatione ifirmi. ℣. Dominus vobis. ℟. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

Te patrē ingenitum, te filium vnigenitum, te spūm scūm paraclitū: scām et indiuiduā Trinitatē toto corde toto ore confitemur, laudamus, atq3 benedicimus: tibi gras agimus, quia virtute tua hodie cōfusus, turbatus, verberatus, deniq3 expulsus est diabolus cū sociis suis de hac creatura tua N. quam per filium tuū vnigenitum redimere dignatus es. Queso igitur te dñe sancte, pater ops, eterne deus, sancta Trinitas, virtus vna, atq3 indiscreta maiestas, Deus noster ops, vt hanc creaturam tuam N. etiam custodire, et defendere digneris per sanctos Angelos

gelos tuos ab omni incursu satanę, et ministrorũ eius, et infundere super eam benedictionẽ tuã scãm. Per eundẽ Chr̃m. Amen.

¶ Oratio deuotissima ad remouendum tempestatem.

Adiuro vos angeli tartarei per patrẽ, et filiũ, et spũm scũm, et per illã lanceã ✠ cõiuro vos: qua dñs nr̃ Jesus Christus fuit vulneratus in cruce: et per illos clauos, qui mẽbra dñi perforauerunt: et per illã aquã et sanguinem, qui de latere Christi effluxit: et per illã spineam coronã, quę in capite dñi nr̃i Jesu Christi posita fuit: et per sanctã resurrectionẽ eius, et ascensionẽ: et per grãm sancti spiritus ✠ cõiuro vos spũs maligni, vt non habeatis virtutẽ neque ptãtem super cãpos nostros aliquid malefacere, ✠ coniuro vos maligni spũs per pñcem dñi nr̃i Jesu Christi, et oẽs sanctos eius: ✠ cõiuro vos per scãm Mariã matrem dñi nostri Jesu Christi, et per scũm Michaelẽ, et scũm Gabrielem, et scũm Raphaelẽ: ✠ cõiuro vos et cõtradico vobis per istas cõiurationes, vt non habeatis ptãtem in nubibus cęli nobis nocere neq; in laboribus, neq; in vineis nostris, neq; in ista prouincia, vt non habeatis ptãtem super ppl̃m Christianũ fundere tempestatem: ✠ adiuro vos per scũm Petrũ, et per scũm Paulum, qui suis orõnibus deiecerunt Simonem Magum, et per scũm Andreã, et per scũm Joannem, et per scũm Bartholomeũ: et p quatuor Euangelistas, scũm Matthęũ, scũm Marcũ, scũm Lucam et scũm Joannẽ. ✠ vos coniuro per cõionem et societatẽ scõrũ ciuiũ Christi, et per duodecim millia legiones Angelorum, et per viginti quatuor Seniores, et oẽs virtutes Angelorum, et per septẽ Thronos, et per septẽ cãdelabra Christi, et per septẽ donationes, et per septiformem grãm Dei, et per singula merita singulorum, et per agnũ Dei immaculatũ Jesum Christum, qui est honor et virtus: et per eos Angelos qui stant in paradiso. ✠ cõiuro vos per verũ Deũ viuũ cęli: et per Deum Angelorum, Patriarcharũ, Prophetarũ, et Aplõrũ, et per Deũ martyrũ, et per deum cõfessorũ, et Per Deũ virginũ, vt nõ habeatis potentiã neq; virtutẽ in nubibus cęli nobis nocere neque flagellare super campos nostros, sed in loca deserta, vbi non arans arat, nec seminans seminat. Amen. ✠ Amen. ✠ Amen. ✠

Oratio.

Deus qui beatę Brigidę inimicos superare concessisti, pręsta nobis famulis tuis, vt intercedentibus eius oratione

atq3 meritis ab ol ira tempestatis liberari valeamus. Per dominum nrm Jesum rc. ✠ Increatus pater: ✠ Increatus filius: ✠ Increatus Spus sanctus. ✠ Hagios. ✠ Hagios. Ecce cru ✠ cem dni: fugite partes aduerse, vicit leo de tribu Juda, radix Dauid: allelu. ✠ al lelu. ✠ allelu. ✠ allelu. ✠ Dixit Dominus ex Basan conuertã in profundum maris: domine Jesu Christe qui celum ꝛ terram fundasti: ꝛ flumen Jordanis benedixisti: ꝛ in eo loco baptizari voluisti, bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare pro tua pietate digneris has nubes: quas video ante me positas, vt deficiant, ꝛ transeant in aquam sanctam ꝛ benedictam: ꝛ tempestatẽ faciant in locis desertis, ꝛ non noceant aliquibus personis domesticis Christianis: neq3 domesticis aialibus, neque agris, neque fructibus, virtute Spus sancti, ꝛ oratione beatę Brigidę virginis, ꝛ oium sctõrum ꝛ sanctarum ✠ Dei. Amen. ✠ in noie Christi. me n. ✠ Emanuel. ✠ Paraclitus. ✠ Sabaoth. ✠ Ischyros. ✠ Athanatos. ✠ In nomine Pa ✠ tris, ꝛ Fi ✠ lij, ꝛ Spiritus ✠ sancti. Amen.

Rubricę Generales Breuiarij.

Officium quotidie fit aut duplex, aut semiduplex, aut simplex.

De officio duplici.



Officium fit duplex in diebus a feria quinta in Coena Dñi vsq3 ad feriã tertia3 Paschę inclusiue, in dñica in Albis, in Ascensione Dñi, in Pentecoste, ꝛ i duobus diebus seqũtibus inclusiue: in festo Trinitatis, Corporis Christi, Dedicationis proprię Ecclesię: in festis quibus in Calẽdario adponitur hęc vox, Duplex: in die octaua festi hñtis Octauã: iñ festo Patroni vnius, vel pluriũ alicuius loci, vel Titularis ecclesię: ꝛ in festis sctõrum, qui apud quasdã ecclesias, Religiones, vel Congregationes ↄsueuerunt solenniter celebrari, cũ corũ octauis ↄsuetis, ꝛ officijs proprijs a Sede Aplica approbatis, aut ex eiusdẽ sedis auctoritate receptis, vel recipiendis, seruata tñ forma huius Breuiarij: alioquin de cõi: ẽt si pdicta festa in eius Calendario nõ sint descripta. Preterea offiñ fit duplex pro defunctis in cõme. oium fideliũ defunctoru3 ꝛ presente corpore, vt in eius officio dicit circa finem Breuiarij. ¶ Festum duplex celebratur eo die quod cadit, nisi illud cõtingat transferri, vt dicitur in rub. de Transla. festorum.

¶ Habet

¶ Habet primas & secundas Vesp. integras, nisi cum alio simili concurrat, vt dr in rub. de Concurrentia offici: & totiꝫ officium fit de duplici, incipiendo a primis vesp. vsqꝫ ad Comple. sequentis diei inclusiue: exceptis tribus diebus maioris Hebdomadę ante Pascha, in quibus officium duplex incipit a Matutino: & vigilia Natiuitatis Domini, in qua officiũ duplex incipit a Laudibus. Officiuꝫ autem defunctorum habet tantum primas vesperas, Matutinũ, & Laudes, vt circa finẽ Breuiarij ponitur.

¶ In vtrisqꝫ Vesp. Matutino, & laudibus tantum, non autem in aliis Horis duplicantur Antiphonę.

¶ Ad Matutinum regulariter dicuntur tres nocturni, cum nouem psalmis, & totidem lectionibus, pręterquam in Paschate Resurrectionis, & Pẽtecostes, cum duobus sequentibus diebus: in quibus dicitur vnum tantum nocturnum cum tribus psalmis & totidem lectionibus, sub officio duplici, vt ibi.

¶ Quomodo sit ordinandum officium duplex in Vesper. Matutino, & cęteris Horis: similiter & de Antiphonis, Responsoriis, Versibus, Capitulis, & aliis in eo dicendis, habentur inferius de singulis proprię rubricę.

¶ Preces & suffragia de Sancta Maria, Apostolis, & Pace, in officio duplici non dicuntur, vt ẽt in ꝓpriis eorũ in rubricis dr.

De officio Semiduplici.

Officium fit semiduplex diebus Dominicis & infra octauas: Hoc est, Dominicę per annum, excepta Dominica in Albis, quę fit duplex, & dies infra octauam celebrantur sub officio semiduplici. Item officium fit semiduplex in festis, quibus in Calendario apponitur hęc vox, semiduplex.

¶ Iteꝫ in festis propriis quorundã locorũ, seu cõgregationum, quę solennius apud illas quam simplicia cõsueuerunt celebrari.

¶ De festo semiduplici fit eo die quo cadit, nisi cõtingat transferri, vt dicitur in rub. de Translatione festorum.

¶ Habet totum officium integrum sicut duplex: sed non duplicantur Antiphonę.

¶ Ad Matut. dñr tres nocturni, pręterquaꝫ infra octauas paschę & pentecostes: in quibus dr vnum nocturnum cum tribus psalmis, & totidẽ lectionibus: & regulariter qñ dñr tres nocturni, dominicis exceptis, dñr nouem psalmi, & totidem lectiones.

¶ Quo-

¶ Quo fit ordinandum officium semiduplex tam in festis, quam in dnicis, et infra oct. item et de Antiphonis versibus et aliis, et huiusmodi aliis, et quando in semiduplici dicuntur preces ad Primam, et Completorium, et ad Vesp. et ad Laudes suffragia, seu Commemorationes communes de sancta Maria, Apostolis, et Pace, habetur inferius de singulis proprie rubrice.

De officio simplici.

Officium fit simplex in diebus ferialibus quando occurrit fieri de feria: hoc est officium de feria est simplex, vt in propria Rubrica dicitur. Item officium fit simplex in festis, quibus in Calendario non apponitur hec vox, Duplex, vel semidup. vel de octaua.

¶ De festo simplici fit eo die quo cadit, nisi eodem die occurrat fieri officium nouem lectionum, vel de S. Maria in sabbato, vel de feria, cui festum simplex cedit, vt dicitur in rub. de Commemorationibus.

¶ Habet tamen primas Vespe. a Capitulo, nisi cum eo concurrat festum nouem lect. Dnica, vel octaua, vt dicitur in rubr. de Concurrentia officij: et eius officium terminatur ad nonam. Post nonam nihil amplius fit de festo simplici, nec Commemoratio.

¶ Feria autem incipit, et desinit, vbi desinit et incipit officium precedens, vt in sua rubrica dicitur.

¶ Ad matutinum dicitur vnum tantum Nocturnum cum duodecim psalmis, vt in Psalterio, secundum feriam que occurrit: et tres lectiones leguntur, vt infra in rub. de lectionibus habetur.

¶ Quo fit ordinandum eius officium tam in festis, quam in ferijs ad Vesp. ad Matutinum, et alias Horas: item et de Antiphonis, Versibus, Responsorijs, et alijs, ac quando Preces et commemorationes communes, seu suffragia de Cruce, sancta Maria, Apostolis, et Pace dicenda sint habentur inferius proprie rubrice.

De Dominicis.

De Dnica semper fit officium in Dnicis Aduentus, et in Dominicis a Septuagesima vsque ad Dnicam in Albis inclusiue, quocunque festo duplici, vel semiduplici adueniente: quia tunc festum transfertur, vt in rub. de Translatione festorum dicitur, nisi illud festum sit de principali Titulo, vel patrono alicuius ecclesie, vel loci: quia tunc de huiusmodi festo fit tantum in ea ecclesia, vel loco, cuius est Titulus, vel patronus, cum comme. Dnice, quibusdam Dnicis exceptis: vt dicitur in rub. de Commemorationib. In alijs Dnicis per annum fit de Dnica, quando die Dnico non occurrit festum duplex: quia

tunc

tunc fit de duplici cũ comme. Dñice in vtrisque Vesp. & Laudibus: & ad Matutinum nona lectio legitur de Homilia Dñice: vt dr in rub. de Commemorationibus. Si semiduplex eodem die occurrat, transfertur: vt dicitur in rub. de Trãslatione festorum.

¶ De Dñicis infra oct. Natiuitatis Domini, Epiphanie, Ascensionis, & Corporis Christi occurrentibus, offm̃ fit sicut de octaua, exceptis Capitulis, Lectionibus, Versic. Antipho. ad Magnificat, & Benedictus, & Oõne, que dñr de Dñica, cum commemoratione octaue, vt suis locis ponitur: nec dicuntur in illis Preces ad Primam: & Completorium: nec ad Vesperas, & Laudes suffragia de Sancta Maria Apostolis, & Pace.

¶ De Dñicis infra alias octauas totum off. fit de Dñica, vt in Psalterio, & in Proprio de tẽpore, cũ cõmemo. octaue, omissis etiã dictis Precibus & suffragijs, vt supra. De Dñica occurrente in die octaua fit cõm. sicut dcm̃ est qñ in ea fit de festo duplici.

¶ Positum est aũt officiũ sex Dñicarum ab Epiphania vsq3 ad Septuagesimã, & vigintiquatuor a Pentecoste vsq3 ad Aduentũ, vt compleatur numerus Dñicarum, que sunt ab Epiphania vsq3 ad Septuagesimam, & a Pentecoste vsq3 ad Aduentum, ne vlla Dñica per annũ ab Epiphania vsq3 ad Septuagesimam, & a Pentecoste ad Aduentum vacet, quin saltẽ de ea fiat commemo. Nã que aliqñ supersunt post Epiphaniam ante Septuagesimã ponuntur post vigesimamtertiã a Pentecoste: hoc ordine.

¶ Si Dominice post pentecostẽ fuerint xxv. xxiiij. post pentecosten erit, que est vj. post Epiphaniam.

¶ Si xxvj. xxiiij. erit que est v. & xxv. que est vj.

¶ Si xxvij. xxiiij. erit iiij. xxv. erit v. & xxvj. erit vj.

¶ Si xxviij. xxiiij. erit iij. xxv. erit iiij. xxvj. erit v. xxvij. erit vj. & vltimo loco semper ponitur que in ordine est xxiiij. post penteco. etiam si post pentec. aliqñ non sint nisi xxiij. Dñice. Tunc enim xxiiij. ponitur loco xxiij. & offm̃ xxiij. ponitur in precedenti sabbato, quod non sit impeditũ festo nouẽ lectionũ, alioquin in alia p̃cedenti feria, in qua fiat offm̃ de feria, & in ea leganẽ tres lectiones de homilia Dñice, omissis lectionibus scripture illius ferie, & ad Laudes dicatur Aña ad Bñs, & oratio de Dñica xxiij.

¶ Idem seruatur de Dñica ij. post Epipha. qñ Dñica Septuagesime venerit immediate post octa. Epiphanie. Tunc enim in

sabbato

Sabbato pcedēti vt supra nō impedito, alioquin primo die post oct. fiat officiū de feria, in qua xxia dnice primo ponuntur, et tres lectiones legunt de homilia eiusdē dnice cum eius Aña ad Benedictus, et oratione. Festum vero semiduplex in ea occurrens transfertur in primam diem simili festo non impeditam.

¶ Cum veró in Proprio de tempore dr aliqua dnica esse prima mensis, in qua primo ponitur initiū libri de Scriptura cum sua historia, idest cum xxijs: aiaduertēdū est, eam dici primam dnicam mensis, que venit in calendis illius mensis, vel est proximior calendis, hoc modo. Si calende venerint in ij. iij. et iiij. feria, dnica prima mensis erit que precedit calendas et si venerit in precedenti mense: si autem calende venerint in v. et vj. feria, ac Sabbato, prima dominica erit que sequitur post ipsas calendas.

¶ Cum etiā in distributione Scripture per menses Augustum, Septembrē, Octobrē, et Nouembrē, vnicuiq; mensi quinq; dominice assignentur cum suis hebdo. et post quartam hebdo. aliqñ adueniat dnica, que est propinquior calendis sequentis mensis: tunc omittitur dominica quinta cum sua hebdo. et ponitur dominica prima sequētis mensis: similiter cum sua hebdomada.

¶ Id quoque obseruetur, Qñ mensis precedēs habuit quatuor dnicas, sequens habebit quinq;: et econtra, qñ precedens habet quinq;, sequens habebit quatuor, excepto mense Nouēbri: quia dnica prima Aduen. non sumitur ea que est propinquior calendis Decēbris: sed que festo sci Andree: vel q̄ venerit in ipso festo.

¶ Officiū dnice fit semidup. incipit a primis Vesp. in sabbato: et hʒ totum officiū integrū vsq; ad Complet. dnice inclusiue, nisi cum aliquo cōcurrat: vt dicitur in rub. de Concurrentia officij.

¶ Ad Matutinum dicuntur tres nocturni cum psal. de psalterio: et nouem lectiones leguntur vt in proprio de tempore.

¶ Qūo autē sit ordinandū eius offiū: insuper et de lectionibus, xxijs et alijs: et quomodo initia librorū Scripture cū sua historia sint ponenda: habentur de singulis inferius proprie rubrice.

De Ferijs.

De feria semper fit offiū in ferijs Aduen. Quadragesi. Quatuor tēporū, Vigiliarū, et Rogationū: qñ infra hebdo. non occurrit festū duplex vel semiduplex. Si tunc simplex festum occurrat: fit tñ de eo comme, vt dicit in rubrica de Commemorationibus

tionibus. Similiter et quãdo infra hebdo. Responsoria sunt primo ponenda, cum non occurrit dies in quo fiat de feria, vt dicit in rub. de Responsorijs. Alio tpe per annum fit offm̃ de feria, illis diebus, quibus infra hebdo. in Calendario non ponitur aliquod festum duplex, semiduplex, vel simplex: et non occurrit aliqua octaua, vel aliquod festum solenne, aut ꝯsuetũ in aliqua ecclesia celebrari, quamuis in Calendario huius Breuiarij non sit descriptum: et nisi in sabbato fieri debeat officium de S. Maria.

¶ Officiũ ferię fit simplex: et in Aduentu, Quadragesima, Quatuor tẽporibus, Vigilijs, et rogationibus incipit a Matutino: in alijs vero ferijs per annũ, inde fit de feria, vbi desinit officiũ pręcedentis diei: ita vt si pręcedenti die fuerit duplex, vel semidup. officiũ ferię incipiat sequenti die a Matutino. Si p̃cedẽti die fuerit festũ simplex, de feria fit a vesp. illius p̃cedẽtis diei inclusiue, Silr et qñ in feria quarta et sexta Quatuor tẽp. Septẽbris, et in feria quarta Ciner. ac in vigilijs occurrit aliqđ festum simplex, de quo fit cõme. tũc p̃cedenti die: nisi fuerit festũ nouẽ lec. a vesp. fit de feria, vt in Psalterio, sine pcib. cũ orõne dñice p̃cedẽtis, et cũ cõm. festi triũ lect. in sequenti feria occurrentis. Terminat̃ autẽ officiũ de feria subsequenti duplici, vel semiduplici, ad Nonam, subsequente simplici in ferijs per annum extra Aduentum, Quadrag. Quatuor tpa, Rogationes, et vigilias, ad Caplm vesperarũ, qr inde fit de festo simplici absque vlla deinceps conme. ferię.

¶ Ad Matut. dicitur vnum tm̃ noct. cũ psalmis, ẜm ordinẽ feriarũ in Psalterio, cum tribus lectio. vt in proprio de tempore.

¶ Excipiuntur ab hoc ordinario officij de feria, Ferię maioris hebdo. sanctę, et ferię octauarum Pasche, et Pentecostes.

¶ Quõ ordinandũ sit offm̃ de feria ad Matut. et alias Horas: item Quomodo dicendę sint lectiones, et ꝑcia: et quando dicendę sint preces feriales: ac de alijs, quę ad officium ferię pertinẽt: habentur inferius de singulis proprię rubricę.

De vigilijs.

De Vigilia fit offm̃ in oĩbus vig. per annum quę ieiunantur, vbi in Calẽdario annotat̃ hec vox, Vigilia: nisi in die vigilię occurrat festum nouem lect. vel octaua: tunc. n. in offõ nouem lec. legit̃ nona lctõ de Homilia vigilię, et fit cõm. de ea ad Laudes tm̃, cũ añá ad Bñs, et Versu ferię occurrẽtis de psalterio, et

oratione

oratione Vigilie, preterquã in illis festis, q̃ inferius excipiuntur.
¶ Si vigilia occurrat in Dñica, de vigilia fit officium in Sabbato, qḋ non sit impeditũ offõ nouẽ lect. q2 tunc de vig. fit tantũ comme. vt dictum est. Excipitur ab hac regula vigilia Natiuit. ⁊ Epiphanie Dñi., que si venerint in Dñica fit de illis, vt in proprijs rub. dĩ. Si aũt in vigilia occurrat festũ solenne alicuius loci, vel ex solennioribus infra annũ, que inferius in rub. de Commemorationib. numerantur (veluti si in vigilia S. Jo. Baptiste venerit festũ Corporis Christi) nihil tũc prorsus, nec cõmemoratio fit de vigilia. Idez seruetur qñ aliqua vig. venerit in Aduẽtu, Quadrag. ⁊ quatuor tpib. nulla eñ in corũ fer. de vig. fit cõme.
¶ Officium vigilie incipit ad Matut. sicut dictum est de predictis feriis in superiori rubr. de Feriis: terminatur autem ad Nonam, quia Vespere sunt de sequenti festo.
¶ Officiũ Vigilie totũ fit de feria occurrẽti, vt in Psal. ⁊ tres lecti. leguntur de homilia in euang. Vigilie, cũ tribus ꝛ̃ijs de feria occurrenti ordine in superiori rub. de feriis descripto. Dñr Preces, ⁊ cõm. de Cruce, S. Maria, Apl̃is, ⁊ Pace: aliaq3 oĩa sicut in p̃dictis feriis Quadrag. ⁊ Quatuor tpm, de quibus bñr inferius, tã de ordinãdo eius officio, q̃ꝫ de aliis proprie rubrice.
¶ Excipitur ab hoc ordinario Vigiliarũ que ieiunantur, vigilia Pẽtec. que cũ tribus noctur. sub offõ semiduplici celebretur, vt ibi: ⁊ vigilia Natiui. Dñi, que nocturno ferie excepto, in laudibus, ⁊ Horis habet reliquum officium duplex. In vigiliis vero Epiphan. ⁊ Ascensionis, que non ieiunantur, fit officium nouem lectionum, vt suis locis dicitur.

De Octauis.

De octaua fit officiũ, vel saltẽ commem. qñ aliquo festo, vel dñica nõ impedit per octo dies cõtinuos, in Natiuitate Domini, ⁊ tribus seq̃tib⁹ festis, i Epiph. in Paschate Resurrect. in Ascẽsione Dñi, in Pentecoste, in festo Corp. Christi, in festo Dedic. proprie Ecclesie, in festis quibus in Calendario apponitur Octaua, in festo Patroni ⁊ Titularis Ecclesie, ⁊ in festis aliorum Sanctorum, que apud quasdam ecclesias cõgregationes, ⁊ religiosi es consueuerunt solenniter cũ octauis celebrari.
¶ Infra octauas Epipha. ⁊ Pasche, ⁊ Pentec. non fit de festo duplici, vel semiduplici occurrẽte, sed transfertur post octauas.

Infra

Infra alias octa. fit de eis cũ Cõmem. octauę, nisi illud festũ fuerit ex enumeratis in sequenti rub. de Commem. in quibus nulla fit cõmem. de octa. excepta octa. Corp. Christi: infra quaꝫ oct. fit tm̃ de duplicib. cũ cõmem. octauę: de semiduplicibus vero infra eã nõ fit, sed transferuntur, vt dĩ in rub. de Trãsla. festoꝝ. De simplicib. infra quascunqꝫ octauas occurrentib. fit tm̃ cõmem. preterq̃ in duobus diebus post Pascha ꝛ Pẽteco. vt in sequẽti rub. de Cõmemorationibꝰ. dĩ. De Dñicis infra octa. occurrẽtibus in die octaua, seruetur quod dicitur in rub. de Translat. festorum. Si duę octauę simul concurrant, fiat de digniori: vt dicitur in rubrica de Concurrentia officij.

¶ Officiũ de octaua in Paschate ꝛ Pẽtec. fit cũ vno nocturno, vt suis locis ponitur. In alijs oct. fit cum tribus noctur. nouẽ. s. psalmis ꝛ nouẽ lectionibus, ꝛ oĩa dñr sicut in die festi, preter lectiones, quarum primę tres semper sunt de scriptura occurrẽti in offõ de Tpe, preterquã infra octa. Assumpt. sctẽ Marię. Alię lectiones secundi ꝛ tertij noctur. dñr quę infra octauaꝫ ponunt. Infra octa. vero Patroni, aut alterius festi, qd in aliquibus ecclesijs ↄsueuit cũ octaua celebrari, si ꝓprię apud illas ecclesias lectiones infra oct. non hñr, sępius in ea repetantur lectiones positę in cõmuni Sãctorũ: si de sanctis fiat octaua: alioquin lectiones diei. Infra oct. officiũ fit semiduplex, in die octauę dup.

¶ In Vesperis infra oct. oĩa dñr sicut in secundis Vespe. festi, ꝛ in primis Vesp. diei octauę, oĩa sicut in primis Vesp. festi, preterquã in diebus octauis sci Stephani, S. Joannis Apl'i, ꝛ sanctorũ Innocentiũ, in quorũ Vesperis antiphonę ꝛ psalmi non dñr, sicut in eorum diebus festis venientibus infra oct. Natiuitatis, sed Antiphonę sumũtur de Laudibus diei festi: psalmi autem vt signantur pro secundis Vesp. in cõmuni sanctorum.

¶ Infra oct. non fiunt suffragia consueta de S. Maria, Aplis, ꝛ Pace: nec dñr preces ad Primã ꝛ Cõplet. In alijs quõ sit ordinandum officium de octaua, habentur proprię rub. inferius.

De Commemorationibus.

Commemorationes fiunt de festis simplicibus, qñ in eorum diebꝰ incidit festũ nouem lectionũ ẽt translatum, vel dominica, vel octaua, vel sabbatum: ꝛ quando Responsoria sunt primo ponenda, vel aliter de feria fieri precipiatur.

¶ De

¶ De feria Aduentus, Quadragesimę, Quatuor temporũ, Vigiliarum, & Rogationum fit comm. quando festum nouem lect. in illis ferijs occurrit. Si simplex festum in eisdem ferijs occurrat, officium fit de feria, & commem. de festo simplici.

¶ Preterea fit cõmem. de Dñicis, a Pentecoste vsque ad Aduentum, & ab Epiphan. vsque ad Septuage. & a Dñica in albis vsque ad Ascensio. exclusiue, quãdo festo duplici impediũtur. De alijs Dñicis a predictis nulla fit cõmem. Dñicę occurrente festo duplici: quia festum in illis occurrens transfertur, nisi illud festũ fuerit principale Patroni, vel Tituli ipsius ecclę: non autem alicuius capellę vel altaris eiusdẽ ecclę: & tunc de hmõi principali festo fit tm̃ in eo loco, vel eccľa, cuius est Patronus, vel Titulus, cuꝫ commem. Dñicę (excepta prima Dñica Aduentus, prima Dñica Quadragesi. Dñica Pasiionis, Dñica Palmarum, Dñica Paschę, & Dñica in Albis, ac Dñica Penteco. & Trinitatis) in quibus huiusmodi occurrens festum transfertur in sequentem simili, vel digniori non impeditum: dummodo non fuerit infra maiorem hebdom. & per octauam Paschę, & Pentecostes, quibus diebus non fit de aliquo festo duplici occurrenti.

¶ De octaua etiã, qñ festo nouem lect. vel Dñica impeditur, fit cõmem. nisi illud festuꝫ nouem lect. fuerit solenne principale alicuius loci, vt supra. Nam in primis vesp. & laud. hmõi festi nulla fit commemor. festi simplicis occurrentis, nec alicuius vigilię, nec alicuius diei infra oct. nec alicuius precedentis festi nouem lect. nisi id festum fuerit eiusdem solennitatis cum sequenti, nec Dñicę, si festum illud solenne celebretur feria secunda: exceptis Dñicis Aduentus, & Dñicis a Septuagesima vsque ad oct. paschę inclusiue: de quibus Dñicis, sicut etiam de ferijs Aduentus, & Quadrag. semper fit commem. quocunque festo adueniente.

¶ Idem seruatur in quibusdam festis maioribus per annuꝫ. s. in Natiuitate Dñi, in cuius officio nulla fit cõmem. de festo simplici, sed in secunda tantum Missa de S. Anastasia: in Pascha Resurrectionis cum tribus proxime antecedentibus, & duobus sequentibus diebus: in Ascensione Dñi: in Pentecoste cũ duobus sequentibus: in festo Corp. Christi: in festis Natiuita. sancti Io. Baptistę, sanctorum Apłorum Petri & Pauli, & Assumptione beatę Marię: in festo Omium Sanctorum, ac in festo Dedic. pro-

pnę

prię ecclesię: in quibus festis, nec in primis Vespe. nec in laudibus vlla prorsus fit comme. festi simplicis, aut alterius nouem lectio. vt dictum est supra de festo solenni alicuius loci: nisi titularis ecclesię priuilegio aliter fieri oporteat.

¶ In festo autem Circuncisionis, in Dominica in Albis, ⁊ in festo Trinitatis, in festis Purificationis, Annunciationis, ⁊ Natiuitatis S. Marię: in festis Apostolorum, ⁊ Euangelistarum: S. Laurentij, ⁊ Dedicationis S. Michaelis Archangeli: de simplicibus occurrentibus fit commem. in Laudibus tantum: de Dominica vero, de octaua, ⁊ de alijs festis nouem lectio. in eisdem occurrentibus non fit commem. eo modo, quo nec in festo solenni alicuius loci vt dictum est supra: nisi eadem festa occurrant infra octa. Natiuitatis Domini, ⁊ Corp. Christi: de quibus octauis semper fit commemoratio quocunque duplici infra eas adueniente.

¶ De Dominicis, de octauis, ⁊ de ferijs Aduentus, ⁊ Quadragesimę commemo. fit in vtrisq; vesper. ⁊ Laudib. De ferijs Quatuor temporum Vigiliarum, ⁊ Rogationum (quando de illis commemo. fieri debet) commemo. fit in laudib. tantum. De festis autem simplicibus: nisi in diebus supradictis occurrant, commemo. fit in primis tantum Vesp. ⁊ Laud. eo die quo in calendario assignantur. De Dominicis vero ⁊ octauis commemo. fit in vtrisq; Vesp. ⁊ Laud. nisi in illis adueniat aliquod ex supraenumeratis festis.

¶ Cōmem. fiunt hoc mō. Post orōnē diei, in primis Vesp. dicit añā, quę posita est ad Magnificat, ⁊ in Laudib. quę posita est ad Bñs, in Cōi (si propriam non habuerit) conueniens eius officio, cuius fit cōme. Post añam dr Versus, inde sumendus vnde sumpta est añ.a. post hymnū Vesperarū, ⁊ Laudu; deinde dicit orō. Si aña ⁊ Versus festi, de quo fit cōme. sumenda essent ex eodem Cōi, vnde sumpta sunt in officio diei, in festo cōmemorationis varientur: ita vt in Vesperis sumantur ex Laudib. ⁊ in Laudib. ex Vesperis eiusdem Communis: nisi aliter signetur. Si de tempore fiat com. de Dominica. s. vel de feria. Aña ⁊ Versus ante orōnem eodē modo sumūtur ex Proprio de tēpore, si habuerit proprium, alioquin de Psalterio: oratio vero ex Proprio de tēpore.

¶ Quando fit commemor. de Dominica, vel feria, quę habet

propriam homiliam, nona lectio in officio diei nouem lec. legitur de homilia dominice vel ferie: que erit vel prima de homilia, vel tres simul in vna lectione coniuncte.

¶ Si in die in quo fit officium nouem lect. fiat comme. de festo trium lect. nona lectio in officio nouem lect. legitur de festo triū lect. si propriam habuerit: quod festum trium lect. si duas lectiones proprias habuerit: ex duabus fiat vna lectio, que sit nona in officio nouem lect. Que lectio de sancto non legitur quando de eo fit commemo. in dominicis, que habent nonum ꝛ̄ium, nec quando nona lectio legenda est de homilia dominice vel ferie, vel octaue vt supra: nec in ferijs ꝛ alijs diebus, quando in officio diei leguntur tantum tres lectiones.

¶ Qñ ꝯtingit fieri plures comme. seruetur hic ordo. De dupli-ci fiat ante dñicam: de dñica ante diez infra octauam: de octaua ante festū semiduplex: de semiduplici ante feriā Aduentus, Quadragesime, Quatuor tꝑum, Vigiliarū, ꝛ Rogationū: ꝛ de dictis ferijs ante festuz simplex: nisi aliter signetur. De dñica, de octaua, de festo semiduplici, ꝛ de sctā Maria, qñ de ea fit cōm. in vespe. precedentibus sabbathum ꝑꝑ festum nouem lect. in sexta feria occurrens, fiat ante festū simplex, qd̄ celebrandum erat diebus predictis, nisi eorum officio impediretur. De festo simplici fit commemo. ante suffragia: seu cōmunes commemorationes de Cruce, sancta Maria, Apostolis, ꝛ pace: ac etiam ante commemora. consuetam Tituli, vel patroni ecclesie, que etiam pro sui dignitate alijs suffragijs predictis preponeretur. De quibus suffragijs ꝛ communibus commemorationibus sanctorum quomodo agendum sit, habetur inferius propria rubrica.

De Translatione festorum.

Si aliquod festū duplex occurrat in dominicis Aduentus, ꝛ in dominicis a Septuag. vsqz ad dñicam in Albis. in vigil. Natiuitatis Dñi: infra octa. Epipha. in feria quarta Cinerum: in tota Maior. Hebdo. ꝛ infra octa. Pasche, in Ascensione Dñi, i diebus a Vigilia pentec. vsqz ad festū Trinitatis inclusiue, in festo Corp. Christi, ꝛ eius die octaua, transfertur in primaz diem festo duplici vel semiduplici non impeditā: exceptis tñ festis Natiuitatis sancti Jo. Baptiste, ꝛ sanctoruz Aplõrum Petri, ꝛ Pauli, que in die octa. Corp. Christi celebrantur: excepto quoque festo

solenni

solēni alicuius loci, quod in propria tm̄ ecclesia et in aliquibus ex supradictis occurrens, vt in rub. de Commem. dictum est, celebratur. Si autē festum Natiuit. sancti Jo. Baptistę venerit in die Corp. Christi, transfertur in sequentē diē cum comme. octa. Corp. Christi: & sequentibus diebus fit offm̄ de eadem octaua Corporis Christi cum cōme. octa. S. Jo. Baptistę. Dies aūt octaua S. Jo. tunc veniens in die octaua Corp. Christi, non transfertur, sed de die oct. S. Jo. Baptistę eo anno fit tm̄ commemo. in vtrisque vesper. & Laudibus. diei octauę Corporis Christi. Et id semper seruetur quando festum habens octauam transfertur: vt non ideo dies octaua transferatur: sed ea die de ea fit commemor. quę alias erat octaua, si festum non fuisset translatum.

¶ Si in die octaua alicuius festi habentis octauam, occurrat aliquod festum duplex ex maiorib. supra in rub. de Commemorationibus enumeratis, fiat de festo cum commemo. diei octauę: si autem non fuerit ex prędictis festis, fiat de octaua, & festum trāsferatur in primam diem similiter non impeditam.

¶ Si aliquod festum duplex infra octa. occurrens alio maiori festo duplici impeditur, transferatur in primam diem simili non impeditam, & in eo fiat commemoratio de octaua.

¶ Si in alijs Dñicis per annū a supradictis occurrat festum duplex, non transfertur, vt dictum est in rubr. de Commemoratio.

¶ Festum semiduplex occurrens dieb. supradictis, & alijs Dominicis per annum, transfertur in primam diem simili festo non impeditam, occurrens vero in Dominicis infra illas octauas, in quibus fit de festis occurrentibus, vt dictum est in rubri. de octauis, transfertur in sequentem diem, cum commemo. octauę, quę si fuerit simili festo impedita, prędictum festum semiduplex veniens in Dominica, transfertur post octauam.

¶ Si duo festa nouem lectio. simul eodem die veniunt, fiat officium de digniori, seu de maiori: & quod minus est transferatur.

¶ Si plura festa nouem lect. transferenda essent, prius transferatur duplex, quam semiduplex & inter plura duplicia, quod est dignius semper prius transferatur, & prius celebretur: alioquin si sunt equalia, vnum ante aliud transferatur suo ordine.

¶ Festum simplex nunquam transferatur, sed si de eo offm̄ fieri non potest, fiat commemo. vt dictū est in rub. de Commemorationibus.

rationibus: si autem venerit in diebus, in quibus de simplici nil la fit commemo. eo anno non fit de eo amplius.

¶ Si aliquod festum novem lect. in quo annotatum est fieri cōmē. alicuius sancti, transferatur ꝓpter advenientem Dñicā, vel aliud festum maius: non tamen transfertur cum illo commem. illius sancti in eo assignata: sed dicta commem. fit die suo in Dominica, vel alio festo, in quo fieri possit cum sua nona lectione: si propriam de vita sancti habuerit: festum vero novem lect. transfertur sine ulla amplius commemo. festi simplicis prędicti. Quod etiam servatur in commemo. occurrētibus in vigilijs: cum de vigilia veniente in Dominica, fit in sabbatho: tunc eñ commem. festi simplicis non fit in Officio vigilię: sed in Dominica.

De Concurrentia Officij.

Concurrentia officij attendenda est semper in secundis vespe. quomodo sit ordinandum officium cum sequenti die. Itaque cum dicitur officium aliquod cum alio cōcurrere, intelligitur de prędecedenti in ij. Vesp. cum sequenti in primis Vesp. vt de hodierno in Vesperis cum sequenti in crastino.

¶ Duplici ergo in secundis vespe. cōcurrente cum alio sequēti duplici, regulariter a Capitulo fit de sequenti cum commem. prędecedentis: nisi aliter in proprijs locis annotetur.

¶ Duplici vero concurrente cum festo simiduplici, cum Dñica: cum die infra octavam: cum festo simplici: ⁊ cum officio S. Marię in sabbato: omnia in secundis Vesperis de duplici, cum commemoratione illorum.

¶ Duplici etiā concurrente cum feria, vel potius sequēte feria: oīa de duplici ⁊ nihil de feria sequenti. Sed si festum celebretur in Adventu, Quadrag. ⁊ Quatuor temporib. fit semper comme. de feria, non ratione concursus cum sequente feria, vt infra dicetur. Idem dicendum de festis simplicib. venientibus cuꝫ festo noveꝫ lect. ⁊ de quibus etiam commemo. fit nō rōne concursus: sed quia eodem die veniunt, vt dictum est in rub. de Commemo.

¶ Semiduplici festo, Dñica, ⁊ die infra octa. cōcurrentib. cum sequenti duplici, omnia de duplici cum comme. illorum: nisi duplex fuerit ex numero maiorum quę supra in rub. de Comme. numerata sunt, in quibus nulla fit cōme. prędecedentis. Semiduplici festo concurrente cum sequenti alio semiduplici: cum Dñica,

vel cum die infra octauam, a Capitulo fit de sequenti, & comme. precedentis. Semiduplici autem festo concurrente cum sequente festo simplici, vel cum officio S. Marię in Sabbato, omnia de semiduplici, cum comme. sequentis. Semiduplici concurrente cum sequente feria, nihil de feria: vt dictum est supra.

¶ Dñica cõcurrente cũ sequẽti festo semiduplici, & cũ die infra oct. vel cũ festo simplici, oia de Dñica cũ cõme. sequẽtis: nisi alr signetur. Dñica concurrente cum feria, nihil de feria, vt supra.

¶ Die infra octauã concurrente cum sequente dñica, vel semiduplici, a Capitulo de sequenti, cum comme. oct. Si duę octauę simul concurrant, vt octaua S. Jo. Baptistę cum octa. Corporis Christi, vel e contra: octaua S. Laurentij cum octaua Assumptionis S. Marię, totum off. fit de dignori cum commemo. alterius: nisi dies octaua minus digni veniat infra octa. alterius: tunc enim totum off. fit duplex. de die octa. cum commemo. diei infra octauam. Dies infra octa. cum simplici proprie non habet concursum: q2 in sequenti die infra octa. non fit de simplici, nisi commemoratio: quę & eadem ratione in precedenti die infra octa. fieri debet. Dies infra octa. cum feria nullum habet concursum: quia de feria nihil fit, nisi infra octa. veniat aliqua ex supradictis ferijs Aduẽtus, Quadrag. & Quatuor temporum: de quibus infra octa. fiet tantum commemoratio.

¶ Die octaua concurrente cum alia die octaua, a Capitulo fit de sequẽti, excepta octaua. Nat. Dñi, cũ oct. S. Stephani, & oct. Corp. Christi, cum octa. S. Joannis Bap. in quibus de sequenti fit tñ comme. Die octaua concurrente cum sequenti duplici ẽt translato, a Capitulo fit de sequenti cum comm. oct. exceptis diebus octa. Epiph. Paschę, Ascensio. pentec. & Corpo. Christi: in quibus fit tantum commemo. de sequenti. Si autem sequens festum etiam translatum fuerit ex solennioribus supra enumeratis in rub. de Commemorationibus, totum off. fit de sequenti cũ commemoratione octauę.

¶ Simplex cum alio non potest concurrere in secundis Vesp. (licet cum ipso posiit esse cõcursus in primis vespe.) quia non habet secundas vespe. sed eius off. terminatur ad Nonam: & deinceps nihil fit de eo, nec comme. Si sequatur aliud simplex, psalmi erunt secundum feriam occurrentem in psalterio ad vesp. & a

capitulo fit de sequenti simplici sine ulla comme. pręcedentis. Si sequatur officium nouem lectio. Vesperę totę erunt de eo sine ulla similiter commemoratione simplicis pręcedentis: si nullum festũ sequat subintrat officiũ de Tpe, & vesperę totę erũt de feria.

¶ Feria non potest concurrere cum alio in secundis Vesperis, neque cum ipsa potest esse concursus in primis Vesperis: quia eius officium incipit, & definit, vbi definit, & incipit quodcunque aliud officium: Quamuis proprie, si ei dandum est principiũ sequẽte feria post aliã feriã, eius officiũ incipiat a Matutino, termi nat tamẽ sequente alia feriã ad Complet. & ideo si feria sequatur aliam feriam in Vespe. pręcedentis ferię nihil fit de sequenti quo ad ea quę in sequẽti feria sunt propria. Verbi gratia, si in Vespe. ferię tertię añ feram 4. Cinerum, fiat de feria: in Vespe. ferię tertię dĩ oratio. Dñicę pręcedentis, nõ autem ea quę est propria in sequẽti feria quarta Cinerũ, nec añ orationẽ dicũtur Preces, q̃ dicendę sunt in dicta feria quarta cinerum. Nõ ẽt fit qñ feria per annuũ pręcedit feriã Quatuor tporũ, & Vigiliarũ. Hac ẽt ratione superius dictũ est in ↄcurrentia aliorũ officiorũ, cũ feria nullum officiũ cõcurrere, & nihil fieri de feria pręcedẽti adueniente alio officio: si autem de ea aliqñ comme. fieri debet, non fit ratione concursus: sed q2 eo die quo officiũ feriarum Aduẽtus, Quadragesimę, Quatuor tporũ, Vigiliarũ, & Rogationum impedit. illarum cõme. rõne tẽporis ex pcepto Eccl'ę ptermitti nõ debet.

¶ Cum vero occurrit vt festum simplex veniat in feria quarta & sexta quatuor tporũ, in feria quarta Cinerum, & in Vigilijs quę ieiunantur, Vesperę antecedentes erunt de feria cõi per annuũ, non autem de sequẽti: vt dictũ est cũ comme. festi simplicis in sequenti feria occurrentis. Nõ ideo non fit, q2 sequens feria habeat primas Vesperas: sed quia cum festum simplex in sequenti die non habeat officium propter feriam pręedictam in ea occurrentem, nec etiam conuenit illud habere Vesperas pcedentis diei.

De officio sanctę Marię in Sabbatho.

In omnibus Sabbathis per annum extra Aduentũ, Quadragesimam, & Quatuor tempora, & nisi officium fieri debeat de Feria propter Vigiliã in Sabbatho occurrentẽ, vel pp Historia primo ponenda, vel propter officiũ Dñicę 23. post Pentecosten in officio ferię aliqñ ponendũ, vt in rubrica de dñicis dictũ

est,

est, ac nisi fiat officium nouem lectionu3, vel de octaua Paschę, & Pentecostes, semper fit officium de S. Maria: quemadmodum circa finem Breuiarij disponitur. Si autem in sabbato occurrat festum simplex, fit officiu de sancta Maria: & de festo simplici fit tantum commemoratio.

¶ Cum vero de ea supradictis diebus officium fieri non potest, nulla tunc fit commem. de sancta Maria propter sabbathum: sed tantum in semiduplicibus, quando eius officium paruu non dicitur, fit consueta eius commemoratio per annum posita in Psalterio post Vesperas sabbathi.

¶ Eius officium in sabbbatho incipit feria sexta, ad modum festi simplicis, a Capitulo, & terminatur ad Nonam sequentis diei sabbathi. Si autem feria sexta fuerit officium nouem lect. in Vesperis fit tantum de ea comme. cum Antiphona, versu, & oratione, quę habetur in officio eius in sabbatho.

¶ Ad Matutinum post Inuita. & Hymnum de S. Maria, dicitur vnum nocturnum cum duodecim psalmis ferialibus, versus, tres lectiones, quarum prima & secunda sunt ex Scriptura de tempore, & alia omnia tam in Matutino, quam in Laudibus, & Horis, vt in officio S. Marię in sabbatho assignatur.

¶ Dicuntur preces Dominicales ad Primam, & Cōplet. & fiunt suffragia consueta de Apostolis, & Pace, & Tempor. Paschali sola comme. de Cruce, vt in secūda feria post oct. Paschę. Post Nonam nihil fit de ea, nisi consueta eius commemoratio cum aliis suffragiis, quando agenda est in officio de Dominica.

De ordinando Officio ex precictis Rubricis.

SI quis velit ex supradictis rubricis ordinare officium occurrētis diei videat in Calenda. & in Tabula festorum mobilium, de quo fiat officium sequenti die: & vt inuenerit esse faciendm, sic ordinabit illud in vesperis, & aliis Horis nocturnis & diurnis.

¶ Si ordinandū sit officiu3 de tempore, idest de Dñica, vel feria, recurrendum est semper ad Psalteriū. vbi ordinate ponitur quod est cōmune officij de Tpe, cum distributione psalmoru3, & ad proprium de tpe, vbi lectiones, Rñsoria, quędā añę, & orationes ponuntur, quę desunt in Psalte. Inuitatoriu3, hymni, capitula, versus, Responsoria breuia, & Antiphonę, quę diuersis temporibus ponuntur in Proprio, dicuntur loco eorum quę sunt

in psalterio: cum vero propria non fuerint, dr̃ut in psalterio.
¶ Si officium sit ordinandum de sancto, recurrendum est semper ad commune Sanctorum: nisi proprium habeat in proprio Sanctorum, vbi pro qualitate festi, si nouem lect. idest duplex vel semiduplex fuerit, omnia ordinate ponuntur: illis exceptis, que propria suis locis habentur.
¶ Si festum fuerit trium lect. (nocturno ferie, et lectionibus exceptis) oia de eodem Cõi sumuntur. Tres lect. primi nocturni in officio nouem lect. et prima et secunda lectio, vel prima tantum in festis trium lectio. sumuntur de Scriptura in officio de tempore. Que vero proprie, aut de communi Sanctorum in festis assignantur: ex proprio vel communi sanctorum requirantur.
¶ In maioribus solennitatibus, et festis per annum: totum off. ordinatur: vt in proprijs locis ponitur.
¶ In festis B. Marie (omissis his, que propria in illis habentur) hymni, nouem psalmi, et alia quedam requirenda sunt ex communi eius off. paruo, circa finem Breuiarij.
¶ Modus incboandi officium, dicendi Inuitatoriũ, hymnos, Antiphonas, et versus habetur in principio psalterij.
¶ Cum vero Antiphone duplicande sunt: dicuntur integre ante psalmos: sicut in fine psalmorum.
¶ Modus dicẽdi absolutiones, et Benedictiones ante lectiões, legendi, et terminandi lectiones: dicendi ℞ia post lectiones, ac Respõsoria breuia post capitula, habetur in prima dominica de Aduentu.
¶ Quomodo sit incboandum et terminandum officium per horas, habetur in psalterio.
¶ Qũo terminandũ per Aĩas B. Marie, hƺ in fine Completo.
¶ Sed vt hec oia facilius habeantur, posite sunt sequentes rubrice de singulis horis: carũque partib. distincte cognoscendis.

De Matutino.

AD Matut. hec per ordinem regulariter dr̃ ƒm diuersitatem officij: nisi aliter in quibusdã diebus annotetur. Pƺ nr̃. Aue Maria. Credo. oia secreto: deinde clara voce hebdomadarius dicit: Domine labia mea etc. pollice signando sibi os signo crucis: Deus in adiutorium etc. manu extenta signando se signo crucis a fronte ad pectus, et a sinistro humero vsque ad dex-

dextrum: cum Gloria pat. ꝛ alijs vt in principio psalterii. Deinde dr̄ Inuitatoriū cōueniens officio de Tempore, vel de sancto: quod dicitur cum psal. Venite eo modo quo in principio psalterij describiť. dicto psalmo, ꝛ repetito Inuitatorio, dicitur hymnus: qui officio de tempore, vel de sancto conuenit.

¶ Postea in duplicib. ꝛ semiduplicib. dn̄r nouem psalmi, sed in dn̄icis plures, vt in psalterio: cum suis an̄is, ꝛ versib. quę tēpori vel festo conueniunt: ꝛ totidē lcōnes cū octo ℟iis: aliqn̄ cū nouē, vt suis locis ponitur, per tres noctur. distinctos: hoc modo.

¶ In primo noct. dn̄r tres psalmi, cum tribus an̄is: post singulos psalmos vna an̄a: sed tpe Paschali. i. a dn̄ica in Albis vsque ad pentec. pręterquam in officio Ascensionis Dn̄i: tres psalmi cuiusq; nocturni dn̄r sub vna an̄a: ꝛ in fine psalmorū post vltimam an̄am cuiusq; nocturni dicitur versus. Postea Pr̄ nr̄. Et ne nos. Absolutio. Exaudi. Benedictio. Benedictione perpetua: ꝛ alię ad singulas lectiones vt in prima Dominica de Aduentu ordinantur. Deinde leguntur tres lect. de Scriptura: quę per ordinem in officio de Tpe occurrunt: nisi alię assignentur: ꝛ ad singulas lect. diciť vnum ℟ium conueniens officio: si de tpe, vt in proprio tpis: si de sancto, vt in proprio scōrum: alioquin vt in cōmuni, ēt si lectiones primi noctur. sint de scriptura officij de tēpore.

¶ In fine vltimi ℟ij cuiusq; nocturni dr̄ Gloria pat. cum repetitione partis ℟ij: eo modo quo dicitur in prima dominica de Aduentu, primo ℟io illius Dominicę excepto.

¶ In secundo nocturno dicuntur alij tres psalmi, ꝛ Antiphonę, Versus, Pater noster, Absolutio, Ipsius, ꝛ eius consequentes Benedictiones: vt in dicta prima Dominica de Aduentu habentur: tres lectiones de aliquo sermone: aut de vita alicuius Sancti: ꝛ ad quamlibet lectionem vnum Responsorium Officio conueniens.

¶ In tertio nocturno alij tres psalmi, cum Antiphonis: vt supra: post tertiam Antiphonam, Versus, Pater noster, Absolutio, A vinculis, ꝛ Benedictiones consequentes ad singulas lectiones, quę erunt de homilia Euangelij de tempore, vel de festo, secundum qualitatem officij: vt in eadem prima Dn̄ica de Aduentu. Post septimam ꝛ octauam lect. dicitur ℟ium officio conueniens: aliquando autem dicitur etiam post nonam lect. vt

suis

suis locis dicitur, & in fine vltimi Rñsorij, aut octaui, aut noni, dicitur Gloria patri, vt supra. Si non dicitur nonum Responsorium, post vltimam lectionem dicitur hymnus, Te Deum.

¶ In officio trium lectionum. Ad Matutinum, Pater noster, Aue Maria, Credo, Domine labia &c. Inuitatorium, & hymnus in feriali officio de feria, si non sint in proprio de tpe, dicunt vt in Psalterio: in festis, de festo, vt in Communi sanctorum: deinde nocturnum ferię, vt in psalterio, idest duodecim psalmi, cum sex Antiphonis: & tempore Paschali cum vna Antiphona, qui dicũtur tam in officio feriali, quam in festis simplicibus.

¶ Post psalmos, & Antiphonas dicitur Versus: in feriali officio, vt in psalterio: in festis, vt in Communi sanctorum: qui in festis sumitur, secundum ferias, ex nocturno Communis, vnde sumuntur Responsoria: vt dr̃ infra in rubricis, de Versibus, & Responsorijs. Post versum, dr̃ Pater noster, Absolutio, & Benedictiones: vt habetur infra in rubrica de Absolutionibus, & Benedictionibus. Tres lectiones (si nõ adsit homilia) singulę in officio feriali dicuntur, de Scriptura, quę eo die occurrit in pprio de Tpe: si adsit homilia, singulę tres de homilia. In festis, prima & secunda, de eadem scriptura: tertia de sancto.

¶ Si fuerint duę lectiones de sancto: prima tantũ erit de Scriptura: reliquę de sancto.

¶ Post singulas lectiones in ferijs extra tempus Paschale, dicitur vnum Responsorium, ita vt dicantur tria respõsoria. Tempore vero Paschali: & in festis duo tantum Responsoria dicuntur, scilicet post primam, & secundam lectionem tantum: In fine vltimi Responsorij, secundi scilicet, aut tertij, dicitur Gloria patri, cum repetitione partis Responsorij. Quę Responsoria in Officio de sanctis, sumuntur ex Communi sanctorum: in feriali Officio ex Dominicis, quando propria per ferias non distribuuntur, ordine descripto in rubrica de Responsorijs. Quando non dicitur tertium Responsorium, post tertiam lectionem dicitur Hymnus, Te Deum.

De Laudibus.

AD Laudes, Deus in Adiutorium &c. dicuntur psalmi & canticum Benedicite, vel aliud: vt habetur in feriali officio extra tempus Paschale, cum Antiphonis officio conuenientibus.

Qui psalmi, & canticum in Dominicis per annum, exceptis Dominicis a Septuagesima vsque ad Dominicam Palmarum inclusiue, & in feriali officio temporis paschalis, ac in festis tā nouē quam trium lectionum, dicuntur de Dominica, vt in psalterio. In predictis vero Dominicis a Septuagesima vsque ad Domicam palmarum inclusiue dicuntur vt suis locis ponit. In feriali officio per annum, extra tempus paschale, dicuntur vt in psalte.

¶ Antiphonę in Dominicis quando proprię non assignantur, dicuntur vt in psalterio. In festis nouem & trium lectionum, si non adsint proprię dicuntur de Communi. post psalmos dicitur Capitulum, Hymnus, Versus, Antiphona ad canticum Benedictus, cum eodem Cantico, & Oratio: omnia pro qualitate Officij, de Tempore vel de festo.

¶ Preces quando dicendę sunt, dicantur ante primam orationem. Commemorationes vero de Cruce, de sancta Maria, Apostolis, & Pace, similiter quando dicendę sunt, post orationem nisi alta commemoratio festi simplicis occurrat, quę semper prędictas commemorationes precedit, de quibus infra in proprijs rubricis dicitur.

¶ Ante orationes dicitur, Dominus vobiscum, & Oremus: post vltimam orationem repetitur. Dominus vobiscū. Deinde, Benedicamus domino: & versus Fideliū animę, Pater noster. Dominus det nobis suam pacem: & Antiphonę beatę Marię, vt habetur in fine Completorij, si tunc discendendū sit a Choro, alioquin in fine vltimę Horę, nisi sequatur Missa, vel officium Defunctorum, aut Litanię, vt in propria rubrica dicetur.

De Prima.

Ad Primam, Pater noster, Aue Maria, Credo secreto. Deus in adiutorium, &c. Hymnus. Iam lucis.

¶ Deinde inchoatur Antiphona, quę conuenit: quę in festis ad omnes Horas sumitur ex laudibus per ordinem, quarta prętermissa. In aliis seruetur rubrica inferius posita de Antiphonis. Postea dicuntur psalmi, qui in dominicis & ferijs dicuntur vt in psalterio, In festis autem, & tempore Paschali, tres tantum, vt etiam ibi annotatur.

¶ Post Antiphonas dicitur capitulum, Regi seculorum. In feriali officio extra tempus Paschale dr̄ Capitulum, Pacē. deinde

inde ℟ium breue, Christe Fili Dei viui, &c. Post ℟ium bre. in officio duplici, & infra octauas statim dr̄ oratio, Dñe Deus ops: in alio officio non duplici dicitur Kyrie eleison, cum reliquis precibus, oīa vt in psalterio: vbi quando aliquis solus dicit officium, semel tantū dicit: Cōfiteor omissis illis verbis: Tibi pater, vel vobis fratres, & te pater, & vos fratres: qd̄ etiam seruatur, qn̄ dicitur ad Completorium. In feriali officio quando dictę sunt preces ad Laudes, adduntur alię preces, vt ibi in psalterio.

¶ Post orōnem, in Choro legitur Martyrologiū: deinde dicit̃ Preciosa cū reliq. Quę ēt dicant̃ ab ijs qui extra Chorum nō legerint Martyrolog. in fine ad Absolutionē Capli in festis dicit̃ Caplin Nonę: Alio tp̄e tam in Dñicis, quam ferijs, vt in psalte.

De Horis, Tertia, Sexta, & Nona.

AD Tertiam, Sextam, & Nonam: ante singulas horas dicit̃ Pater nr̄. Aue Maria, Deus in adiuto. Hymnus, & psalmi, vt in psalterio. Añę sm̄ officij qualitatem ordine quo supra: Dictis psalmis, post añam dr̄ Capitulum & ℟ium breue pro qualitate officij: quę in Dñicis & ferijs, qn̄ non habentur ꝓpria in proprio de tēpore, dicūtur vt in psalterio: in festis si in proprio Scōrum non sint propria, sumuntur de Communi. Post ℟ium breue dicitur oratio quę habetur in proprio de tempore: si autem sit de sancto, vt in proprio Sanctorum: alioquin vt in Communi.

¶ Post orationem repetitur, Dominus vobiscum: & dicitur, Benedicamus Dño: Fidelium animę: & Pater noster, secre.

De Vesperis.

AD vespe. Pater nr̄. Aue Maria. Deus in Adiuto. &c. Deinde dicuntur quinq; psalmi, cum quinq; añis, vt in proprio, aut Communi Sanctorum signantur. In Dñicis autem, & Ferijs Antiphonę, & psalmi semper dicuntur vt in psalter. vbi tempore Paschali psalmi dicūtur sub vna Antiphona nisi alię proprię Antiphonę, vt in Dominicis Aduentus, assignentur.

¶ Post psalmos, & Antiphonas dicitur Capitulum, hymnus, versus, Antiphona ad Magnificat cum eodem cantico, & Oratio, omnia de Tempore, vel sancto pro qualitate officij.

¶ Preces quando dicendę sunt, dicuntur ante orationem: Cōmemorationes vero de Cruce, S. Maria, Apostolis, & pace post eam, vt infra in proprijs rubricis dicitur.

De Completorio.

AD Complet. absolute dicit lectio breuis, vt in psalterio: deinde Pater nr: Confiteor: Misereatur: Indulgentiã: Conuerte: Aña: psalmi: Hymni. Capitulum: Rium breue: Canticum cũ aña: omnia vt in fine psalterij: & post eã in duplicibus, & infra octauas dr Oratio: in alio officio non duplici ante orationẽ dicitur Kyrie eleison cum reliquis precibus: vt ibidem in psalterio.

¶ Post versum Benedicat & custodiat nos &c. dicit vna ex añis B. Marie, cum versiculo & Oratione, vt ibidem: & dicto versu Diuinum auxilium, dicitur secret. Pr nr. Aue Maria, & Credo.

De Inuitatorio.

INuitatorium semper dicitur in omni officio ad Matuti. cum psalmo, Uenite: ordine in principio psalterij descripto: sed variatur pro officij qualitate, vt in psalterio, & in proprio de tempore, ac in proprio & Communi sanctorum.

¶ Nõ dicit in die Epiphanie, nec in triduo ante Pascha, vt suis locis dicitur: nec in officio Defunctorũ per annum, excepto die Commem. omnium fidelium Defunctorũ, & presente corpore.

De Hymnis.

HYmni semper dicuntur in qualibet hora, preterquam in triduo ante Pascha vsque ad Sabbat. in Albis inclusiue: & preterquam in officio defunctorum.

¶ Ad Matut. hymnus dicit post psal. Uenite: repetito Inuitatorio, preterquam in die Epiphanie. Ad Laudes, & Uesp. dicit post Capitulum: ad Horas ante psalmos & Antiphonas, Ad Cõpletorium post psalmos & antiphonam.

¶ Dicuntur autem in officio de Tempore, vt in psalterio, quãdo proprij hymni in pprio de Tpe non adsunt: q hymni de psalterio, in dominicis, & ferijs assignati dicuntur ab octaua pente. vsqz ad Aduentũ (Dominica infra octauam Corp. Christi excepta) & ab octaua Epiph. vsque ad Dominicam primam Quadr. exclusiue. In officio de Sanctis dicuntur vt in Communi Sanctorum: nisi proprii in proprio sanctorum habeatur.

¶ In Natiuitate Dñi & vsque ad Epiph. in festo Corp. Christi, & per octauaz, qñcunqz fit offiñ sancte Marie tam nouem, quaz trium lect. etiam tpe Paschali, in fine omnium hymnorũz (preterquam in fine hymni. Aue maris stella) dicit Gloria tibi dñe,

Qui

Qui natus es de Uirgine: vt in eius officio paruo, etiam si dicantur hymni de sanctis, qui infra octauas predictas celebrantur: dummodo Hymni de Sanctis sint eiusdem metri.
¶ In Epipha. dñi & per totam octa. ac in festo Transfigura. in fine omniũ hymnorũ dicit Gloria tibi dñe, q apparuisti hodie.
¶ A dominica in albis vsque ad Ascensionem in fine omnium hymnorum dicitur Gloria tibi domine, Qui surrexisti a mortuis: etiam in festis Sanctorum eodẽ tempore Paschali occurrentium: dummodo hymni sint eiusdem metri.
¶ Ab Ascensione autem vsque ad Pente. dicitur Gloria tibi domine, Qui scãdis sup sydera, similiter etiam & in festis occurrẽtibus.
¶ In pentecoste vero & per octauam dicitur Gloria patri domino, Natoque qui a mortuis &c. Alijs temporibus terminantur hymni, vt suis locis ponitur.

De Antiphonis.

Ad omnes horas semper cum psalmis dicuntur Antiphone vel vna vel plures pro diuersitate officij, & horarum.
¶ Si de tpe fiat officium, idest de dñica, aut feria, dñr Añe, vt in psalterio: que cum psalmis posite in Uesperis dñice, & feriarũ, in Completorio, ac in nocturnis (ẽt qñ fit offm̃ de festo triũ lect. idest simplici) nunquã mutantur nisi tpe Paschali, quo tpe dicitur vna tñ Aña, Alleluiah, excepto tpe ẽt Aduẽtus: quo tẽpore ad vesperas & nocturnos dominice ponuntur proprie Antiphone. In Laudibus & alijs Horis mutantur pro diuersitate temporum: vt in proprio de tempore habentur, cum vero non assignantur, semper dicuntur que posite sunt in psalterio.
¶ Añe que in proprio de Tpe sabbato ponuntur ad Magnificat pro prima dominica alicuius mensis, sumende sunt ea dominica que est propinquior Calendis: vel est in Calendis illius mensis, vt supra in rub. de dominicis. ac etiam in rubri. mensis Augusti dicit: & semper in sabbato ponitur Antiphona ad Magnificat, que cõtigua est libro Scripture in dominica ponendo.
¶ In festis nouem lect. ad vesp. dñr añe de Laudib. nisi proprie in vesperis assignentur. Ad Horas similiter, tam in offõ de tẽpore, quam de Sanctis, quando habentur proprie in Laudibus & alie proprie non fuerint ad Horas, sumuntur ex Laudibus quarta pretermissa, hoc ordine, Ad primam, prima: Ad Tertiam,

tiam, secunda. Ad Sextam, tertia: Ad Nonam quinta.

¶ In ferijs Aduentus, quę nō habent ad Horas proprias Antiphonas, sumuntur ex Laudibus dominicę pręcedentis. Ubi vero in Laudibus feriarum Aduentus fuerint proprię: sumuntur vt dictum est, ex ipsis laudibus feriarum proprię.

¶ Tempore Paschali, in officio tam nouem, quam trium lect. psalmi nocturnorum cuiuslibet nocturni, dicuntur sub vna antiphona, quę officio conuenit, vt suis locis ponitur.

¶ In duplicibus ad Vesper. Matut. & Laudes tm̄ Antiphonę dicuntur ante psalmos integrę: & post psalmos integrę repetuntur: in alijs Horis, & in officio non duplici, in principio psalmi inchoat tm̄ antiphona, deinde in fine integra dicitur. Et qn̄ aña incipit sicut p̄s, post inceptā añam dicatur quod sequitur in psalmo sine repetitione principij, ab eo loco vbi desinit antiphona.

¶ Antiphonis proprijs, tam in officio de tempore, quam de Sanctis semper cedunt, quę habentur tam in psalterio, quā in Communi sanctorum.

¶ Quando fit aliqua commem. semper dicitur antiphona ante orationem cum versu quę sumitur ex officio, quod conuenit ei, de quo fit commemoratio: ita vt in Vesperis sumatur antiphona quę assignatur ad Magnificat, in Laudibus quę ad Benedictus, cum versibus qui habentur post Hymnum.

¶ Antiphonę sanctę Marię positę in fine Completorij, dicuntur vt inferius in propria rubrica dicitur.

De psalmis.

Psalmi in officio de tp̄e, per oēs Horas in dn̄icis & Ferijs dicuntur eo modo quo distributi sunt in psalterio: nisi aliquādo aliter in proprio de tp̄e signentur. In festis autē dicuntur, vt in proprijs locis signantur: alioquin vt in Communi Sanctorum.

¶ Psalmi ad Laudes de dn̄ica cū cantico Benedicite, dicuntur in omnibus festis per annum, & in ferijs temporis paschalis.

¶ Psalmus Confitemini, dicitur ad primā cū alijs psalmis in psalterio assignatis in oībus dominicis (quando officiū fit de dominica) a tertia dominica post pentec. inclusiue vsque ad Natiuitatē domini exclusiue: & a scd̄a domin. ca post Epipha. inclusiue, vsq; ad Septuag. exclusiue: a Septuagesima autē inclusiue vsq; ad Pascha exclusiue, eius loco dicit psalmus, Dominus regna-

gnauit: et psal. Confitemini: tunc dr ad Laudes post psalm. Miserere: vt suo loco dicit. In Dñicis vero Tpis Paschalis a Dominica in Albis inclusiue vsque ad Ascensio. exclusiue, dicuntur tantū tres psalmi sicut in festis: addito symbolo Athanasij. Alij psalmi per singulas ferias distributi ad primam, dicuntur singuli loco psalmi, Confitemini: in feriali tantum officio, quãdo de feria agitur extra tempus Paschale. In ferijs vero temporis Paschalis, in festis per annuz, et in Sabbato, siue de sancta Maria, siue de feria fiat officium, dicuntur tantum tres psalmi: scilicet Deus in nomine tuo. Beati immaculati, et Retribue: etiam si festum duplex celebretur in Dominica.

¶ In Dominicis autem, quando officiū fit de Dominica, post psalmos additur semper symbolum Athanasij, Quicunque, vt infra in propria rubrica dicetur.

¶ Psalmi Horarum, scilicet ad Tertiam, Sextam, et Nonam, et ad Completorium, nunquam mutantur, vt in psalterio, siue de sanctis, siue de Tempore fiat officium.

¶ Psalmi de Dominica ad Vesp. vt plurimum dicuntur in vesper. festorum excepto vltimo qui mutatur: cū vero aliter fit, suis locis annotatur. In Vesper. infra octauā dicuntur psalmi, vt in secundis Vesp. festi, exceptis primis Vesp. dici octaue, in quibus dicuntur, vt in primis Vesp. festi.

¶ In fine psalmorum semper dicitur Gloria patri, preterquaz in psalmo, Deus Deus meus ad te de luce vigilo: et in psal. Laudate Dominum de celis, in quibus dicitur tantum in fine vltimi psalmi, ante Canticuz Benedicite, et ante Capitulum. Preterea non dicitur in triduo Maioris Heb. ante pascha, nec in officio Defunctorū, cuius loco pro Defunctis dr, Requiē eternam &c.

De canticis.

Cantica dicuntur in officio de tempore, tam de Dominicis, quam de Ferijs, vt in psalterio distribuuntur ad Laudes, Vesperas, et Completorium.

¶ In festis, et Tempore Paschali ad Laudes semp dicitur Canticum, Benedicite, vt in Dominica, et in fine eius non dicitur Gloria patri, sicut in alijs Canticis dicitur, nec respondetur, Amen. Alia cantica ferialia, vt in psalterio, ad Laudes non dicuntur nisi quando officium fit de feria extra tempus Paschale.

¶ Canticum

¶ Canticum Benedictus, Magnificat, & Nunc dimittis, semper dicuntur suo loco, vt in psalterio.

De Uersibus.

Versus semper dicuntur ad Matut. post vltimum psal. & antiphonam nocturnorum, siue in officio dicantur tres nocturni, siue vnus. Ad Laudes & Uesperas, Uersus dicitur post Hymnum. ad horas dicitur in Responsorio breui, post repetitionem partis Responsorij, dicto Gloria patri.

¶ In pascha Resurrec. & per eius octauam vsque ad sabbatum in albis inclusiue, in Nocturno tantum dicitur versus, in alijs Horis non dicitur, vt ibi.

¶ Quando fit aliqua commem. semper post antiphonam eius, de quo fit commemoratio, dicitur Uersus, qui in eius officio ponitur post Hymn. Uesperarum & Laudum.

¶ Uersibus tempore paschali semper additur Haleluiah.

¶ Uersus Dñs vobiscum, semper pręponitur orationi: & post eam repetitur, vt infra dicitur in rub. de oratione.

¶ In officio festi trium lect. post omnes psalmos feriales cum antiphonis dicitur Uersus de Communi Sanctorum, hoc ordine. Feria ij. & v. Uersus primi nocturni. Feria iij. & vj. versus secundi noct. Feria iiij. versus tertij nocturni.

¶ Uersus positi in psalterio ad Laudes, & Uesp. semper dicuntur quando alij proprij non assignantur in proprio de tempore.

¶ De Absolutionibus, & Benedictionibus ante lectiones.

Absolutiones, & benedictiones dicuntur per ordinem in officio nouem lectio. ante lectiones, vt in prima Dominica de Aduentu ponuntur. s. post versum dicto Pater noster. Et ne nos. dicitur absolutio & Benedictio, vt ibi: pręterquam in Matutinis tenebrarum Maioris hebdo. & in officio Defunct. in quibus Absolutio & Benedictio non dicuntur.

¶ Si officium nouem lect. fit de Sancto, octaua benedictio erit, Cuius, vel Quorum festum colimus &c. vt ibi. Si de sancta Maria, octaua benedictio erit. Cuius festum colimus ipsa virgo virginum &c. Cum leguntur tria euangelia cum homilia, fiat sicut in Natiuitate domini dicitur.

¶ Si fit offĩcium trium lect. & fit de feria, in qua singulę tres lect. sunt de Scriptura, Absolutio & Benedictiones sumuntur ex

prima dominica de Aduentu hoc ordine. Feria secunda & quinta Absolutio, & Benedictiones primi noctur. dicuntur. Feria tertia & sexta secundi noctur. Feria quarta & sabbato, tertij noct.

¶ Si autē singulę tres lect. non sunt de Scriptura, Absolutio dicitur secundum ferias, sicut qñ tres sunt de Scriptura. Benedictiones vero semp dñr, vt in tertio noc. dictę dñicę ordinãtur.

¶ Si tres lec. sunt de homilia: Prima Benedictio erit Euangelica lectio. Secunda, Diuinum auxiliũ. Tertia, Ad societatē.

¶ Si fit de sancto, de Absolutionibus idem seruatur quod in ferijs, quando non legitur homilia: sed Benedictiones dicuntur vt in tertio noctur. hoc modo. Prima, Ille nos benedicat: Secunda, cuius, vel quorum festum colimus: Tertia, ad societatē.

¶ Quando fit officiũ B. Marię in sabbato: Absolutio & Benedictiones dicuntur, vt in eius off. paruo circa finem Breuiarij.

De Lectionibus.

Lectiones leguntur ad Matut. dictis psalmis nocturnorum cum Antiphonis, versibus, Absolutionibus quoque & Benedictionibus, vt supra. In duplicibus & semiduplicibus dicuntur nouem lectiones, idest in quolibet nocturno tres: in ferijs & festis simplicibus leguntur tantum tres lectiones.

¶ In officio nouē lect. leguntur hoc modo. In primo noctur. semper leguntur tres lect. de Scriptura: quę qñ suis locis proprię, au de Cõi scõrum non assignantur, semper leguntur vt in officio de Tpe: quę sua quaqũe die occurrunt legendę. In secundo noct. si fit de sancto, tres lectiones leguntur de vita Sancti: quę si non adsint proprię, leguntur de sermone, qui ei conuenit, ex Cõi Sanctorum: Unde etiā numerus trium lect. completur, quando officium fit nouem lect. de aliquo Sancto, qui non habet nisi vnā, vel duas lect. de vita sancti. Si fit de dominica, vel alio officio nouem lect. per annum, ẽt de octaua, leguntur tres lect. de aliquo sermone, qui in illis ponitur. In tertio noct. semper leguntur tres lectiones de homilia in Euangelium, positę in proprio aut ex Communi assignatę: & primę lectioni de homilia semper pręponitur principium lectionis de Euangelio, de quo est homilia: etiam infra octauas. Excipiuntur ab hoc ordinario lectionum Matutinę tenebrarum ante Pascha, & defunctorum, vt in suis officijs ponitur.

¶ Si in officio nouē lect. in quo nō dē nonū rñsoriū ꝯtingat fieri comme. de aliquo sancto, qui propriam habet lectiones, nona lectio legitur de sancto: si fuerint duę de sancto, cuius fit comme. ex duabus lectionibus fiat vna lectio: omissa nona lectione in dicto off. nouem lect. vel octauę lectioni adiuncta. Quod si eodē die occurrat dñica, vel feria quę habeat homiliam, nona lectio sancti omittitur, ⁊ eius loco legitur homilia dominicę, vel ferię.

¶ In officio trium lec. si fit de feria, tres lec. legūtur de Scriptura: nisi tres sint de homilia: quia tunc omissis lectionib. de Scriptura, tres legūtur de homilia. Si fit de sancto, quę habeat duas lect. prima tñ erit de Scriptura: vel vna, vel ex tribus vna: Secunda ⁊ tertia de Sancto. Si vnam tñ habuerit, vel propriam, vel ex Communi assignatam: prima ⁊ secūda erunt de scriptura, tertia de sancto: quod etiā seruatur ī officio S. Marię in sabba.

¶ Si initium lectionis de scriptura transferatur in secundam feriā, lectiones scripturę positę in secunda feria, vel omittant, vel cū alijs de eadē scriptura adiunctę legantur: quod semper fieri potest, quando lectiones de scriptura aliquo die omittuntur.

¶ Lectiones autem de scriptura in officio de tempore sic distributę sunt per annum: vt quotidie aliquid ex ea legatur etiam in officio de sanctis, quando alię, vt dictum est, non assignantur.

¶ Initia librorum sacrę scripturę (qui fere semper in Dominicis incohantur) eo die ponuntur, quo notata sunt, etiam si fiat officium de sancto: nisi in festo alię proprię lectiones scripturę de Communi assignentur: tunc enim initium lectionis de scriptura transfertur in sequentem diem, similiter non impeditam. Historia vero, idest Responsoria ex historia scripturę sumpta: si eo die in quam transfertur initium scripturę propter festum occurrens poni non possit, ponatur infra hebdomadam, vt dicitur in rub. de Responsorijs. Cum autem initium alicuius Epistolę beati Pauli, post octauam Epipha. vel Epistolę canonicę tempore Paschali, aut alicuius Prophetę minoris mense Nouembri, infra hebdomadam illorum temporum impeditur aliquo festo nouem lectionum habente proprias lectiones de scriptura, dictum initium Epistolę ⁊ Prophetę, quoad commode fieri poterit, ponatur in sequenti feria alio simili initio scripturę ponendo, vel festo non impedita: alioquin in precedenti similiter

non impedita, vel cum alijs lectionib. de eadem ſcriptura in ſe=
quentibus diebus continuetur, ita vt aliquo modo ponatur.
Cum etiam initium lectionis alicuius libri de ſcriptura tranſ=
fertur in aliã diem, alię lectionis eadẽ die, de eadẽ ſcriptura aſſi=
gnatę, vel cum ſuperioribus lectionibus legantur, vel omittan=
tur. ita vt non oporteat eas amplius in alio ſequenti die reſume=
re: ſed illę legantur, quę ſua quaqꝫ die occurrunt, aut cum eiſdeꝫ
iungantur. Quod ſemper ſeruetur, quando lectiones occurren=
tes de ſcriptura legi non poſſunt.

¶ De ſcriptura quoqꝫ tm̃ eſt poſitū, quantum ſatis vĩ, pro nu=
mero hebdomadarum, quę eſſe poſſunt, ⁊ inter Epiphaniam ⁊
Septuag. ⁊ inter Pentecoſten. ⁊ Aduentum. Ubi vero cõtingit
minui numerum Dominicarũ ⁊ hebdomadarum poſt Epipha.
adueniẽte Dominica Septuageſimę, ⁊ poſt Pẽtecoſt. adueniẽ=
te alia Dñica, vt infra dĩ, quod ſuper eſt de ſcriptura alicuius li=
bri pro numero dictarum Dñicarum, ⁊ hebdomadarum, poſi=
ti, eo animo omittitur. Quod etiam fit de ſcriptura ex libris Re=
gum: de quibus legitur ab octaua pentec. vſque ad primã Dñi=
cam Auguſti, cum non expletur numerus Dñicarum poſt octa.
pentec. de eo libro annotatus vſque ad menſeꝫ Auguſti: qꝛ tunc
lectionibus de eo libro omiſſis, legitur ſcriptura quę ponitur
menſe Auguſti. Quod ſimiliter ⁊ in ſequentibus menſibus ob=
ſeruatur: qñ menſis cui quinque Dominicę aſſignantur, nõ ha
buerit niſi quatuor: tunc enim omittũtur lectiones quintę Do=
minicę, ⁊ eius hebdomadę: ⁊ ponuntur lectiones primę do=
minicę ſequentis menſis, ⁊ eius hebdomadę, quę. ſ. Dominica
proximior eſt Calendis illius menſis, ſecundum rubr. menſis
Auguſti poſitam in proprio de Tempore.

¶ Lectiones Dñicę quītę Octobris, qñ October habuerit tm̃
quatuor Dñicas, leguntur feria quinta pręcedentis hebdoma.
non impedita feſto duplici, quod habeat proprias lect. ſcriptu=
rę: alioquin legantur feria ſexta eiuſdeꝫ hebdo. coniunctę lectio
nibus ſecundę ⁊ tertię ferię hebdomadę quintę.

¶ Lectiones ẽt ſecundę Dñicę Nouembris, ⁊ eius hebdoma=
dę omittuntur, quando idem menſis habuerit tm̃ quatuor do=
minicas: tunc enim tertia Dominica Nouemb. cum ſua hebdo.
ponitur loco ſecundę, ⁊ quarta loco tertię, ⁊ quinta loco quartę.

¶ Lectiones de scriptura, positę in Cōi festorū, leguntur tamē in festis duplicib. q̄uā semiduplicib. vbi assignantur in Proprio sanctorū per annū: Rursus q̄n aliquod festum in ꝓpria ecclesia solenniter celebratur: Item q̄n aliquod festū nouē lect. occurrit in Quadragesima, ⁊ Quatuor tēporib. in secunda feria Rogationū, ⁊ in Vigilia Ascens. in quibus ferijs in officio de Tēpore non assignantur lectiones de scriptura, sed de homilia: tunc eīn in festis recurrendū est ad lectiones de scriptura, positas in Cōi sanctorū. Quod si occurrat in die octaua alicuius festi habentis octauam: tunc in primo noc. dici octauę repetantur lectiones, quę in primo noct. festi lectę fuerint. Alię lectio. secundi ⁊ tertij noct. positę in Cōi Sanctorū, similiter leguntur q̄n in proprio sanctorum assignantur: ⁊ quando in aliqua ecclesia aliquod festum celebratur cum nouem lectionibus: quia in ea est solenne, aut consuetum celebrari, quod proprias de festo lectiones non habuerit.

¶ In fine cuiuscunque lectionis dicitur: Tu autem dn̄e miserere nobis, ⁊ respondetur, Deo gratias. Quod etiam fit in lectionibus breuibus in principio Completorij: ⁊ in fine Primę, post Pretiosa: pręterquam in triduo maioris hebdo. ante Pascha: ⁊ in officio Defunctorum, vt suis locis ponitur.

De Responsorijs post lectiones.

Responsoria dr̄ ad Matut. post lectiones: ita vt post quamlibet lect. dicatur vnum Responsorium, vt infra.

¶ In festis nouem lect. (pręterquā in festo SS. Innocentiū, q̄n non venerit in Dn̄ica) ⁊ in Dn̄icis a Dn̄ica in Albis inclusiue vsq; ad Aduent. exclusiue: ⁊ a Dominica infra oct. Natiuitatis inclusiue vsq; ad Septuag. exclusiue, dicuntur octo tantū Responsoria: ⁊ in fine tertij, sexti, ⁊ octaui, dicitur Gloria patri, cū repetitione partis Responsorij: quod regulare est in fine vltimi Responsorij cuiuslibet nocturni, tam in officio nouē, quam triū lect. exceptio tempore passionis, quo tempore repetitur Responsoriū a principio: excepto etiā officio Defunctorū: cuius loco dicitur Requiem ęter. Qui versus Gloria patri, quibusdam diebus dr̄ in primo Responsorio, vt in proprijs locis annotatur. Post nonā lectionē prędictis diebus, quando octo tantū dicuntur Responsoria: immediate dicitur hymnus, Te Deum

¶ In Dominicis Aduentus, ⁊ in Dominicis a Septuagesima vsque ad Dominicam palmarum: ⁊ in triduo ante pascha dicū-tur nouem responsoria: quia tunc non dicitur, Te Deum.

¶ In officio autē trium lect. qñ fit de festo, ⁊ in ferijs temporis paschalis, quod est inter Dñicam in Albis, ⁊ Ascensionem (excepta feria ij. Rogationum, in qua dicitur tertium responsoriū) dicuntur duo responsoria: quia post tertiam lectionem dicitur, Te Deum: Que responsoria in festis sumunt̄ de Cōi Scōꝝ, ⁊ in dictis ferijs Temporis Paschalis, qñ alia propria non assignā-tur, sumunt̄ de Dominica, in qua primo sunt posita, hoc ordine.

¶ Secunda ⁊ quinta feria, primum ⁊ secundum ℟ium primi nocturn. Feria tertia ⁊ sexta, primum ⁊ secūdum ℟ium secundi nocturn: Feria quarta, primū ⁊ secundū responsoriū tertij nocturni.

¶ In alijs ferijs, extra tp̄s paschale dicunt̄ tria ℟ia (quia in illis non dicit̄, Te Deum.) Hoc ordine. Feria secunda ⁊ quinta, tria ℟ia primi nocturni. Feria tertia ⁊ sexta, tria ℟ia secundi noctur. Feria quarta ⁊ sabbato, qñ in eo fit de feria, tria ℟ia tertij noct. Dominice precedentis, in qua primo sunt posita. Uerum quia in tertio noct. Dominicarum a tertia post pentec. inclusiue vsque ad Aduentum exclusiue: ⁊ ab octa. Epiphan. vsque ad Septuag. exclusiue, non hn̄ nisi vnum ℟ium dicendū infra hebdomadā, qđ est septimū in Dñica, propterea quod ℟ium, Duo Seraphim, non dicitur nisi in Dominicis post pentec. vsque ad Aduentum, ⁊ ab Epiphania vsque ad Septuag. ideo Feria quarta ⁊ sabbato quando ex tertio noctur. sumenda erunt ℟ia, primum ℟ium erit quod est septimum Dñice, secundo ⁊ tertio loco dr̄ secundū ⁊ tertiū sequentis ferie. i. post secundā, ⁊ tertiam lect. dr̄ secundū ⁊ tertiū ℟ium, quod est secundum ⁊ tertiū secunde sequentis ferie, si ꝓpria ℟ia habuerit: alioquin si non habuerit propria, dr̄ secundum ⁊ tertium ℟ium primi noctur. eiusdem Dominice.

¶ Sumuntur aūt ℟ia ex eo loco, vbi primo sunt posita in principio mensis vel libri, ⁊ ea repetuntur in alijs sequentibus Dñicis illius mensis: in quibus alia non assignantur, vel donec de illo libro legitur, vnde sumpta sunt ℟ia. Que autē in prima hebdo. mensis posita sunt per ferias, repetantur eodem ordine in eisdem ferijs per sequentes hebdo. donec alia ponantur.

¶ Responsoria ēt propria secunde ferie, si ꝑ festum occurrens

poni

poni non possint in ea feria vbi assignantur, ponantur in sequenti prima occurrenti feria. Ubi vero non adsunt propria, semper ex nocturnis Dominicę sumuntur dicto ordine.

¶ Si ℞ia primi noctur. eius Dominicę, in qua primo ponuntur pp festum duplex in ea occurrens, in ipsa Dominica poni non possint, ponantur primo die eius hebdomadę, in qua occurrit fieri de feria. & omittantur alia, quę forte in illa feria propria haberentur. Si vero in tota hebdomada non occurrat dies, in quo fiat de feria, prima die non impedita festo nouem lect. fiat offm de feria, cum comm. festi trium lect. in ea occurrentis: si tota hebdomada, & sequens dominica fuerit impedita offo nouem lect. in qua non possit fieri officium de Dominica vel de feria, id fiat in sequenti hebdomada vel Dominica: dummodo in ea alia responsoria non sint primo ponenda: quia tūc si responsoria sint primo ponenda, prima die precedentis hebdomadę non impedita festo duplici, fit de feria, vt supra: & festum semiduplex in ea occurrens transferatur.

¶ Responsoria etiā tertij nocturni, quę in aliquibus Dominicis ex textu euangelij sumpta sunt, nō repetantur per hebdomadam, quando in ea sumenda sunt responsoria ex tertio noctur. Dominicę: sed eorum loco dicantur alia sequentis ferię. Idem seruatur de quibusdam responsorijs proprijs, in ferijs Quadragesimę, vbi vnum tantum reponsorium ponitur: quia non dicūtur nisi in eo die, quo ponūtur: & in alijs sequentibus ferijs Quadragesimę sumuntur ex dominica, ordine supradicto.

¶ Tēpore paschali in fine ℞ij ante versum additur Halleluiah. Primum responsorium festi quod aliquando non dicitur infra quasdam octauas, dicitur in dominica infra octa. si ad modum octauę agatur officium, & in die octaua: nisi aliter notetur.

De Responsorijs Breuibus Horarum.

Responsoria breuia dicuntur post caplm ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonā, & ad Completorium: preterquā in triduo ante Pascha vsq; ad Sabbatum in Albis exclusiue: quibus diebus non dñr. Ad Primam & Complet. semper dñr eodē modo, vt in psalterio. In alijs Horis, qñ fit officiū de dñica, vel de feria per annū, dñr vt hñr in psalterio. In Aduentu autem, Quadrag. & tpe paschali, vt suis locis hñr propria. In festis simi-

liter quādo non habentur propria, dicuntur vt in Cōi sanctorum.

¶ In fine xii breuis semper dr̃ Gloria patri, cum repetitione partis xii: eo modo quo ordinantur ad primam in psalterio: pręterquam tempore passionis: tunc enim nō dicitur Gloria patri: sed eius loco repetitur Responsorium breue a principio.

¶ In xio breui ad Primam, loco versus, Qui sedes, & cętera, vt in psalterio, in Aduentu dr̃, Qui venturus es in mundum, tam in Dñicis & ferijs, quam in festis (excepto festo Conceptio. B. Marię.) In Natiuitate Dñi & vsque ad Epiph. etiā in festis occurrentibus: In festo Corp. Christi, & per octauā: & in omni offō B. Marię, tam nouem quam trium lec. dicitur, Qui natus es de Maria virgine. In Epiph. & per octauam, & in festo Transfigu. dicit, Qui apparuisti hodie. A Dominica in Albis inclusiue vsque ad Ascensionem exclusiue, tam in officio de Tempore, quam de sanctis (excepto officio sanctę Marię) semper dicitur, Qui surrexisti a mortuis. Ab Ascensione vsque ad pentec. exclusiue, dicitur, Qui scandis super sydera. In pentecoste & reliquo anni tempore, tam in officio de tempore, quam de Sanctis dicitur, Qui sedes ad dexteram patris, vt in psalterio.

¶ xia breuia aliarum Horarum, quę ponuntur in prima Dominica de Aduentu, dñr per totum Aduentum, qñ fit officium de Tempore. Similiter quę ponuntur in prima Dominica Quadrag. dicuntur vsque ad Dominicam passionis exclusiue. Et quę ponuntur in Dominica passionis, dicuntur vsque ad feriā quintam in Cęna Domini exclusiue. Item quę ponuntur in Dominica in Albis, dicuntur vsque ad Ascens. exclusiue. Quę vero ponuntur in aliquo festo habente octauam, dicuntur per totā octauam, quando fit de octaua. In officio autem B. Marię, tam nouem quam trium lect. excepto festo Assumptionis eiusdem, dicū tur semper Responsoria breuia de Communi Virginum.

¶ Tpe paschali a Dñica in Albis vsque ad sabbatum post pentec. inclusiue, in primo versu xii breuis ponuntur duo Alleluiah, & in secundo vnum: tam in offō de Tēpore quam de Sanctis.

De Capitulis.

Capitula semper dicuntur (pręterquam a feria quinta in Cęna Dñi vsque ad sabbatum in Albis inclusiue, & pręterquam in offō Defunctorum) ad Vesp. Laud. & alias Horas, dictis psalmis,

mis & antiphonis: Ad Complet. vero dicto etiam hymno.
¶ Capitula Dñicalia, posita in psalterio in primis & secundis Vesp. in Laud. & Horis, dicuntur a tertia Dominica post pentec. vsque ad aduentum, & a secunda post Epipha. vsque ad Septuag. Capitula autem ferialia dicuntur eisdem temporibus: sed post octauam pentec. vsque ad Aduentu3, & ab oct. Epipha. vsq3 ad Dominicam primam Quadrage. Alio tempore dicuntur vt in proprio de Tempore: si fit de sanctis, vt in proprio de sanctis, cum propria adsunt: alioquin de Communi sanctorum. Capitulum Primę & Completorij (quando Capitula dicuntur) nunq̄ mutatur vt in psalterio.
¶ In Dñicis ab Aduentu vsque ad octa. Epiph. & a Septuag. vsque ad dñicam tertiam post pentc. & in omnibus festis regulariter Capitulum positum in primis Vespe. dr̄ in Laudib. ad tertiam: & in secundis Vesper. quibusdam exceptis, quę suis locis assignantur. Post Capitulu3 semper respondetur Deo gratias.

De Oratione.

Oratio in vesp. & Laudib. dicitur post añas ad Magnificat, & Benedictus immediate: pręterquam in ferijs Aduentus, Quadrage. Quatuor temporu3, & Vigiliarum, quę ieiunantur: in quibus post antiphonam dicuntur preces, excepta vigilia Natiuitatis & pentec. & in fine post preces, Oratio. Ad Primā & alias Horas Oratio dicitur post Responsorium breue, nisi dicendę sint preces: tunc enim Oratio dicitur post preces. Ad complet. in duplicibus, & per octa. Oratio dicitur post Antiphonam, Salua nos, in alio officio dicitur post preces.
¶ Ad Primam, & Complet. nunquam mutantur orationes quę habētur in psalterio, pręterquam in triduo ante Pascha: in quo triduo ad omnes Horas vsque ad Nonam sabbati sancti inclusiue post psal. Miserere, dr̄ Oratio dici, vt suo loco ponitur. In alijs Horis regulariter dicitur Oratio, quę dicta est in primis Vesp. In Quadragesima autem, Quatuor temporibus & Vigilijs, Oratio que dicta est in Laudibus, dicitur tantum ad Tertiam, Sextam, Nonam. In Vesp. autem sequentib. si fit de feria, dicitur vel alia propria, vt in Quadragesima, vel dominicę pręcedentis, vt in ferijs per annum. Quę Oratio pręcedentis dñicę semper dr̄ in feriali offō per hebdomadam, quando propria non assignatur.

assignatur. Infra octauas dicitur oratio vt in die festi, similiter in die octaua, nisi alia propria assignetur.

¶ Ante Orationem semper dicitur versus, Dñs vobiscũ. Rñdetur, Et cũ spũ tuo. Qui versus non dicitur ab eo qui non est saltem in ordine Diaconat⁹, nec a Diacono pñte Sacerdote, nisi de illius licentia. Si quis aũt ad Diaconatus ordinem non peruenerit eius loco dicit. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Deinde dicitur, Oremus: postea oratio, que si vnica tantum dicatur, vers. Dñs vobiscũ, vel Dñe exaudi, repetitur finita oratione, postquã fuerit rñsum, Amen. Sin autẽ plures Orationes dicende sint: ante quamlibet orationẽ dicit Añã & Versus: deinde dicitur Oremus: & post vltimam orationẽ repetitur, Dñs vobiscũ: postea dicitur, Benedicamus dño. Respõdetur, Deo grãs. Deinde dicitur Versus, Fidelium anime: qui Versus Fidelium, non dicitur post Benedicamus dño, ad Primã ante Preciosa &c. neque ad Cõplet. ante Benedicat, &c.

¶ Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, Per dñm: Si ad Filium, Qui viuis & regnas. Si in principio Orationis fiat mentio Filij, dicatur. Per eundem. Si in fine orationis, dicatur, Qui tecum viuit & regnat. Si fiat mentio Spiritus sancti, dicatur. In vnitate eiusdem Spiritus sancti &c.

¶ Qñ plures Orationes dñr, prima tantum dicitur sub sua conclusione. Per dñm, vel aliter vt supra: alie non cõcluduntur nisi in vltima Oratione: sed vnicuique Orationi semper preponitur, Oremus: preterquam in officio Defunctorum: in quo alio modo quam vt supra, Orationes dñr, vt in eius officio dicitur.

De Hymno, Te Deum.

Hymnus Te Deum, dicitur in oĩbus festis per annum, tam trium, quã nouem lect. & per eorum octauas: excepto festo sanctorũ Innocentiũ: nisi venerit in dominica: & nisi fuerit eius dies oct. quia tunc dicitur. Dicitur ẽt in oĩbus dominicis a pascha resurrect. inclusiue, vsque ad Aduen. exclusiue, & Natiuitate Domini inclusiue vsque ad Septuag. exclusiue, & in omnibus ferijs temporis paschalis. s. a dominica in Albis vsque ad Ascẽs. excepta secunda feria Rogationum, in qua non dicitur.

¶ Non dicitur autẽ in dñicis Aduen. & a Septuag. vsq; ad dñicam palmarũ inclusiue, neque in ferijs extra tempus paschale;

¶ Cum dicitur, omittitur semper nonum vel tertium responsorium: et statim dicitur post vltimam lectionem.
¶ Cum non dicitur, eius loco ponitur nonũ vel tertium ꝛ͂sium, cum Gloria patri, in fine: et dicto r͂nsorio statim inchoantur Laudes. Similiter q̃n dicitur, Te Deum: eo hymno dicto statim inchoantur Laudes: preterquam in nocte Natalis domini: quia tunc dicitur Oratio, postea celebratur Missa, vt suo loco dicit.

De Oratione Dominica, et Salutatione Angelica.

Oratio Dominica Pater noster, et Salutatio Angelica Aue Maria, semper dicitur secreto ante omnes Horas, preterq̃ ad Completo. quia tunc in principio dicitur tantũ Pater n͂r, post lectionẽ breuẽ dicto versu, Adiutoriũ n͂rm, et in fine Pater n͂r, Aue Maria, cũ Credo, post orationẽ sancte Marie. Finitis Horis dicitur similiter secreto, Pater n͂r, tñ, dicto versu. Fidelium aie, vbi hic versus dicitur: qui versus non dicitur quando post officium diei dicitur officium S. Marie: sed post illud, et tũc dicitur, Pater n͂r, vt supra. Si aũt alia Hora subsequatur, in fine precedentis Hore dicitur Pater noster semel tantũ, pro principio sequentis Hore, addita Aue Maria.
¶ Quando oratio dominica dicenda est cum precibus, semper clara voce profertur, Pater n͂r: et in fine. Et ne nos: reliquum dicitur secreto: alias nunquã profertur. Ad Laudes vero et Vespe. q̃n in feriali officio dicuntur preces, totũ dicitur clara voce.
¶ Salutatio Angelica semper dicitur ante officiũ sancte Marie, quando non dicitur cum officio domini: quia tunc sufficiat dixisse in principio cum oratione dominica.

De symbolo Apostolorum, et symbolo Athanasij.

Symbolũ Aplorum semper dicitur ante Matut. et Primam: et finito Cõpletorio, post orationẽ Angelicam totum secreto: et si ad Primã, et Cõplet. iterũ dicendũ sit cũ precibus. Quãdo vero dicitur cũ precibus, ad Primã et Cõplet. clara voce ꝓfertur, Credo in deũ; et in fine, Carnis resurrectionẽ, reliquum dicitur secreto, alias nunquam dicitur, nisi vt supra.
¶ Symbolũ Athanasij dicitur ad Primã, post psal. Retribue, in oĩbus dominicis per annũ, q̃n officium fit de dominica, exceptis Dominicis infra octauas Natiuit. domini. Epiph. Ascens. et Corpo. Christi, ac dominica Resurrect. et Pentecostes: in qui-

bus

bus dicuntur tantum tres psalmi consueti, vt in festis. In Dominicis infra alias octauas, & in Dominica Trinitatis dicitur, alias nunquam, neque si aliquod festum duplex celebretur in Dominica.

De Precibus.

PReces sunt aliquot versus, qui aliquando dicuntur ante orationem, incipientes a Kyrie eleison.

¶ Preces Dominicales, ad Primam, & Completorium, vt in Psalterio dicuntur tantum quandocunque officium non est duplex, vel infra octauas: in duplicibus autem, & infra octauas non dicuntur, etiam si infra octauam fiat de Dominica vel alio festo semiduplici: quia tunc ratione octauę non dicuntur.

¶ Preces feriales ad Laudes, & Horas distinctę, vt ĩ psalterio dicuntur tantum in feriis Aduentus, Quadragesimę, Quatuor Temporum, & Vigiliarum, quę ieiunantur: exceptis vigilia Natiuitatis Domini, & vigilia & Quatuor temporibus pentecostes: & tunc dicuntur flexis genibus. In alijs ferijs per annum a prędictis nunquam dicuntur, nisi Dominicales: & in illis non flectuntur genua.

¶ In feriis Aduentus, Quadragesimę, & Quatuor temporum dicuntur preces feriales ad Laudes, per Horas, & ad Vesperas: si non sequatur festum, ad Completorium dicuntur consuetę de Dñica: sed flexis genibus. Dicũtur autem preces genibus flexis ab Hebdomadario, vsque ad versum, Dominus vobiscum, ante orationem. A circunstantibus autẽ vsque ad versum Benedicamus domino, post Orationem.

¶ In vigiliis Preces feriales dicuntur tantum ad Matutinũ, & per Horas. Ad vesperas vero sequentes non dicuntur: quia inde fit de festo. Psalmus, Miserere, non dicitur cum precibus, nisi ad Vesperas: & psal. De profundis, nisi ad Laudes: In alijs Horis prędicti psalmi non dicuntur. In officio Defunctorum dicuntur psalmi, qui in eorum officio signantur.

De Commemorationibus Communibus, seu suffragijs Sanctorum.

COmmemorationes communes, seu suffragia de sanctis, quę habentur in psalterio ad Vesperas sabbati, dicuntur in fine Vesperarum & Laudum, ab octaua Epiphanię vsque ad

Domi-

Dominicam passionis exclusiue, ⁊ ab octaua pentecostes vsque ad Aduentum exclusiue, in Dominicis, ⁊ ferijs, nisi officium sit duplex, vel infra octauas: ⁊ illis adiungitur commemoratio de patrono, vel titulo Ecclesię ante, vel post commemorationem de Apostolis, ⁊ de Sancta Maria, pro dignitate illius: ita tamē vt semper vltimo loco ponatur commemoratio de pace. Et ante illas, in feriali officio fit commemoratio de Cruce, quę habetur in psalterio, post Laudes secundę ferię.

¶ Tempore paschali fit alia commemoratio de Cruce, vt ibi ponitur ad Laudes ferię secundę post Dominicam in Albis: ⁊ ea solum tunc dicitur.

¶ Si facienda sit commemo. alicuius festi occurrentis, commemor. festi semper fit ante ipsa suffragia consueta, etiam ante cōmemorationem de Cruce.

¶ Commemoratio de Sancta Maria non fit cum alijs, quādo dicitur eius officium paruum.

De Antiphonis B. Marię in fine officij.

Antiphonę B. Marię positę in fine psalterij post Complet. singulę dicūtur pro temporis diuersitate, vt ibi annotatur: pręterquam in triduo maioris Hebdo. ante Pascha.

¶ Dicuntur autem extra Chorum tantum in fine Completorij, ⁊ fine Matutini, dictis Laudib. si tunc terminandum sit officium: alioquin, si alia subsequatur Hora in fine vltimę Horę. In Choro autem semper dicantur quandocūque terminata aliqua Hora, discedendum est a Choro.

¶ Nunquam vero dicitur post aliquam horam, qñ subseqnitur cum officio diei officium Defunct. vel Litanię, pręterquam post Complet. in quo semper dicitur etiam si pręd icta subsequantur: neque etiam dicitur quando post aliquam Horam subsequitur Missa. Dicuntur autem semper flexis genibus, pręterquam tēpore Paschali, Hebdomadario tamen ad orationem surgente.

De officio paruo B. Marię, ⁊ alijs.

De officio paruo B. Marię, de officio Defunct. de Septem Psal. pęnitentialibus, ⁊ Litanijs: ⁊ de psalmis Gradualibus, quando ⁊ qūo, tam in Choro, quam extra Chorum dicenda sint, habent suis locis proprię rubricę circa finē Breuiarij.


¶ Finis Rubricarum Generalium Breuiarij.

¶ Ser-

¶ Sermones aliqui per sacerdotem plebibus suis certis diebus festiuis in Ecclesia intra Missarum solennia faciendi ad earum instructionem & exhortationem.

¶ In Natiuitate Domini nostri Jesu Christi. Dicto offertorio in Missa, Sacerdos conuersus ad populum in hunc vel similem modum ipsum alloquatur.

In nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Amen.



Euangelizo vobis gaudium magnu͂, quod erit oi͂ populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dn͂s in ciuitate Dauid. Luce 2. capite. Si recte consideremus dilectissimi, ex multis quidem aduertere possumus, & oculata fide percipere: quantum debeamus & obligati sumus domino Deo creatori, saluatori, & redẽptori nr͂o: presertim autẽ considerantes huius sacratissime diei solennitatem, qua sancta mater Ecclesia ad memoriã adducit illud singulare remediu͂: quod Deus oipotens in salutem nostrã operari dignatus est: quia hodierna die vnigenitum suum a se eternaliter genitum, consubstantialem, coomnipotentem, Deu͂ veru͂ humana carne de sacratissima virgine sine aliqua macula vel sorde peccati Spu͂s sancti virtute assumpta tẽporaliter nasci voluit ad nostram salutem operandam: & ad eruendu͂ nos de infinitis malis quibus eramus oppressi. Eramus enim serui omni libertate priuati: & sub iugo diabolice & crudelissime captiuitatis astricti. Eramus vulnerati & infirmi peccatorum & sceleru͂ iaculis. Eramus demu͂ exules a celesti patria, & infernalibus claustris mancipati. Et ab his omnibus per hanc sacratissimã natiuitatem sumus liberati. Eramus inquam primo serui, & omni libertate priuati pp pcm͂ primi parentis nostri: & in nos diabolus impiam tyrannidem exercebat: nec vlla humana virtute poteramus liberari: & ideo venit ad nos dn͂s noster Deus verus, homo verus, qui hodie natus ex virgine sacratissima a tali nos seruitute liberauit. Unde Apostolus Paulus ad Gal. 4. capit. dicit, Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos q sub lege erant redimeret, scilicet a miserabili seruitute. Et Isa. 26. capit. Domine Deus noster possederunt nos domini, s. diaboli, absque te propterea visitasti, supple humanum genus, & cõtriuisti eos scilicet demones. Eram⁹ secu͂do vulnerati, & sauciati,

ac infirmi vulneribus petõrum, & debilitati iaculis petõrum, & moribus malarum operationum & inclinationum: nec bonum facere poteramus propter infirmitates nostras. Gen. 6. cap. Sensus & cogitatio humani cordis ad malũ prona sunt ab adolescentia sua. Venit ergo de celo singularis medicus: qui unctione misericordie sue gratia sua nos sanauit, solidauit, & roborauit ad faciendum bona opera: & oleo misericordie sue nos perunxit. psalmus. Misit verbum suum, idest filium suum, & sanauit eos, scilicet homines. Unde beatus Bernardus in sermone de vigilia natiuitatis Domini dicit. Jesus Christus filius Dei in Bethelee Jude nascitur. Vos qui in puluere estis expergiscimini & laudate. Ecce Dominus cum salute venit, venit cum vnguentis, venit cum gloria: Neque enim sine salute Jesus: neque Christus sine vnctione: nec sine gloria venit filius Dei. Siquidem ipse salus, ipse vnctio, ipse gloria. Eramus tertio exules a celesti patria, & paradisi porta clausa erat omnibus hominibus propter inobedientiam Ade: nec vllus poterat eam introire. Venit ergo Dominus noster: qui deuicta morte ianuam paradisi omnibus credentibus & bene operantibus patefecit, & celestis regni heredes nos fecit. De his beatissimus Leo Papa in sermone huius diei sic inquit. Quisquis igitur christiano nomine pie, & fideliter gloriaris, reconciliationis huius gratiam iusto perpende iudicio. Tibi enim quondam abiecto, tibi extruso a paradisi sedibus, tibi per exilia longa morienti, tibi in cinerem & puluerem dissoluto, cui iam non erat spes vlla viuendi, per incarnationem verbi potestas data est: vt de longinquo ad tuum reuertaris auctorem: recognoscas parentem: liber efficiaris ex seruo: de extraneo proueharis in filium: vt qui ex corruptibili carne natus es, ex Dei spiritu renascaris: & obtineas per gratiam quod non habes per naturam. Hec tria charissimi proposita verba breuiter continent: quia natus est nobis saluator: qui nos ab inimicis liberauit: quia natus est Christus, qui vnctione misericordie sue nos a peccatis sanauit: interpretatur enim Christus vnctus: quia natus est nobis Dominus .s. vniuersorum, qui dedit nobis gloriam suam per eternam beatitudinem. Jdeo suscipere debemus gaudium magnum: quod nobis Angelus euangelizauit, sicut dicit sanctus Leo Papa: Saluator nr̃ dilectissimi

ptuagesima, in qua ecclesia commemorat tempus pręuarica-
tionis Adę, ⁊ cantica lętitię interdicit, scilicet Alleluia. Subse-
quenter xviij. die post Septuagesimam erit dies cinerum, siue
caput ieiunij, siue prima dies Quadragesimę, quę erit hoc an-
no die N. mensis N. in quo debetis considerare fragilitatem
vestram: ⁊ ex humilitate suscipere cineres super capita vestra:
⁊ qui possunt debent omni die, exceptis dominicis, ieiunare vs-
que ad scm̄ pascha. Quo tp̄e debetis vos disponere ad bonum:
odia relinquere, mala ablata restituere, eleemosynas plus soli-
to facere: eccl'as, p̄dicationes, ⁊ indulgentias libenter visitare,
audire ⁊ inquirere. Et vt sitis magis capaces: ⁊ vt meritorie ta-
lia bona facere possitis in principio Quadrag. oīa petā vr̄a cōfi-
teamini integral'r. Subsequenter die tali N. mēsis N. erit sctū
pascha: qd̄ dn̄s sua gr̄a vos lętanter ⁊ cū pura ↄ̄scia celebrare,
⁊ sacratissimū sacr̄m digne suscipere cōcedat. Post trigesimūse-
ptū die a pascha. s. trigesimoseptimo, sunt dies Rogationum, in
quibus fiunt p̄cessiones gn̄ales pro ira Dei placanda: ⁊ p̄ con-
seruatione frugū: ⁊ hoc anno incipient die N. mensis N. Qua-
dragesimo die a paschate est festum Ascensionis: quod erit die
N. mensis N. Et post dies decem erit festum Pentecostes: in
quo dominus misit spiritum sanctū in apostolos: quod erit die
N. mensis N. Ad quod debetis vos humiliter pręparare: vt gra-
tiam sancti spiritus recipere possitis. Sequenti dominica erit
festū sanctissimę Trinitatis. Et fer. v. i. die iouis sequēti erit fe-
stū sacratissimi Corporis Chr̄i: qd̄ erit die N. mēsis N. Demū ite-
rū aduentus dn̄i. i. prima dn̄ica Aduent. Dn̄i erit Die N. mensis
N. Hęc sunt charissimi tp̄a, ⁊ hi dies: in quibus festa huius anni
concedente domino celebrantur. Et licet transeant omnia quę
temporaliter festiue celebrant̄: curare tamen debemus ita eas
celebrare: vt in earum celebratione apud Deum aliquid adipi-
scamur. Curate ergo vos qui huiusmodi solennitatibus inter-
estis: ne ab ęterna solēnitate separemini. Quid enim vobis pro-
derit interesse festis hominum, si contingat deesse festis ange-
lorum? Pręstet concedatq; vobis dominus tales celebritates
sancte ⁊ pure celebrare: vt ad perpetuas celebritates perueni-
re valeatis. Pręstante domino Jesu Christo: qui hic gratiam
suam, ⁊ in futuro gloriā nobis sua benignitate concedat. Amē.

¶ In die sancto Paschę Sacerdos in Missa post offertorium conuersus ad populum poterit ita eum alloqui: vel alter: vt placuerit ei.

Haec dies quam fecit dñs: exultemus & letemur in ea. ps 117. Hodie dilectissimi est festuz Paschę. s. Resurrectionis dñi nři Jesu Chři. Pascha enī trāsitus dr: & dñs nr̄ Jesus Chřs transiuit de morte ad vitā gloriosam, & sempiternā. Et licet festa alia. s. Annunciationis, Natiuitatis, & Passionis dñi, q? in his recepim⁹ maxima beneficia: q? in primo incarnatus est: in secūdo manifestatus, in tertio nos suo p̄cioso sanguine redemit, sint summe veneranda: in festo tñ Resurr. magis tenemur Deo grās agere: quia in eo habuimus certā securitatem vitę eternę. Et ppea debemus gaudere, & letari in ea: q? hec dies quam fecit dñs securitatis & certitudinis salutis nrę. Est aūt multiplex rō, quare debemus in hac die exultare & letari. Prima q̄a nos satiauit hodie suo sacratissimo corpore & sanguine: quia famelicus valde gaudet bona comestione. Quam p̄ciosa aūt sit comestio quā hodie sumpsimus, ex hoc apparet: q? preciosissimum corpus, & aīa, & diuinitas dñi nři Jesu Christi: in qua significatur status beatitudinis: in qua dabit seipsum inseparabiliter & inamissibiliter, & immediate visibiliter. O quale donum, vbi Deus dat seipsum: in quo est oē qd desiderari pōt: & nunquaz recipiens digne poterit esse pauper. O quā vere pauper est, qui tali cibo non est cibatus: quia non suscipit vitā grę, quę in tali sacro est. Scđo debemus gaudere: quia de inferno nos liberauit: qui descendens ad infernum ɔtriuit portas ęreas, & vectes ferreos cōfregit, p̄s 106. Portę ęreę inferni sunt cupiditates & vitiosę cōsuetudines oīum, quę non sinunt clausos in eis exire. Sed Chřs tanq̄ alter Sanson appręhendit ambas fores. i. cupiditates, & malas cōsuetudines: & eas super se tulit, eas sua passione delendo: & ipse ascendit montē. s. cęlū empyreū. Judi. 16. Tertio debemus gaudere pp Resurrectionem suā q? in ipsa dedit nobis certitudinez cognitionis. Nā multū gaudet qui desideratū videt. Ante resurrectionē Chřs erat absconditus quo ad diuinitatē sub velo humanitatis: ideo non poterat cognosci: sed hoc die apparuit eius diuinitas in resurrectione gloriosa. Jo. 12. cap. Hoc nō cognouerūt discipuli eius primuz:

sed qñ glorificatus est Jesus, recordati sunt, qr hec scripta erant de illo. Quarto debemus gaudere z letari in eius resurrectione: qr per eã ianuam celi nobis aperuit: z sibi z sanctis Angelis sociauit. Multũ aũt gaudere debet: qui ad societatẽ principum deducũtur. Nõ solũ aũt ianuã celi aperuit: sed ẽt, quatuor dotibus insignibus corpus nostrũ dotabit. s. subtilitatis, claritatis, impassibilitatis, z immortalitatis: quas oẽs eius corpus post resurrectionẽ habuit: quas dotes ẽt nos habebimus, si eius mandata seruauerimus: qr tales vult apud se hr̃e, z glorificare. Hec oĩa a sctĩs Doctoribus clarissime declarant, que breuitatis causa pertranseo. Igit̃ hodierna die debemus exultare z letari: quia dñs eã fecit. Et notandum q̃ dñs hac die sue resurrectionis apparuit decẽ generibus personarũ, que figurant personas, que digne erunt eterna glorificatione. Primo penitentibus. s. Marie Magdalene peccatrici, sed penitenti. Ista apparitio fuit figurata in manna. Exo. 16. cap. Ubi dĩ q̃ apparuit manna in solitudine minutũ, z quasi pilo tusum, in similitudinẽ pluuie super terrã. i. manna diuine grẽ apparuit penitenti minuto in contritione, z tuso in cõfessione, quasi pluuia in satisfactione. Secũdo feruentibus. s. tribus Marijs: vnde venerabilis Beda: Consulens imbecillitati querentiũ, primo venientibus ad monumentum feminis suo amore feruentibus, z curiosius inquirentibus, angelorũ visionẽ ostdit: z tandẽ ipse dñs virtutũ eis apparens, quanta potentia mortẽ quã ad horã gustauerat deuicisset, aperuit. Significat q̃ feruentes in bonis operibus Chr̃m merentur. Sap. 5. cap. Sapientia, idest Chr̃s eterna Dei sapientia, inuenitur ab his qui querũt eũ. s. cum feruore: sicut fecerunt iste sancte mulieres. Tertio amare flentibus: z hoc figurat in Petro, cui dñs apparuit. Luc. 23. Surrexit dñs z apparuit Simoni, idest Petro, qui amare fleuit pctm̃ suum. Et de ipso scribitur Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans, rursumq; edificabo te. i. dñs apparet flentibus peccata, z reedificat ad vitã grẽ. Quarto apparuit charitatẽ hñtibus: z hoc significatur in duobus discipulis euntibus in Emaus, qui charitatiue inuitauerunt immo coegerũt eum, vt secũ hospitaretur. Quinto his qui sunt clausi sensibus corporis: z mentẽ eleuant ad cõtemplationẽ, z hoc figuratur in Aplĩs, qui erant clausi absente

 Tho=

Thoma, Sexto veram fidez habentibus: quod signatum fuit in apostolis, qui simul cū Thoma erant ꝯgregati: ꝛ Thomas eum verum Deuz ꝛ verum hoīem est confessus. Septimo predicatoribus ꝛ doctoribus, quod figuratum est, qñ discipulis ad mare Tyberiadis piscantibus apparuit, ꝛ eos piscari docuit. i. doctores ꝛ predicatores semper instruit. Octauo his qui transeunt a culpa ad grām: quod figuratur in apparitione facta discipulis in Galilea: que transmigratio interpretatur. Nono his qui digne sumunt sacrm Eucharistie, quod figuratur quando apostolis recumbentibus in cenaculo dñs apparuit. Decimo, habentibus misericordiam proximo, ꝛ tribulatis ex compassione mentis: quod figuratur qñ apparuit discipulis, qui tristes erant de suo recessu: ꝛ duxit eos in montem Oliueti: ꝛ benedixit eis: ꝛ in celum ascendit. Conemini igitur charissimi habere has proprietates: vt digni sitis ꝙ Christus vobis per gratiam spiritualiter appareat. Unde beatus Augustin. in sermone de hac die dicit. Peccator de indulgentia desperare non debet: Si eñ latro paradisum meruit: cur nō mereatur veniam christianus: Et si illi dominus dum crucifigitur miseretur: multo magis huic miserebitur duz resurgit. Nam si passionis humilitas Deum prestitit confitenti: resurrectionis gloria quantum tribuet deprecanti? Igitur cum beato Propheta ꝛ Rege Dauid: cum hec sit dies quam fecit dominus, exultemus ꝛ letemur in ea. Ut ad veram resurrectionem nos perducat Jesus Christus dominus noster per gratiam, ꝛ in futuro per gloriam. Amen.

¶ In celebratione nuptiarum sermo.

Honorabile connubiū in omnibus thorus immaculatus: fornicatores enim ꝛ adulteros iudicabit Deus: Apost. Paulus ad Heb. 13. concedente domino celebraturi sacramentuz matrimonij inter istas personas, Charissimi, pro aliquali breui vestrū consolatione aliquot verba duxi charitatibus vestris ad hoc propositum inducere, ꝛ pro oīum informatione. Unde scire debetis, ꝙ fuerunt quidaz heretici pessimi, qui Tatiani ꝛ Martiani dicti sunt: qui omnino damnabant sacrm matrimonij: illud fornicarijs ꝛ raptoribus comparantes. Uerum ecclesia catholica hoc errore damnato nuptias legitime factas approbauit: vt habetur dist. 33. ca.

Si qua mulier. &c. Siquis propter Deum. &c. siquis vel virginitatem. oc sum. Trin. & fi. catho. Non solum virgines & continentes & viduę, sed etiam coniugati per rectam fidem & operationem Deo placentes ad ęternam merentur beatitudinem per uenire. Ad quod propositum etiam loquuntur verba Apostoli Pauli per me assumpta, honorabile connubium in omnibus thorus immaculatus &c. Quod quidem honorabile redditur ex tribus presertim. Ex diuina institutione. Ex laudabili conuersatione. Ex prolis educatione. Primo dico q̃ Deus matrimoniũ instituit i triplici lege, scilicet, Naturę, Scripturę, & Gratię. In lege quidem naturę fuit institutum matrimonium in paradiso ante peccatum in officium. Gen. 3. vt sine ardore conciperent, & sine dolore parerent. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhęrebit vxori suę, & erunt duo in carne vna. Fuit etiam institutum post peccatum in remedium: ad euitandum illicitos motus. Gen. 9. Crescite & multiplicamini, & replete terraȝ. Prima institutio facta est vt natura multiplicaretur: Secunda vt natura expleretur, & vitiuȝ cohiberetur, vt dicit Magister in 4. sent. dist. 27. capitu. 2. Institutum etiam in lege scripta scilicet Moysi, Deus pręcepit Judeis, ne contraherent matrimonia cum infidelibus, sed cum illis de domo sua 30. q. 2. cap. Cum igitur. §. Hac itaque consuetudine. Institutum est etiam in lege Christi, idest gratię. Matth. 12. Quos Deus coniunxit homo non separet. Unde ex desponsata nasci voluit, & nuptijs voluit interesse. Jan. 2. capi. vt matrimonium confirmaret. Hinc est, q̃ omnes pene santi patres veteris testamenti habuerunt vxores. s. Adam. Enoch. Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moyses, Aaron, David rex & Propheta, Job, Tobias: Ezechias rex: Josias: & hi omnes fuerunt maximi amici Dei: qui ex matrimonio placuerunt. Non solum isti, sed multi alij patres fuerunt vxorati: qui diuinam institutionem seruantes coniugati fuerant. Secundo honorabile est matrimonium ex laudabili conuersatione, quam habere debent coniuges inter se: & hoc apparet in sex regulis, quę signantur per sex hydrias positas in nuptijs: quibus Christus interfuit in Chana Galileę, quas habere debent coniuges: si volunt laudabiliter

liter viuere. Prima est q vir ds diligere vxores, & vxor virū non amore ribaldorum, sed virtuosorum. Ad Ephe.5. Viri diligitē vxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam. Christus autem dilexit Ecclesiam vero amore, & animam suam posuit pro ea. Vir autem qui vxorem suam diligit, seipsum diligit, vt dicitur ad Ephes.5. Iste amor debet habere quatuor, scilicet maioritatē, perpetuitatem, precordialitatem, & singularitatem: quę figurantur per annulum, qui significat coniunctionem viri & mulieris. Nam annulus debet esse aureus: quoniam ille amor excedit omnes amores, sicut aurum metalla. Secundo annulus est rotundus, quia amor ille nunquam debet finiri nisi per mortem. Tertio in digito quarto ponitur, ex quo vena procedit ad cor. Quarto est vnus & non duo: quia coniugium sanctum & immaculatum non admittit alium virum, nec aliam vxorem. Secunda regula est, q vir debet corripere vxorem suam, & mulier debet timere virum suum. Ecclesiast.25. Si non ambulauerit ad manum tuam confundet te in conspectu inimicorum tuorum. Sunt autem tria genera mulierum, quędam sunt probatę, & istis non sunt imponendę leges: quia tales delectant virum. Ecclesia.26. Mulier fortis oblectat virum suum. Alię suspectę: & istę sunt arctandę legibus, & sub manu viri tenendę: aliter magnum periculum est. Quędam sunt medię: quia adhuc non bene probatę: & istę nec nimis arctandę, nec nimis laxādę sunt. Est autem vxor corripienda tribus modis. Primo, secundum timorem Dei. Secundo, secundum confusionem mundi per opprobria. Tertio, baculo: vt dicit Chrysostomus super Matthęum. Tertia regula, vir debet honorare vxorem suam, & ipsa virum suum reuereri.1.Pet.3. Infirmiori vasculo honorem impertientes. Tenetur enim vir magis honorare vxorem, quam vxor virum: exemplum de phiala & mortario: & vxor debet reuereri virum verbis, & opere: exemplo Sarę, quę virum suum dominum appellabat. Quarta regula est, q vir debet conuersari & cohabitare vxori: nec ipsa debet a viro suo discedere. Nam talis separatio est causa multorum malorum. Unde nec propter infirmitatem, nec propter quamcunque aliam causam vir debet dimittere vxorem, nec vxor virum, excepta causa fornicationis. Matth.5. Omnis qui reliquerit vxorem suam, excepta

causa

causa fornicationis, facit eam mechari. Et Apostol. 1. ad Cor. 7. Precipio nō ego, sed dominus, q̄ vxor nō discedat a viro. Quinta regula est. vir debet vxorem suam gubernare, et ipsa virum suum iuuare. Nā tenetur eam alere, et vestire, etc. Cōtra illos qui comedunt oīa que hñt in tabernis: et vxor remanet domi siccis dentibus: et etiā vxor debet iuuare virum iuxta illud. Gen. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Sexta regula, vir debet reddere debitum vxori, et vxor viro. 1. Cor. 7. Uxori vir debitum reddat: similiter aūt viro mulier. Uxor em̄ non habet ptātem sui corporis, sed vir: similiter vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Nolite fraudari adinuicem, nisi ex cōsensu ad tps, vt vacetis orationi: et iterum reuertimini in idipsum: ne forte tentet vos satanas pp incontinentiam vr̄am. Debent autē abstinere a coitu coniuges tpe cōionis, festiuitatum, ieiuniorum, cōceptus, et ablactationis pueri: et tpe menstruorum. Iste sunt sex hydrie posite ad purificationē matrimonij. Tertio est honorabile matrimonium ex prolis educatione. De hoc dicit David psal. 127. Filij tui sicut nouelle oliuarū, scilicet pulchri moribus, semp virides virtutibus, victoriosi in tribulationibus et tentationibus: oleum producentes in miserationibus. Equidem habere bonos filios et bonas filias nō est in potestate parentū, sed Dei miserentis. Legimus em̄ multos sanctos patres filios pessimos habuisse: sicut Abrahā: Ismael, Isaac, Esau, Jacob filios, qui Joseph frēm vendiderunt, Ezechias rex Manassem: et cōtra mali pres habuerunt bonos filios, sicut Amon Josiam. Debent tñ pater et mr̄ sicut nutriunt corpus filij: ita ēt aīam instruere per bonam doctrinam. Et qñ quis vxorem accipit: ſm Chrysost. debet inuestigare vitam parentum eius: quia vt plurimum filij moribus assimulantur parentibus. Et sepius mediatores nuptiarum multa mendacia dicunt. s. q̄ pessima iuuencula dicetur bona, et lusor, et ebriosus dicetur modestus: et hoc est magnum pctm̄. Ideo parentes debent filios suos, et filias admonere vt sint puri in exteriori conuersatione, remouendo eos ab inhonestis, et assuefacientes eos laboribus et literis: ab eis societates malas amouēdo: ad ecclesiam sepe eos ducentes tam filios quam filias, contra illos qui filias domi relinquunt solas etc. sepe eos, cum vacat, in societatem ducere debent, et vt optimi sint curare tenentur.

tur. Istis igitur modis honorabile erit connubium, et thorus immaculatus. Et sic faciendo et hic habebitis gratiam, et in futuro gloriam Ad quam nos perducat Jesus Christus dominus noster, qui cum patre et Spiritu sancto viuit et regnat per omnia secula seculorum Amen.

¶ In electione alicuius prelati, scilicet Plebani, Archipresbyteri vel Rectoris alicuius Ecclesie, Sermo.

¶ Sacerdos maior illius Ecclesie, vel alius cui id commissum fuerit, congregatis electoribus pro electione, poterit infrascripta vel similia verba pro future electionis celebratione exhortatorie ipsis facere.



Ec quisquam sibi sumat honorem, sed qui vocatus est a domino tanquam Aaron. Heb. v. capi. Celebraturi electionem futuri Plebani, domini obseruandissimi, nō incōgrue verbum prefatū assumpsi. quo clare et euidenter Apostolus Paulus qualem prelatum debeatis eligere vobis insinuat, videlicet, talē qui huiusmodi honorem ambitiose non querat, qui secundum voluntatē Dei sit, et qui ornatus virtutibus tanquam Aaron existat. Non enim huc conuenistis vt terrenum et corporis vobis eligatis prefectum: sed vt pastorem animarum vestrarum, mediatorem inter vos et Deum: qui vos Deo omnipotenti reddat gratos et acceptos: qui animarum vestrarum saluti intentus sit, diligens viciorum correptor, et virtutum plantator in vobis existat. Qui doctrina, exemplis, opere et charitate, ad eternam vos salutem perducat. Cum igitur spiritualem patrem eligere et animarum vestrarum curatorem creare debeatis: tanto magis debetis eniti ad talem electionem: quanto maior et potior anima corpore existit. Hoc autem facietis: si ea que vobis beatus Apostolus proponit, seruaueritis, videlicet quod eligatis non eum qui arroganter sibi hanc plebem vsurpare conatur, sed virum a Deo vocatum et virtuosum: prout dicebat thema assumptum. Neque quisquā sibi sumat honorem: sed qui vocatus est a Deo tanquam alter Aaron. In quibus verbis tria facit Apostolus. Primo ambitiosum excludit. Secundo canonicam institutionem inducit. Tertio dignam executionem exprimit. ¶ Primo ergo ambitiosum excludit. Sunt enim qui appetunt aliis preponi:

poni: non vt eis prosint: sed vel vt alijs sint superiores, vel propter diuitias, vel propter proprias commoditates. Hos tales excludit Deus. ps. lxxiij. Peccatorum constringam cornua. s. ambitionis, et exultabunt cornua iusti: et Amos. 6. cap. Nunquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Et sanctus Leo Papa, vt habetur. i. q. 1. capi. principatus. sic ait. Principatus quem metus extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus vel actibus suis non offendat, ipsius tamen initij sui exemplo est perniciosus: et difficile est vt bono peragantur exitu, que malo sunt inchoata principio. Et beatus Augustinus, vt habetur. 8. q. 1. Capit. Qui episcopatum. Locus superior, sine quo regi populus non potest: etsi tenetur et administretur vt decet: tamen indecenter appetitur. Propterea sancti cum eligebantur a populis ad prelaturas, fugiebant, renuebant, et acceptare recusabant. Exemplū habemus de sancto sanctorum Christo domino, qui sciens quod populus eum volebat facere regē, aufugit, Joan. 7. et sancti Gregorius, Ambrosius, Augustinus, et multi alij electionem de se factā nisi coacti recipere noluerunt: vt ostēderēt nemini ē p ambitionē ad prelaturā assumēdum. Cū igitur intelligatis inconuenientiā ambitionis in prelatis, studeatis talē eligere, qui hoc vitio careat: vt ipse et sue et vestre saluti consulere possit: et sit vt seruus fidelis, qui domini sui gregem humiliter pascat: et non vt dominus cleri et populi: qui omnes velit despicere, et seipsum extollere. Unde pastor Ecclesie Beatus Petrus Apostolus veros prelatos admonet dicens: Pascite qui in vobis est gregem Dei: prouidentes non coacte, sed spontanee secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcescibilem glorie coronam. ¶ Secundo canonicam institutionem inducit: quia a Deo vocatus. Dicit enim a Deo vocari, q sm canonicas institutiones Dei Eccl'e instituitur. Nam de malis rectoribus Deus dicit. i. Regū. Fecerūt sibi regē et nō p me, principē, et non p cōsiliū meum. Sup quo verbo Beatus Hieronymus, vt habet. 1. q. 1. in ca. Audacter. Audacter fortasse aliquid dicimus, tñ qd scriptū est dicimus. Non semper princeps populo et iudex Ecclesie per Dei arbitriū dat, sed put merita nostra deposcūt. Si mali sunt

actus

actus nostri, et operemur maligna in conspectu domini, nobis dantur principes secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi nanque quid dñs dicat. Fecerunt sibi regem, et non per me. Et hoc dictum vz de Saule illo, quē vtique ipse dominus elegerat, et regē sibi fieri iusserat. Sed qm̄ non scḋm Dei voluntatem, sed scḋm meritum pctōris populi fuerat electus, negat eum sua voluntate et cōsilio cōstitutum. Tale ergo aliquid intelligamus in Ecclesijs fieri, q pro meritis aut in verbo aut in opere potens tribuitur rector Ecclesię: aut si malignū faciat populus in conspectu dñi, et tales perseuerent, talis Ecclesię iudex datur, sub quo famem et sitim populus patiatur, non famem panis, nec sitim aquę, sed famem audiendi verbi Dei. Qualis aūt eligendus sit prelatus, Idem Hiero. 7. q. 1. c. Licet, sic dicit. Requiritur ergo in ordinando sacerdote populi pñtia, vt sciant oēs, et certi sint, q qui prestantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior ille eligitur ad sacerdotium. Non igitur eligendus est Plebanus pp preces parentum, amicorum, et (quod turpe est dictu) infamium personarum: sed pro Dei reuerentia talis eligendus est, qui possit populo prodesse, cuius vita probata sit et laudata, et omnibus eius probitas manifesta. ¶ Tertio videre debemus in sacerdote eligendo dignam executionē. s. q exequatur digne opus Dei: et hoc ibi, tanquam Aaron. Aaron em̄ quadruplici signo in virga ostensus est vocatus a dño: per quatuor illa spiritualiter habita vz quis vocatus esse a Deo in prelatura. ¶ Primum fuit in virga germinatio, et intelligitur delinquētiū correctio, quę debet esse in prelato. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, quod interpretatur zelus. Unde August. 24. q. 3. Corripiantur a prępositis subditi, correptionibus de charitate venientibus, pro culparum varietate diuersis, vel minoribus, vel amplioribus. et infra: Pastoris officium est, cum necessitas habet, ne per plures serpant dira cōtagia, separare ob omibus sanis morbidā, ab illo cui nil est impossibile ipsa forsan separatione sanandā. ¶ Secundum qḋ fuit in virga Aarō est, q postmodum floruit, in quo significatur honesta conuersatio. Eccle. 24. Flores mei fructus honoris et honestatis. Unde beatus Hiero. 8. questio. 1. dicit: qualis erit ędificatio discipuli, si intelligat se magistro esse maiorem? Unde non

solum

solum epi, presbyteri, et diacones debent magnopere prouidere, vt cunctũ populũ cui præsident cõuersatione et sermone prędicant: verum etiam inferior gradus, vt exorcistę et cęteri omnes omnino qui domui Dei deseruiunt: quia valde Dei Ecclesiam destruit, laicos meliores esse quam clericos. ¶ Tertium est quod virga Aaron fronduit: in quo significatur verbi prędicatio. ps. 1. et folium eius non defluet. Unde distin. 44. §. 1. dicitur quod innocens absque sermone conuersatio, quantum ędificat Ecclesiam in exemplo, tanto nocet silentio, et beatus Aug. in c. Sit rector. Ibidem idem habetur: et sunt verba Gregorij. ¶ Quartum est quod in virga amygdalas produxit: in quo notatur compassio. Thess. 5. c. Suscipite infirmos: et Leo Papa distin. 86. Odio habeantur peccata, non homines: corrigantur tumidi: tolerentur infirmi. 16. q. 1. Clemens. Si tãquam omnibus pręesse volueris, singulos prout poteris iuua: et singulos releua: qui et singulorum onus ac solicitudinem portas. Ea propter domini mei obsecro vos: vt his et alijs quę adduci possent consideratis: talem eligatis huic Ecclesię in pastorem, qui vobis et ei possit prodesse et non obesse. Unde audiatis beatissimum Leonem Papam dicentem: et habetur 61. dist. c. Miramur. Miramur apud vos tantum aut occasionem temporis impacati, aut ambientium pręsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, quod indignis quibusque et longe extra meritum sacerdotale constitutis pastorale fastigium et gubernatio Ecclesię committeretur. Non est enim hoc populo consulere, sed nocere: non pręstare regimen, sed adiuuare discrimen. Integritas enim pręsidentium salus est subditorum: et vbi incolumitas est obedientię: ibi est sana forma doctrinę. Quod si quibuslibet Ecclesię gradibus solicite, prouidenterque curandum est: quanto magis elaborandum est vt in electione eius, qui super omnes constituitur non erretur? Nam totius familię domini status et ordo mutabitur: si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Cunctis ergo dignum Ecclesię vestrę domini honorandissimi et pręstantissimi eligere pastorem: vt cum eo et hic gratiam, et in futuro gloriam adipisci mereamini.

Duę numerum Tabellę ex Breuiarii rubricis excerptę.

In quarũ prima statim videri poterit de qua celebrandum erit Officium, si plures eodem die festiuitates occurrant: Lectis tamen prius, quę sint primę, vel secundę Classis festiuitates & Dominicę, vt inferius patet.

In secunda autem, quomodo festum pręcedens concurrat in Vesperis cum sequenti.

Ex vtrisque Tabellis hoc ordine reperietur, quod quęritur.

¶ Inueniatur antea numerus appositus in quadrangulo illo, in quo festiuitates de quibus est controuersia sibi inuicem occurrunt: deinde legatur Versiculus, iuxta dictum numerum descriptus, & ex eo clarissime videbitur, quicquid agendum fuerit.

¶ Ad maiorem autem prędictorum intelligentiam sciendum erit, q̄ Quadrangulus, in quo festiuitates sibi inuicẽ dicũtur occurrere, intelligitur ille, ad quem ambę festiuitates, de quibus controuersia est, ex eorum locis recto tramite progredientes, perueniunt, ac in eo sibi inuicem occurrunt: Vt exempli gratia, Quadrangulus in quo sibi inuicẽ occurrunt duplex primę Classis, & Dominica primę Classis, erit qui est in angulo superiori primę Tabellę, in quo signatus est 1. quia si ad eum, tam Duplex, quam Dominca prędicta, ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo sibi inuicem occurrerent: & Versiculus iuxta dictum numerum appositus erit iste.

1 Translatio de Primo, & officium de Secundo; idest Duplex primę Classis prędictum transferatur, & Officium fiat de Dominica primę Classis prędicta: quia cum in Versiculis dicitur de primo, seu pręcedenti, intelligendum est de Festo in superiori parte Tabellę apposito, vt Duplex prędictum: cum de Secundo, vel sequenti, de Festo in inferiori parte apposito, vt Dominica prędicta.

Duplex

	Simplex.	Sancta Maria in Sabbato.	Semiduplex.	Duplex.	Patronus Ecclesię.	Dies octauę.	Dies infra octauam.	Dominica per annum.	Dñica secundę Classis.	Dñica primę Classis.
Duplex primę Classis.	6	6	2	2		4	6	4	4	1
Duplex secundę Classis.	4	6	2	2		4	6	4	1	1
Duplex.	4	6	2	8	1	1	4	4	1	1
Patronus Ecclesię.	6	6	2	2	0	4	6	4	4	1
Dies infra octauam.	4	6	3	3	5	3	7	3	3	3
Dies octauę.	4	6	2	2	3	7	4	4	3	3
Semiduplex.	4	6	0	1	1	1	4	1	1	1
Sancta Maria in Sabbato.	4	0	5	5	5	5	5	0	0	0
Simplex.	0	3	3	3	5	3	3	3	3	3

1 Translatio de pri. officium de scdo.
2 Officium de pri. Translatio de scdo.
3 Cōme. de pri. officiū de secundo.
4 Officiū de pri. Cōme. de secundo.
5 Nihil de pri. Officiū de secundo.
6 Officium de pri. Nihil de secundo.
7 Officium de digniori, Cōmemoratio de minus digno.
8 Officium de digniori, Translatio de minus digno.

¶ De ferijs Aduentus, Quadrag. Vigiliarum & Rogationum, fit semper officium, nisi occurrente in eis festum nouē lect. quo casu de ferijs Aduētus, & Quadragesimę, fit Commemoratio in vtrisque Vesperis, ac in Laudib. de Vigilijs autem, Quattuor temporibus, & Rogationibus, in laudibus tātum. De alijs ferijs per annum nunquam fit commemoratio, nec de vigilijs occurrentibus in Aduentu, Quadrag. & Quatuor Temporibus, vel occurrente in illis Duplici primę & secundę Classis, seu Patrono Ecclesię.

¶ Cum plures fiunt comme. fiunt hoc ordine. De duplici, de dominica, de die infra octa. de Semid. de feria, & de simplici.

¶ Commemorationes autem de Dominica, de Octaua, de festo Semiduplici, & de Sancta Maria in Sabbato in Vesperis sextę Ferię, precedunt commemorationi simplicis sequentis diei.

Duplicia

Duplicia primæ Classis.

In quibus nulla fit cōme. quorumcunque Festorū occurrentium, nisi titularis Ecclesiæ priuilegio aliter fieri oporteat.

Natiuitas Domini.
Pascha resurrect. Cum tribus præcedentibus, & duobus sequētibus diebus.
Ascensio Domini.
Pentecoste cū duob. seq. dieb.
Corpus Christi.
Natiuita. S. Joannis Bapt.
Festū SS. Apostolorum Petri & Pauli.
Assumptio B. Mariæ.
Festum omnium Sanctorum.
Dedicatio propriæ Ecclesiæ.

Duplicia secundæ Classis.

In quibus de simplicib. fit commemor. in Laudibus tantum.

Circumcisio Domini.
Dominica in albis.
Festum sanctissimæ Trinitatis.
Purificatio. / Annunciatio. / Natiuitas. } S. Mariæ.
Festa Apostolorum.
Festa Euangelistarum.
Festa S. Laurentij.
Dedica. S. Michaelis Archā.
Dupl. vel semid. occurrens in vigil. Nat. Dñi, & Pētec. in fer. iiij. Cinerum, ac in tota maior: hebdomada transferatur.

Dominicæ primæ Classis.

Quæ nunquam omittuntur.

Prima Aduēt⁹. Prima quadr.
Passionis. Palmarum.
Paschæ. In Albis.
Pentecostes. Trinitatis.

Dominicæ secundæ Classis.

Quæ non omittuntur nisi occurrente Patrono Ecclesiæ.

Secunda / Tertia / Quarta } Aduentus.
Dominicæ { Septuagesimæ / Sexagesimæ / Quinq̄gesimæ.
Secunda / Tertia / Quarta } Quadragesimæ

Infra octauas Epiphaniæ, paschæ, & pentecostes, non fit de duplici, vel semidup. sed transfertur.

Infra octauam Corp. Christi, semiduplex tantum transfertur: & de ea, quocunque adueniente duplici, fit commemoratio.

Dies octauæ nunquam transfertur: ideo quamquam Natiuitas sancti Joannis Baptistæ occurrens in die Corporis Christi, transfertur in sequentem, non tamen transferatur octaua.

Quando concurrit.

	cum Feria.	cum Die octauę.	cum Die infra octauam.	cum Dominica.	cum Sancta Maria in sabbato.	cum Simplici.	cum Semiduplici.	cum Duplici.	cum Patrono Ecclesię.	cum Duplici primę & secdę Classis.
Duplex primę & secundę Classis.	3	4	4	4	4	4	4	4		6
Patronus Ecclesię.	3	4	4	4	4	4	4	4	0	
Duplex.	3	6	4	4	4	4	4	6	1	1
Semiduplex.	3	2	6	6	4	4	6	2	1	1
Simplex.	1	1	0	0	5	5	1	1	4	1
Sancta Maria in sabbato.	0	0	0	5	0	0	0	1	1	1
Dominica.	3	2	4	0	0	4	4	2	1	1
Dies infra octauam.	0	2	7	6	0	0	0	2	1	1
Dies octauę.	3	6	4	4	4	4	4	6	1	1
Feria.	5	1	0	5	5	5	1	1	1	1

1 Totum de sequenti, & nihil de precedenti.
2 Totum de sequenti, & commemoratio de precedenti.
3 Totum de precedenti, & nihil de sequenti.
4 Totum de precedenti, & commemoratio de sequenti.
5 Capitulum de sequenti, & nihil de precedenti.
6 Capitulum de sequenti, & commemoratio de precedenti.
7 Totum de digniori, & commemoratio de minus digno.

¶ Sed notandum, q̄ de Dominicis Aduētus, & a Septuagesima vsque ad octauam Paschę inclusiue, fit commemo. in secundis Vesper. quocunque adueniente festo in ij. Fer.
¶ Et q̄ in ij. Vesper. diei octau. Epiph. Paschę, Ascens. Pentec. & Corp. Christi de seq. duplici fit tantum commemo. nisi illud fuerit primę vel secundę Classis, seu Patronus Ecclesię: quia tunc de festo fieret officium, & de octa. commemo.
¶ In quadrāgulis autem illis, in quibus sibi inuicem occurrunt in vtraque tabella dupl. primę, & secundę Classis, & Patronus Ecclesię, nullus appositus est numerus: vt in eo casu, qui de raro contingit, recurratur ad rubr. Breuiarij.

¶ Cum legeris Tyro has breues regulares rubricas, quęso vt illas dextera, & non lęua manu accipias: quia quicquid amicus dat, placido vultu (& si plene laudare nolueris) est accipiendum: non autem dente canino lacerandum. Hoc ideo onus libenti animo assumpsi, vt minus prouecti ad diuinum officium celebrandum facilius introducantur, & ad laudem Dei, cui soli laus, honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

Accipite Reuerendi Patres, & Domini sacerdotes tandē post longā expectationem, & plura temporum spatia Sacerdotalē librum, tripartitum per venerabilem Patrem F. Albertum Castellanum Venetum, Ordinis Prędicatorum professorem: summmis laboribus, vigil. js, & expensis collectum, elaboratum, ad finem peroptatum perductum, & consummatum: in quo sine labore & multorum librorum reuolutione conclusiuè, summatim, clarè, & dilucide, quę ad vestrum officium spectare, & conuenire dignoscuntur collecta, digesta, probata, & approbata esse noscuntur, vt nil Sacerdoti curam animarum gerenti aliunde perquirere sit necesse. In prima siquidem parte Sacerdos quilibet qualiter viuere, quid discere, quidue docere debeat: ecclesiastica sacramenta, & illis annexa accessoria qualiter conficienda, ministranda, exercenda, & conseruanda sint luce clarius inueniet: ita vt nil necessarium opportunumq; eius ministerio sit pretermissum. In secunda benedictiones diuersę ad Sacerdotem non Episcopum pertinentes, in magno numero assignantur. In tertia & vltima parte ritus processionum tam ordinariarum, quàm extraordinariarum plenissimè exarantur. Adiunguntur insuper Tractatus Computi Ecclesiastici, cum Exorcismis & coniurationibus demoniacorum: & contra tempestates ingruentes: Rubricę etiam generales Breuiarij noui. Nouissime ad aliquorum instantiam quidam breues sermones per Sacerdotem ad populum habendi in aliquibus solennitatibus, & tempore contractus nuptiarum, & electionis Plebani. Quę omnia clarius in Repertorio libri ante eius principium posito patebunt. Hęc omnia Patres Reuerendi in hoc Volumine congesta & aggregata inuenietis: non modo secundum Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, sed etiam aliarum Ecclesiarum ritum ordinata. Quę si vestris Reuerendis P. grata & accepta erunt, Deo bonorum omnium largitori immortales reddite & exhibete gratias: & Alberti Castellani veneti, Ordinis Pradicatorum, filij vestri, qui tantum laborem subijt, in vestris missis, & orationibus rogo memores estote. Valete Patres optimi.

F I N I S.

